¶Quinto queritur vtrū hoc nomē deus in prima significatione possit habere plurale qđ ꝓbatur rōnibus et auctoritatibus. Rationibꝰ sic. hoc nomē deus significat deū secundū q̄ est principiū creaturarū. Non em pōt deꝰ intelligi scōm se in hac vita ergo cū intelligit deus intelligitur per speculū creaturaꝝ ergo isti duo termini.deus ⁊ principiū creaturarum idē prorsus significant. sed hec vox principiū creaturarū habet plurale:q̄ vere dicit q̄ manichei credunt plura principia rerū esse.ergo et hoc nomē deus habet plurale. Itē idē est deus q̄ essentia diuina vel ꝑsona diuina.sed cōstat q̄ iste terminus essentia habet plurale quia vere potest dici nō sūt plures essentie diuine. similit iste terminꝰ ꝑsona diuina habet plurale ergo iste terminꝰ deus. Preterea forma huiꝰ termini deus significari potest in plurali:ergo ⁊ suppositū huius termini deus potest significari pluraliter scz essentia diuina est ꝑsona. q̄ cū forma huiꝰ termini deꝰ scz essentia possit significari pluraliter nichil impedit quin hec dictio deus possit habere plurale. Item in simbolo anastasij dicit nō plures dij sed vnus est deꝰ. et vbi nos habemus deus in principio geneſis hebrei habēt eleim vel eloim qđ est plurale et interpretatur dij vel iudices. Itē in epla ad gala. vbi aplus dicit seruiebatis hijs qui nō sūt dij. dicit glo. qui sūt dij nō natura:sed hoīm opinōe q̄ hoc nomē deus hz plurale

Scđa ratō

Tertia rō.

Quarta rō

Quita rō.

Jn oppositum.

¶Contra deus est ꝓprium nomē ergo nō habet plurale. ¶Solutio.dicimꝰ q̄ hoc nomē deus nō pt habere plurale.dicimꝰ em̄ q̄ hoc nomē deus cū sit absolutissimū importat omia sua indistinctiua vel oia que sunt ipe singulariter vt omipotētia sūmā bonitatē.ꝛc. que nō pmittūt ipm habere plurale nec est verum q̄ hoc nomē deus q̄ iste terminꝰ primū principiū creaturarū equipolleant q̄tū ad significationē licet equipolleant q̄tū ad suppositionē. Sūt autē duo genera eorū que nō predicant de pluribus sed de vno solo. vnū est cuiꝰ ymaginatio nō ꝓhibet ipm predicari de pluribus.sicut sol luna fenix. Aliud est cuiꝰ ymaginatio ipsū ꝓhibet pdicari de pluribꝰ vt socrates. talis est differētia inter hoc nomē deus et hūc terminū primū principiū creaturaꝝ. q̄ hoc nomen deus sm rē nō predicat de pluribꝰ ⁊ eius ymaginatio ꝓhibet ipsum predicari de pluribꝰ:sed iste terminus primū principiū creaturarū sm rē non predicat de pluribus sed eius ymaginatio nō ꝓhibet ipsū pdicari de pluribus. Ad scđam scđo obiectū potest patere solutō ex pdictis.q̄ q̄libz duo termini equipollēt et tamē vnus potest trahi ad supponendū pro aliquo.alius aūt nō potest trahi ad supponēdū ꝓ illo.sicut est in diffinitione et diffinito. Ad tertio obiectū dicimꝰ q̄ re vera forma huius termini deus potest pluraliter significari. vnomō scilicz respectu pluriū suppositoꝝ.sicut significatur per hoc nomē diuie.cū dicit ꝑsone diuine. sed nō potest significari pluralit ita vt in se recipiat pluralitatē vel diuisionē.ad hoc autē q̄ hoc nomē deus haberet plurale exigeret q̄ diuinitas in se reciperet distinctionē.et q̄ plures essēt forme quaꝝ q̄libet vltraq̄ eēt deitas Ad aliō dicimꝰ q̄ hec vox dij: est vox nō significatiua sicut hec vox adiacēs.auctores aūt q̄ndoq̄ melius exprimūt veritatē fidei per vocē nō significatiuā q̄ ꝑ vocē significatiuā. est ergo sensus nō sūt plures dij. i. non sūt plures qui habēt plures naturas quaꝝ quelibet sit deitas. Eodē mō cū dicit seruiebatis his qui non sunt dij natura sed hoīm opinione id est q̄ nō habent naturalit deitatē. de hoc nomīe eloyn.dicimus q̄ re uera plurale est in hebreo .sed est q̄d cōplexū significatiōe ⁊ potest supponere ꝓ vna ꝑsona vel ꝓ pluribꝰ ꝑsōis.vñ q̄n ita exponit eloyn.i.dij vl iudices exponit ꝑ vocē nō significatiuā.i. diuie ꝑsone que habēt iudicare mundū. ⁊ sic dicendū est q̄ hoc nomē deus non habet plurale. qđ intelligēdū est secūdū primā significationē scz scōm q̄ deus dicit natura.in scđa enī significatione sm q̄ deus dicitur adoptiue bene habet plurale.vnde deus deoꝝ dñs locutus est: et ego dixi dij estis.Similiter in tertia significatione secundū q̄ deꝰ dicit nūcupatiue hz plurale. scōm hoc enī supponit ꝓ diuersis rebꝰ:vt cū dicit dij gentiū demonia sed nota q̄ cū hec sit tercia significatio huiꝰ nominis deus:nō habet causā hoc nomē deus nisi cū adiūcto vnde hec argumētatio nō valet:iste gentilis cogitat de deo suo.ergo cogitat de deo.et ibi est fallacia equocationis. Per pdicta patz solutio ad quādā obiectionē que solet fieri:cū hoc nomē deꝰ sit pure essentiale et tamē pt trahi ad supponēdū ꝓ ꝑsona. quare simili hoc nomē eēntia cū sit pure eēntiale nō potest trahi ad supponēdū ꝓ persona. dicit enī augustinus sepe q̄ essentia est de essentia. sicut sapiētia de sapientia.lumen de lumīe. ¶Solutio patet ex iā dictis.q̄ hoc nomē essentia impositū est soli essentie siue natu re.hoc autē nomē deus impositū est habenti deitatē et ideo habet supponere ꝓ qualibet ꝑsona q̄ habet deitatē.sed cū hoc nomē essentia impositū sit nature siue essentie nullomō potest supponere nisi ꝓ essētia Joachim tamē dixit q̄ hoc nomē essentia bñ potest supponere pro ꝑsona.vnde dixit q̄ hec est vera essentia generat essentiā.⁊ ausus est dicere q̄ magister petrus et sequaces eius erant heretici.et opposuit contra magistrū petrū qui ita ꝓbat q̄ essentia non gnat essentiā cū vnica sit essentia si essentia genauit essentiam essētia genuit seipsam. qđ est impossibile. relinquit ergo q̄ essentia nō genuit essentiā .Sed obicit Joachim contra hanc probationē quia eodemmō potuisti petre dicere: vnuꝰ est deus ḡ si deus genuit deū deus genuit seipsū.sed hoc est impossibile ergo non deus genuit deū.sicut ergo licet vnicus sit deus tamē se deus genuit deuz. nec inde sequitur q̄ deus

Ad ꝗrtam

Mirabe

Ad quitā.

Responsio questionis

Hec argumētatio nō vz:sz ē fallacia equocationis

Objectionis solutio

Solutio.

Opīo Joachim.

Arguit Joachim contra magistrū.

Hō q̄ iste doctor fuit post magistrū sñiarū

De xpc hō dō est trinus & vnus

genuit se eodē mō lz vnica sit essentia nichil impedit quin essētia genuerit essentiā.nec inde sequit q essentia genuit se. ¶Solutio.dicim⁹ q ioachim bene opponit ꝙtum ad formā argumētationis:sed nō bene opponit ꝙtū ad naturā terminoꝝ. qm̄ enī hoc nomē essentia talis nature est q nō potest supponere nisi p essentia cū soli essentie impositū sit deo rōe termini. nō vz illa arguñtatio.vnica est eēntia:eēntia genuit essentiā:g eēntia genuit seipsā. tenz autē talis mod⁹ arguēdi in q̄busdā naturalibus terminis.vnic⁹ est hō et hic videt hominē:ergo videt seip̄m.sed non tenet hec forma arguēdi in hoc noīe deus qō habet supponere tam p essentia ꝙ p psona. pro essentia enī verū est q vnicus est deus.sed p plurib⁹ psonis verū est q deus genuit deū.nec inde sequit q deus genuit se vt dictū est superius.Ex p̄dictis patet q merito dānat⁹ fuit propter hoc dictū ioachim in cōcilio sub īnocencio tercio. Sed videtur q hoc nomē essentia debeat supponere p psona.quia oñe nomē supponit fm exigentiā sue forme.vnde hoc nomen deus supponit p omni eo cui inest deitas:ꝛ ita pro psona. sed essentia cū sit p̄ma forma est sibi forma. vnde dz essentia diuina:ergo debet supponere p omni eo cui inest. et ita pro psona quia forma huⁱ⁹ nois essentia inest persōe. ¶Solutio.q̄uis forma huⁱ⁹ nominis essētia insit psonis: tn̄ non eis cōuenit fm qō significat per hoc nomen essentia.idē enī est essentia q natura faciens esse siue informās ens fm qō ens.vel informās ad esse.informare autē vel facere esse nō cōuenit personis licet illa factio vel informatio nichil aliud sit ꝙ ipsa essentia.qō postea plenius dicetur in tractatu de essētia ꝛ persona.

¶De hac propositione deus est trinus et vnus.

¶Exto queritur de hac propositione deus est trinus et vnus.videt enī esse falsa.quia si deus est trinus g vnus deus et alius deus et tercⁱ⁹ deus est.ꝛ hoc est falsū.item hoc nomen deus aut supponit pro essentia aut p persona.si pro psona:nulla est trina et vna:ergo illa est falsa.itē hec dictio nūeralis respicit formā: ergo hoc nomen trinus respicit formā huius nominis deus:ergo ponit distinctionē in illa: ergo illa ꝓpositio est falsa.Si dicatur q supponit p tribus psonis sīc:g̃ p trinitate.g̃ is ē sensⁱ⁹:trinitas est trina et vna.ꝛ hoc est falsū.qz trinitas nō est nisi vna si supponat p essentia:ergo is est sensus.essentia est trina ꝛ vna.sed hec est falsa. qz hec dictio trina ponit distinctionem in essentia q̄ non distinguit nec distinguitur

Ad hoc dixerūt quidā q hec dictio trinus nullā rem significat. sed solū intellectuz: sed hoc non p̄t esse:qz intellectus est similitudo rei: ergo si significat intellectū significat rē. ¶Preterea si hec dictio trinus nullam rē significat cū dicitur deus est trinus et vnus g nulla res predicatur ibi de deo:ergo illa vox non est propositio.Alij dixerūt q hoc nomē deus aliquādo supponit tn̄ pro vna psona.vt cū dicitur deus gñat. aliqn̄ pro duabus vt cū dicitur deus procedit a patre aliquādo p tribus simul vt cū dicitur deⁱ⁹ ē trinitas hoc aūt ē qz vnica et singularis deitas ē in vna psona est in duab⁹:est ꝛ in tribus.et hoc videt velle damascen⁹:q̄ dicit q oportet scire q aliud est cōsiderare re aliud est considerare ratione tantum ꝛ cogitatione in creaturis. ¶Consideratio diuersitatis est in re quia diuerse sunt nature petri et pauli in re:vnde et diuerse voluntates.vnitas autem et cōiunctio earū est in ratione tn̄.ecōuerso aūt est in psonis diuinis.qz earū vnitas et indiuisio est in re.vnde earū eadē est voluntas ꝛ eadē operatio. ex hoc ergo videtur q hec natura deus indistincte supponit aliquādo vna suppositione pro tribus psonis.Similiter dicit hylarius q cū dicit hec est vita eterna vt cognoscāt te vnū deū īcluditur deus filius in hoc q dz vnū deū.similiter dicit augustinus q in hoc verbo apli īmortali inuisibili soli deo.ꝛc.fit ibi sermo de tota trinitate.vnde dicit in libro de trinitate.quidā dicūt patrem nō apparuisse in subiecta creatura.Non attendētes ꝓpter imbecillitatē intellect⁹ sui q cū dicit apostolus īmortali inuisibili soli deo honor et gloria.ꝛc.indistincte fit ibi sermo de trinitate.quia pater aliqn̄ apparuit īdistincte aliquādo distincte.distincte vt danieli antiqu⁹ dierū dicit apparuisse.danielis septimo.a quo dicit ibi filⁱ⁹ homis accepisse regnū sicut dicit augustin⁹ in libro de trinitate.capō vlti.dicit enī ibi.Aspiciebā donec throni positi sint et vetustus dierū sedebat:et paulo post aspiciebā in visu noctis et ecce cū nubibus celi filius hominis venit et datus est principatus ei ꝛ honor regū.ꝛc. Ecce apparet q pater aliquando distincte apparuit in substantia creata.Indistincte autem apparuit cū filio et spūsancto abrahe sub ylice mābre ibi tres vidit et vnū adorauit ita dicit beatus augustin⁹ in libro de trinitate. capitulo.xi. Cum tres visi sint nec quisq̄ in eis vel forma vel etatevel potestate maior ceteris visus est.cur nō hic accipiamus visibiliter insinuatā per creaturā visibilē trinitatis equalitatē:atq in tribus personis vnā eandēq substantiā nam ne quisq̄ putaret vnū in tribus fuisse maiorē et eum dñm dei filiū intelligendū.duos autē alios angelos eius quia cū tres visi sint vni dño illic loquitur abrahā. Sancta scriptura futuris talibus cogitationibus atq opinionibus nō preterm̄isit occurrere qñ paulo post duos angelos dixit venisse ad loth in q̄b⁹ ille vir iustus qui de sodomorū incendio meruit liberari ad vnū dñm loquit.dns g ad quē abrahā loquebatur intelligitur trinitas.ꝛ ita hoc nomē deus siue hoc nomē dns supponere potest vna suppositione p tribus psonis. pōt ergo dici et ita nobis videt scōm auctoritates sanctoꝝ q cū dicit deus est trinus ꝛ vn⁹ hoc nomē deus supponit indistincte pro trib⁹ psonis et hec dictio vn⁹ respicit formā tn̄.et hec dictio trin⁹ significat ternariū theologicū personarū prout indistincte supponuntur per hoc nomē deus. qz determinat illū ternariū in psonis fm q sūt vnius nature. qz trinus dicitur ab his noibus tres et vnus et ita respicit et suppositionē et formā significatā quia p primo significatū.i. ternariū respicit tn̄ suppositionē. ꝙtū ad fm significatū sc̄z vnitatē respicit formā.et ita ptz q hoc nomē trinus non sequit regulā alioꝝ nominū numeraliū:quia ꝙtū ad primo significatū nō respicit formā significatā sed tn̄ suppositū. vnde patet q hec argumentatio non valet.trinus deus est: ergo vnus et alius et tertius deus est.quia p̄ius hoc adiectiuū trinus in p̄ma ꝓpositione respicit suppositū tn̄ ꝙtū ad ternariū primo significatū. et hoc fuit institutū a theologis vt determinaret indistinctā suppositionē huⁱ⁹ nominis deus. in cōclusione autē noīa numeralia respiciūt formā fm cōem naturā nominuz numeraliū.qz enī hoc nomē deⁱ⁹ supponere potest p trib⁹ personis sub vna forma vna suppositione ideo iuētū

Hō manifestaz auctoꝝ ꝙnās coēs

Opinio doctorum.

Quare ioachim fuit cōdēnatus in cōcilio. arguit ꝺ se doctor.

Solutio.

Af primo.

Secundo.

Tertio.

Euasio.

Arguit.

Solutio aliquorum

damascen⁹

Opinio doctorum.

Hylarius.

Augustin⁹

Augustin⁹

qd significēt tres angeli abrahe

Ad p̄mam in cōtrariū

Equocatio huius nominis trin⁹

fuit hoc adiectiuū trinus ad determinandū talē suppositionē ponendo ternariū in suppositis et vnitatē in forma et ideo nō sequit naturā aliorū nominū numeraliū. Eodēmō dicendū est de hac locutione monadi trine gloriā canamus. nec sequitur deus est trinus qz trinitas sit vna: licet hoc nomē deꝰ supponat ibi pro tribus personis. quia hec dictio trinitas significat distinctionē et in illa distinctione supponit pro tribꝰ psonis. vñ hec dictio trina nō determinat suppositionē indistinctā sz distinctā. vnde vult distinguere ipsā distinctionē ꝛ triplicare trinitatē. vnde ad hoc qꝺ trinitas esset trina et vna exigereꝝ qꝺ tres essent trinitates Uel pōt dici qꝺ hoc nomē deus supponit ꝓ diuina essentia. et hec dictio trinus nō respicit formā nec ponit distinctionē in eēntia. sed significat distinctionē oblique. vñ hec est vera. essentia est trina. i. triū vna. i. trib⁹ psonis cōis. Sz obiciꝝ. eēntia est trina ꝛ vna: ḡ ē triū vna: ḡ est vna et vna ḡ due. qꝺ falsū est. ¶ Solutio. eēntia est trina. i. cōis tribus psonis. et vna. i. singularis ꝛ iduisa in se. diuisa autē ab alijs essentijs. fit eñ copulatio inter cōitatē ꝛ vnitatē ꝓpter priuationem que significatur per hoc nomen vna.

alia solutio

Arguitur.

Solutio.

¶ Utrum essentia diuina possit supponi.

Primo arꝝ non.

SEptimo queritur vtrū diuina essētia possit supponi vel significari per ꝓnoīa masculini generis substātiua. Probaꝝ qꝺ nō. quia si posset hec esset vera ille qui est pater est filius qꝺ est hereticū dicere. Sed probatur qꝺ possit supponi. nā super illū locū. ps. Cōplaceat tibi dñe. ꝛc. dicit glosa tibi vni deo. sed ille terminus vni deo supponit pro eēntia: ergo hoc pronomen tibi supponit ꝓ essentia. Itē sup idē dicit glosa tibi trinitati: ergo hoc nomē tibi supponit ꝓ trinitate. ꝛ ita ille due glose cōtradicūt. Itē in ysa. nōne cognouerūt me. vbi dicit glosa. me dñs vnū ductu ꝑme rōnis. et loquit de gentib⁹ q̄ nō cognouerūt aliquā psonarū: sed tm̄ diuinā essentiā. et ita hoc ꝓnomē me supponit ꝓ essentia. Itē exo. qui est misit me ad vos vbi dicit hiero. merito dñs qui vere est nomē eēntie tenuit. ꝛ ita iste termin⁹ q̄ est supponit ꝓ essentia. Itē cū dicit ego sum qui sum: aut suppōitur essentia aut persona. sed nō psona quia qua ratione vna eadē ratione et alia: ergo essentia. Item moyses per hanc vocē ego sum qui sum nō intelligebat aliquā psonā: ergo solū intelligebat essentiā: ergo hoc ꝓnomē ego supponit ibi ꝓ essentia. Itē vere dicit. deus est et ille est trinitas. et ꝝstat qꝺ hoc relatiuū ille supponit ꝓ essentia. eadē rōne hoc ꝓnomē iste potest supponere pro essentia. Itē sit salus illi decus atq; virtus qui supra celi residens cacumen totius mundi machinā gubernat trinus et vnus. nō potest dici qꝺ hoc ꝓnomē illi et hoc nomē qui supponāt pro psona. quia nulla psona est trina et vna nec potest dici qꝺ supponant ꝓ tribus personis simul. quia sm̄ hoc hec esset vera aliquis ē trinitas: ergo relinquitur qꝺ supponit ꝓ essentia. Itē pronomē masculini generis et neutri nō differūt nisi in significatione sexus. sed in rebus diuinis nō est sexus: ergo q̄tū ad res diuinas equipollēt. sed ꝓnomē neutri potest supponere ꝓ essentia: ergo pronomen masculini. ¶ Solutio secundū illos qui dicūt qꝺ hoc nomē deus naturaliter nō habet supponere nisi pro essentia. dicendū est qꝺ cū ōr complaceat tibi dñe. ꝛc. hoc ꝓnomen tibi tenetur pro diuina eēntia. et tenet adiectiue et sub intelligitur tibi vni deo sicut adiungit glo. qꝺ aūt dicit alia glo. tibi trinitati exponendū est sic. tibi essentie q̄ est trinitas. nos vero dicimus qꝺ hoc pronomen tibi tenet pro trinitate et tenet adiectiue. vnde subintelligit tibi trinitati. ad trinitatē eñ fit sermo qꝺ notat per ꝓpositionē verbi cōplaceat q̄ exigit pluralitatē ꝛ sm̄ hoc nō vsq;quaq; ꝓprie dicit tibi vni deo. quia hec dictio vni nō habz ibi nisi vnitatem forme cū ibi sit pluralitas suppositorū. Ad secūdum obiectū dicimus qꝺ cuz dicitur nonne cognouerunt me: hoc ꝓnomē me supponit ꝓ diuina eēntia. sz ponitur in neutro genere. vel si est masculini generis ponitur adiectiue per subintellectū huiꝰ nois dñs. sicut supplet glo. Ad tertio obiectū dicimꝰ qꝺ iste terminus qui est supponit pro persona nec aliter dicitur esse nomen essentie. nisi ꝓpter hoc verbū est qꝺ significat essentiā. sed eā non significat vt in essentia sed vt in persona. similiter cū dicit ego sum qui sum. hoc ꝓnomen ego supponit ꝓ persona. sz pro filio dei sicut dicit glo. super illud ysa. Ecce ego ad gentes q̄ nescie bant me. filius loquit qui dixit moysi ego suz qui sū magis autē suppōit ꝓ filio dei q̄ pro psona alia quia ibi agit de liberatione hūani generis que facta est auctoritate ꝛ ministerio filij dei: et moyses magis intelexit de filio dei q̄ de alia psona. quia ibi dictū est ei descendi liberare eos sicut in daniele. vbi dicitur filꝰ hominis veniebat: et vsq; ad antiquū dierū peruenit intelligit qꝺ antiquus dierū sit pater per hoc qꝺ dicit dedit ei potestatē ꝛ honorē. Ad q̄rto obiectū dicimꝰ qꝺ nō est simile de ꝓnoīe relatiuo et demonstratiuo. quia relatiuū trahit suppositionē suā a suo antecedēte. vnde si añs supponit pro essētia ꝛ relatiuū ꝓ essētia. sed ꝓnomen demonstratiuū substātiuū importat distinctionē et rōnalitatem. nō enī substantiuaꝝ vt dicunt grāmatici nisi ad rōnalia propter distinctionem ergo quā importat nō potest supponere ꝓ essentia. Ad quinto obiectū dicimus qꝺ cū ōr sit laus illi. ꝛc. hoc pronomen illi ponitur adiectiue et subintelligit hoc nomen deo et sic fit suppositio pro essentia. bene eñ dicit ego deus/tu deꝰ / ille deus. quia huiusmōi pronomina nō sunt partitiua. Ad vltimo obiectū dicimus qꝺ neutrū genus non tm̄ differt a masculino in sexu. sed in cōsignificatione rōnalitatis et distinctiōis que importatur ꝓ masculinum et nō per neutrū. in significatione autē distinctionis ꝛ rationalitatis cōsistit psonalitas. et ꝓpter hoc cū dicit: iste est suppoñ tm̄ persona. Sed obiciꝝ. constat qꝺ diuina essentia rationalis est. distinguēda est. est eñ singularis et re et intellectu. eius enī ymaginatio prohibet illā predicari de pluribus: ergo est distincta a qualibet alia essētia ergo nec distinctio nec rōnalitas nec illa simul sūpta impediūt quin possit diuina essentia demonstrari per hoc ꝓnomen iste. Ad hoc potest dici qꝺ diuina eēntia distincta est vt forma sed nō vt ypostasis. sed hoc pronomen iste importat distinctionē substātie subiecte ꝛ propter hoc non potest demonstrare essentiā diuinā. vel potest dici plan⁹ qꝺ hoc pronomen iste duplicem distinctionē exigit: scz distinctionē singularitatis et distinctionē incōicabilitatis. ꝑmā autē nō habet diuina essentia sed secūdā. est enī cōicabilis a tribus psonis ꝛ ꝓpter hoc nō pōt demōstrari per hoc pronomen iste.

Primo arꝝ non.

In oppositum.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto

Sexto.

Septimo.

Octauo

Nono.

Solutio secūdū aliōs

Solutio ad obiectionem.

alia solutō

¶ De multiplicitate adiectiuorum de deo dictorū.

DIcto de nominibus substantiuis de deo dictis dicendū est de adiectiuis de deo dictis: siue sint

nomia siue verba. Et primo de multiplicitate huiusmodi adiectiuorū t modis p̄dicādi eorumdē. Secdo vtrū aliquod nomē dicatur vniuoce de deo et creaturis. Tercio de noib⁹ decē p̄dicamētor dictis de deo

Diuisio nominū dictorū de deo.

Sciendū ergo q nominū huiusmodi siue verborū q̄ dicūtur de deo quedā essentiā pure significāt: nichil aliud cōnotando. vt hoc verbū est et hoc nomen ens

M

quedā significāt essentiā cōnotādo p̄uationē. vt eternus immēsus. quedā tm̄ essētiā significāt. sz aliter q̄ hoc verbū est: vt cū dicit. deus cognoscit se vel scit se

h⁹ nō tm̄ significat

significatur diuina essentia: nichil aliud cōnotādo. sz significatur vt scientia. quedā significant diuinā essentiā et cōnotant effectū in creatura vel in actu. vt causat iustificat. vel in habitu. vt iust⁹ misericors. vel in

Āf contra predicta.

potentia. vt oīpotens. Sed obicit de illis que notāt in actu effectum in creatura cum dicit. deus creat hanc aiam. hoc verbū creat significat diuinā eētiā vt actionē. deus enī seipso agit nō aliqua actione accidentali. et ꝓponitur ibi effectus in creatura cū potētia de deo aut nō. si de deo sz ille effectus non inest deo: ergo falso predicat de illo: ergo illa locutio est

R

falsa. Si non: contra solus deus ibi subicit: sed nichil predicat vel compredicatur in aliqua ꝓpositiōe nisi de re substantiali termini: ergo ille effectus cōpredi-

Secundo.

catur de deo. item huiusmodi noia misericors iustus et cōsimilia translata sunt per cōformitatē a creaturis ad cratorē. sed cū dicitur sortes pcutit vel sortes est iustus nichil p̄dicat vel cōpredicatur nisi percussio vt iusticia: ergo cū hmōi noia predicant de deo tm̄: vnū

Tertio.

debet p̄dicari vel cōpredicari. itē cū dr deus cognoscit se. hoc verbū cognoscit tm̄ significat diuinā essentiā nichil aliud cōnotando: g̃ cū dicit deus creat. hoc

O

verbū creat debet tm̄ significare diuinā eētiā. nichil

Quarto.

aliō connotando. itē dicit boetius et btūs dionysius q deus est substantia sup oēm substantiā. et iusticia sup omnē iusticiā. et sic de aliis: ergo cū sic dicit iste homo est iustus. nichil p̄dicat vel cōpredicatur nisi iusticia causata. sic cū dr de⁹ est iust⁹. nichil p̄dicat vt cōp̄dicat nisi iusticia incausata. scz diuīa eētia. ¶ So-

Solutio.

lutio. sicut i dyaleticis multiplex ē p̄dicādi mod⁹. sic t in theologicis. est enī modus p̄dicandi idēptitatis vt cū dr sortes est hō. similiter in theologicis. cū dicitur

P

pater est deus. et alius in habitudine forme ad subiectum vt cū dicitur sortes est albus. similiter in theologicis. vt cū dr de⁹ est iustus. est alius habitudine effectus ad causam. vt medicina est sana. et in tali modo nō oportet q forma predicati insit subiecto. t iste modus predicandi est hic deus creat hanc animā. vñ non oportet q effectus predicat⁹ insit deo: sed q ad ipsum ptineat: vt effectus ad causam. est alius mod⁹ predicandi in habitudine conseruati ad conseruans. vt hec dieta est sana. similiter i theologicis. vt hic cōtinet de⁹ oia. i. conseruat. Est ali⁹ in habitudine signati ad signans. vt vrina est sana. iste autē modus nō est

In hoc pz solutō p̄mi

in deo. quia deus secundū qd̄ est deus nullius creatu-

Ad scdm.

re est signum. sed potius econtra. Ad secundo obiectum dicimus q sicut hoc nomen pater solum patrem significat. sed ex vi relationis dat intelligere filiationem in filio. et sicut hoc verbum percutit non significat nisi actionem principaliter: sed ex vi significādi actiue dat intelligere aliquid in re passa. quod intelligitur illi vt effectus agentis. et ita compredicatur quodammodo de agente. Eodemmodo dicimus in hac deus creat hanc animam. nec dicimus q

2

in hac deus creat hanc animam cōpredicetur aliquid non eo modo quo in hac: iste percutit istum. Ad tertio obiectum dicimus q non est simile de hoc verbo cognoscit et de hoc verbo creat. quia hoc verbum cognoscit non est actiuū ymo potius in voce actiua significat passionem sicut verbum sentiendi. vnde non

Ad tertiū.

est vere transituū. Ad vltimo obiectū dicimus q sicut cum dicitur sortes est iustus. hoc nomē iustus solam iusticiam significat. similiter cum dicitur deus ē iustus solam iusticiam significat. sed non sequitur q

R

non cōnotet effectum. quia in ratione iusticie clauditur effectus. iusticia ei est reddere vnicuiq; qd̄ suū est

opīo aliq̄s

Dicūt aūt quidā q cum dicitur deus creat. hoc verbum creat non significat nec predicat diuinam essentiam: sed tm̄ effectum qui est creatura. Sed contra

Āf contra.

deus est proprie actor ita enī ad ipsum pertinet agere q nullomodo ad ipsum pertinet pati: ergo sicut cōtigit ipsum significari vt qualitatem: sic ymo multo fortius contigit ipsum significari vt actionem. et maxime per hoc verbum creat. quia creare ad ipsum pertinet: ergo cum dicitur deus creat. hoc verbū creat significat diuinā essentiam. Item quidam dicūt q

Alia opīō.

cum dicitur deus est iustus. predicatur tantū diuina essentia. et nullus effectus cōpredicatur et hoc ꝓbāt sicut prima iusticia influit effectus suos in reb⁹ creatis. sic primū ens influit effect⁹ suos in rebus creatis

S

sed cū dicitur deus est ens. non predicat vel ꝓpredicatur nisi diuina essentia. eadē ratione cū dicitur deus est iustus. non predicatur vel cōpredicat nisi diuina essentia. Sed ad hoc dicendum q non est simile quia

Solutō rationis dicte opinionis.

q̄uis primum ens influens sit effectus suos. tamen hoc nomen ens non significat hoc in habitudine illa vel in illo fluxu. Sed cum dicitur deus est iustus hoc nomen iustus significat diuinam essentiam: vt qualitatem habitum. vnde significat in habitudine ad

querit hic.

actum. solet queri de hac locutione deus est iustus t misericors. et videtur q sit vera. quia in multis locis sacre scripture inuenitur. vnde dulcis t rectus dominus et iterum patiens et multum misericors. sed si

Prima rō

T

est vera hec non est propter principale significatum illorum adiectiuorum. illud enim vnum est. sed propter connotata que sunt diuersa. sed si eadem ratione hec esset vera: deus est iusticia et misericordia et propter eadem connotata. Preterea talis locutio

Secunda.

inuenitur in sacra scriptura. vnde in ps. misericordia t veritas tua sēper susceperūt me. t in paulo pme

Paulus.

ad cor. Factus est tibi sapientia et iusticia et sanctificatio et redemptio. Sed cōtra esse iusticiā. est esse quid. t esse misericordiam est esse quid. et ita si deus

In oppositum.

est iusticia et misericordia: deus est quid et quid t ita plura. ¶ Solutio. dictio copulatiua cū copulat adiectiua cōiungit copulata per illa adiectiua et et: ḡa

Solutio.

cum dicitur deus est iustus et misericors: copulātur diuersa connotata per illa adiectiua. habet copulata coniunctio illud quod exigit. vnde illa locutio est vera. sed cum copulat inter substantiua vult copulare

a

suppositta. et quia cum dicitur deus est iusticia et misericordia: non supponuntur hec cōnotata. non enim inuenit in hoc dicto et diuersitatem quam exigit. vñ proprie loquēdo falsum est: recipi tamen potest. sed impropre propter diuersa cōnotata que ibi sunt. qr quandoq; per impropias locutiōes magis expaimitur veritas fidei q̄ per propias.

¶ De nominibus adiectiuis de deo relatiue dictis

In ḡnto capitulo queritur tria. Adiectiua relatiua.

Questio. Prima rō ✠ Secunda.

QUeritur de nōibus adiectiuis relatiue dictis de deo. notandū autē q̄ significāt ipsam diuinā essentiā in habitudine ad creaturā nullū cōnotando effectum: vt dñs/ creator/ que sunt adiectiua significatione. vt cum dicitur deus est dñs. sed quia dñs dicit in habitudine ad seruū. constat q̄ hoc nomē dñs principaliter significat essentiā diuinā. queritur ergo q̄d cōpredicet. cōstat aūt q̄ nō seruitutē. illam autē nō p̄dicat de deo. hoc enī absurdū esset dicere q̄ seruitus predicaretur de deo. Preterea non posset assignari in qua habitudine p̄dicaret de deo. q̄n cū dico deus est dñs hoīm. non notat deus vt causa sed pure notatur quomō dñs se habeat ad suū seruū et econtra. ergo nō potest dici q̄ ibi predicatur seruitus de deo in habitudine effectus ad causā. et constat q̄ in nulla alia habitudine. relinquit ergo q̄ nullomō seruitus cōpredicatur de deo. ꝛ ita cū dicit. deus est dñs hoīz non p̄dicatur vel cōpredicat de deo nisi diuina eēntia et ita ex hoc videtur q̄ deus ab eterno fuit dñs: ergo ab eterno habuit seruū qđ falsum est. Ad hoc dicunt

ad q̄stionē.

Vitalis opio

Opio poretani.

quidam poretani q̄ hoc nomē dñs significat quādā relationē q̄ est dominiū q̄ dñs est dñs. et illa relatio nō inest diuine eēntie. sed assistit ei et incepit ei assistere ex tē pore quādo scz incepit habere seruū. eodēmō hoc nomen creator significat quandam relationē qua deus est creator. ꝛ illa relatio incepit assistere diuine essentie quando creature inceperunt oriri ab ea. Sed q̄ hec solutio nulla sit patere potest per hoc q̄ sicut aliquis habet ab albedine q̄ sit albus: ita deus a domino habet q̄ sit dñs: sed dominiū creatura est: ergo a creatura habet deus q̄ sit dñs: ergo creatura causa ē et dat ei q̄ sit dñs. qđ aperte hereticū est. eodēmodo creatio qua deus est creator est quedā relatio creata a qua habet de⁹ vt sit creator oīm. qđ est absurdū. s. q̄ aliqua creatura sit causa. et det deo vt sit creator celi et terre. Preterea illa creatio est creatura: ergo creatur aliqua creatione: ergo se creatione vel alia creatione. si alia creatione: iterum illa creata: erit se creatiōevel alia creatione. sed sic erit ꝓcedere in infinitū: ergo erit aliqua creatio q̄ seipsa creata est. ꝛ ita creatio est causa suiipsius et prior seipsa. Preterea dicit ambrosius q̄ non est creatura ille per quē facta est oīs creatura: ergo creatio non est creatura. Item dicit augustinus q̄ deus dñs est per accidēs. non per accidens suū: sed p̄ accidēs creature. Itē ōt boetius q̄ dominiū est potestas cohercendi subditos. ḡ deus habet a creatura cohercere subditos: ergo nō per se potest cohercere subditos: ḡ non est summe potens. qđ est hereticū. Nos aūt dicimus q̄ hoc nomen dñs significat diuinam eēntiā: vt dñium. dominiū enī est potestas cohercēdi subditos (vt dicit boetius) deus aūt seipso potest cohercere subditos. vñ ipsa diuina essentia est dominium quo dñatur suis subditis. Ex hoc ḡ modo significandi quo diuina eēntia significat vt dñium ꝛ vt relatio: innuit et coasserit seruitus de creatura vnde deus/dñs ab eterno non fuit: eodē mō videt alicui q̄ sic eēt dicendū in ista: deus creat hanc aīam. scz q̄ ex mō significandi quo deus significatur vt actio coasserit effect⁹ de creatura: ꝛ q̄ iste effectus nō predicet de deo sed de creatura. sed nō potest dici q̄ cum dico: deus creat hāc aīam. iste effectus ostēdatur pertinere ad deum tā q̄ ad suā causam ꝛ ideo bñ compredicat de deo. sed cum dico: deus ē dñs creaturarū. sic p̄cise ostēdit quomō dñs se habeat ad rem sibi subiectā ꝛ ecōuerso. nec ostēdit sic aliq̄d ptinere ad deū tā q̄ effectus vel alio mō. Et ideo in hac: deus est dñs oīm. sic nichil cōpredicat de deo. siliter in hac deus est creator creaturaꝝ. sed ex modo significandi aliq̄d cōpredicat de creaturis. ergo cum dicit: deus incepit esse: dominꝰ deus incepit eē creator. inceptio notatur non circa rem predicatam principaliter: sed circa rem compredicatam.

Opinio doctoris.

Contra illaz opinionē.

A

Idem dicit q̄dā ō creatura creare

B

Utrum aliquod nomen dicatur vniuoce de deo ꝛ de creaturis.

QUeritur vtrū aliquod nomen dicatur vniuoce de deo et de creatura. Arguit q̄ sic. quia multotiens inuenitur in sacra scriptura: deus est melior/ iustior quolz hoīe. nulla aūt collatio est: nisi ista noīa bonꝰ/iustus/vniuoce dicerētur de deo ꝛ de creatura. igit. Sz videt hoc eē impossibile: qz hoc nomē iustus fm q̄ dicitur de petro significat iusticiam creatā: sed creatum ꝛ increatū non vniuocant in aliq̄ vno: ergo iustus nō dicit de deo ꝛ petro vniuoce. Preterea si deus est iustior petro: ḡ iusticia dei est magis intēsa q̄ iusticia petri. sed iusticia dei nichil aliud est q̄ diuina essentia: ḡ diuina essentia magis intensa est q̄ iusticia petri. et hoc est manifeste falsum: quia illius esse siue essentia nō suscipit magis et minus. Solutio. Re vera iusticia causata ꝛ iusticia incausata ī nullo cōueniunt: nec in genere/nec in specie/nec in ꝓprio/nec in accidente: ideo equiuoce dicit iustus de deo ꝛ petro. sed q̄n aliquomō cōuenīt in effectu: ideo vniuocant in hoc noīe iustus. Sicut enīz iusticie create est reddere vnicuiq̄ qđ suū est: ita illudidē conuenit iusticie increate. Et ideo qz iusticia ī creata cōuenit cū iusticia creata in suo effectu eēntiali: ideo vniuocant. et cum iusticia creata sit virt⁹ ꝛ teneat mediū in sua opatōe: iusticia increata magis tenet mediū. Mediū enim in qualibet virtute latitudinē habet. qđ mediū iusticia increata sūme tenet. Et ido dicit deus magis iustus quolibet alio sctō: ꝓpter effectū in quo magis tenet mediū iusticia increata. Vñ iusticia increata in se non est magis intensa q̄ iusticia creata: sed in suo effectu. Vñ est fallacia accidentis: si quis sic inferat. Justicia increata magis est intēsa q̄ iusticia creata: et iusticia increata nihil aliud est q̄ diuina essentia: ergo eēntia diuīa magis est intēsa q̄ iusticia cretata: q̄n effectus in quo est intēsio nō significat per hoc nomen eēntia sicut per hoc nomen iusticia. vnde dicimus q̄ hec est ✠a: deus est iustus/ ꝛ petrus est talis. theologice loquēdo. quia diuina essentia significat vt qualitas per hoc nomen iustus: siliter ꝛ deus ꝛ petrus est iustus. Et sic ex predictis patet solutio ad obiecta.

Arguit.

In oppm

Sc̄o ar.

Solutio.

D

vr Reputatiua.

C

quōvniuocātur in effectu.

Fallacia accidētis.

F

De diuisione noīm dictorum de deo.

QUeritur de diuisione noīm dictoꝝ de deo. quia ioh. damas. facit sic. primum nomen dei ipsius demonstrat ipsū est. et nō quid est. fm est nomē operatiōis. illa vero īcorporale et sine principio ꝛ vnigenitū et increatū et incorporeū. et sine tempore et inuisibile. et quecūq̄ talia quid nō est significāt q̄n nō incepit esse nec corrūpitur nec creatus est. nec est corporeus nec videtur. bonū autē et iustū et sanctū. et quecūq̄ talia noīa sequūtur naturā nō ipsam essētiā. ostendūt et eoꝝ que regunt rex est. et eorū que condūtur conditor est. et eorū que pascuntur pastor est. omnia ergo noīa cōprehendit damas. hac supradicta

q̄nq̄ sūt genera noīm q̄ dicunt̄ de deo.

quę in quinq̄ membra potest redigi. p̄mū genus est nomen quod significat substantiam et nō quid est sicut hoc nomen quid est. quod significat substantiā gratia verbi non significat quid est. i. aliquam personalem substantiam ymo pelagus substantie et abyssum. Secundum genus est nomen operatiōis vt hoc nomen deus. qō qualiter intelligendū sit superius dictum est. Tertium genus est nomen quod significat de deo quid non est: vt inuisibile incomprehensibile et similia. et de istis superius dictum est. Quartum genus est nomen quod sequitur naturam et non ostēdit substantiam: vt bonus iustus sanctus et similia. Quintum genus est nomen dictum secundum habitudinem: vt dominꝰ conditor pastor et similia. sed cōtra illud qō de quarto membro dicitur obicit sic. hoc nomē iustus de deo predicat diuinam essentiam. Qđ probatur per hoc q̄ deus ab eterno fuit iustus et tali iusticia que est communis tribus personis. sed nichil est cōe tribus psonis essentialiť nisi eētiale: ḡ hoc nomē iustus significat de deo diuinā essētiā. boetius etiā dicit q̄ noia quantitatis et qualitatis dicta de deo substātiā significāt. et ita videť mētiri damas. cū dicit q̄ ista bonus iustus non predicant substantiā de deo. sed sequuntur naturam diuinā. Ad hoc dicendum q̄ ista nomina bonus iustus significāt diuinam essentiam: vt habitum qui in alijs rebus sequūtur naturam siue substantiam rei. et ideo quia talia nomia non significant essentiam vt essentiam. sed vt habituz dicit damas. q̄ non significant substantiam. sed sequūtur substātiam. videtur autem q̄ predicta diuisio sit diminuta quia verba et nomina de sex predicamētis institutis predicantur de deo vt cum dicitur: deus creat deus iustificat/deus irascitur/deus semper est/ deꝰ vbiq̄ est/deus sedet super cherubin/deus ē amictus lumine sicut vestimento et ysa. xlix. hijs omnibus velut ornamento vestieris. istrvero modi predicandi non continentur sub aliquo nec sub aliquibus illorū quiq̄. primum enim genus pertinet ad substantiam. secundum ad operationem. tertium ad priuationem quartum ad qualitatē. quintum ad relationē. ¶ Solutio. ad hoc dicimus q̄ re vera omnia predicamenta predicantur de deo. ꝛ sicut dicit boetius talia erūt predicata qualia permiserint subiecta. cū enī de creaturis predicamenta dicuntur. quedam eorum significant substantiam quedā accidētia. cuz vero in diuinā vertūtur predicationem omnia mutantur. hoc enim nomen deus dictum de deo substantiam videtur significare. sed talem substantiam significat que sit vltra omnem substātiam. cum autem dicitur deus est iustus significare videtur qualitatem. sed non accidē talem sed eam que sit ipsa substantia. ymovltra omnem substantiam eodemmodo cum dicitur deus magnus: omnia autem alia predicamēta sicut dicit boetius non predicantur de rebus quia non significant res q̄ sūt absolute de rebus vel in rebꝰ. sz significāt extrinsecus dependentia. vnde et per hoc oēs alie predicationes ad predicamentum relationis reducuntur. vnde omnia septem vltima predicamenta intelligit damascenus comprehendi sub predicatione habitudinum quam ipse posuit quinto loco. predicamentum autem relationis dictum de deo significat diuinam essentiam: vt causam. cum autem duplex sit passio: scilicz corporalis et animalis. corporalis de ipso non predicatur: sed animalis. vt cum dicitur: iratus est furore dominus. p quod ostenditur quomodo se habeat ad maleficia scilz vt punitor. Ira enim dei nichil aliud intelligitur q̄ inflictio pene. Predicamentū autem situs predicatur de deo. vt cum dicitur: qui sedes sup cherubin. in quo significatur quomodo se habeat ad superiores creaturas: scilicet vt excedens eas. Predicamentum autem quādo dictū de deo signtficat qualiter se habeat eētia diuina ad temporalia scilicet vt cōcomitans ea. vt cuz dicitur deus est semper. quia nec presentia nec preterita nec futura vnq̄ potuerunt nec poterunt esse sine eius cō comitantia. Predicamētum autem vbi significat diuinam essentiam vt presentem omni loco. vt cum dicitur deus est vbiq̄. Predicamentum vero habitus diuinam significat essentiam vt exterius a creaturis sibi inherentibus declaratam. vt cum dicitur amictꝰ lumine sicut vestimēto: id est creaturis luminosis adherentibus ei/et ipsum exterius declarantibus. Data tet ergo q̄ per omnia talia predicamenta significatur diuina essentia vt habitudo. quia per predicamētum actionis et passionis significatur vt causa. per p̄dicamentum quando significatur vt concomitantia. per predicamētum vbi vt presentialitas. per predicamentum situs vt excellentia. per predicamētum autem habitus in habitudine declarati ad declarantia sibi adherentia et conformia. de predicamento autē relationis dictum est: quoniam significat diuinam essentiam vt habitudinem: quia videlicet significatur in habitudine ad creaturas. quando autem tale predicatum significat habitudinem persone ad personā non significat diuinam essentiam sed notionem. sicut ista nomina pater/filꝰ. ꝛ est generalis regula q̄ quotienscunq̄ diuina essentia siue deus predicatur in habitudine ad creaturas: illa habitudo nichil aliud est q̄ essentia: vt patet ex dictis. Et notandum q̄ cuz deus non sit causa materialis/ sed efficiens et formalis et finalis vel nunq̄ vel raro inueniuntur verba passiua corporalia dici de deo: sed passiua que ptinent ad animam bene dicuntur de deo. Sed istud videtur esse falsum. dicitur enim septimo ad hebreos. Rursuz crucifigentes sibimetipsis filium dei. et secundū vnā expositionem is est sensus. Homines per peccatum mortale expellunt dominum a se. ergo deus expellitur et deus crucifigitur. Et in tertio malachie. Dos me configitis tota gens: ergo deus configitur. Item ad Hebreos decimo. quanto magis putatis mereri supplicia deteriora qui filiū dei conculcauerunt. ꝛc. ergo filius dei conculcatur. et ita corporalia passiua dicuntur de deo. et iste modus predicandi nō est sub aliquo illorum quinq̄: ergo insufficiens est tridiuisio damascen. Forte dicetur q̄ impropie dicitur deus expelli: quia scilicet gratia eius expellitur. Sed contra. deus magis dicitur propie haberi q̄ gratia: qz gratia habetur vt est instrumentum vel vt vas quo deus habetur vt panis celestis: ergo magis propie dicitur deus expelli q̄ gratia. ¶ Solutio. huiusmodi predicatōes indirecte sunt. idē est enī deus expellit ab hac aīa: q̄ hec aīa spoliat se deo. p mortale em̄ pctm̄ agit in se ꝛ non in deū. vñ ipsa patit̄ nō deꝰ. facit

enim q deus non habeatur ab ipsa et facit q gratia non sit in ipsa.quia ergo indirecte predicantur talia de deo non oportet cõtineri super aliquo quinq; modorum.

¶Primo determinandum est de hoc nomine persona. Capitulum quintum.

In hoc capitulo sunt sex q̃stiões ¶Primo. De hoc nomine persona.

OJcto de nominibus essentialibus que dicuntur de personis et de essentia.dicendũ est de nominibus personalib⁹. Et primo de hoc nomine persona quid significaret de eius diffinitione. Secundo vtrum in eadẽ significatione dicatur hoc nomen persona de personis creatis et increatis. Tertio vtrum hoc nomen dicatur de deo per essentiam vel per relationem. Quarto vtrum persona idem sit cum essentia. vtrum scilz vere dici possit q persona est essentia. Quinto quid remaneat abstracta personalitate et persona. Sexto de nominibus materialibus dictis de persona. Circa primũ capitulum sic obicitur. ¶Persona sic describitur a boetio in libro de duabus naturis etvna persona xpi.persona est rationalis nature indiuidua substantia. Contra hanc diffinitionẽ sic obicit. pater et filius et spũsanctus sũt tres persone:ergo sũt tres nature rationales indiuidue substãtie: ergo pater et filius et spiritussanctus sunt tres substantie: ergo est eorũ vna substantia qd̃ est contra fidẽ. Jtem dicit augustinus q pater et filius et spiritussanctus sũt tres res quibus fruendũ est et sunt per se existentes hoc constat: ergo sunt tres res per se existentes. sed res per se existens est descriptio substantie: ergo sunt tres substãtie. Jtem dicit magister in sententijs q pater et filius et spiritussanctus sunt tres substantie.i.tres entes:ergo sunt tres omnipotentes t tres eterni.quia nullum nomẽ magis est essentiale q̃ hoc nomen ens.vnde si illud dicitur pluraliter de tribus personis multo fortius et alia.hoc autem est contra simbolum. Ad predictorum euidentiã notandum q hec quattuor nomina latina essentia/subsistentia/persona/substãtia eqpollent istis quattuor grecis nominibus vsia vsiosis ypostasis prosopon.essẽtia siuevsia est forma mq̃tum facit simpliciter esse t propter hoc essentia vsia solam negatiuã significat nec vnq̃ trãsumitur ad significãdum personas. substantia siue vsiosis est forma generalis siue specialis in quod facit eẽ quid:vt animalitas que facit esse animal:humanitas que facit esse hominem. vel subsistentia et vsiosis dicitur ipsũ subiectũ prout sua substantialis forma est quid non indigẽs accidentibusvt sit.ideo hoc nomẽ subsistentia quandoq; per similitudinem trãslatum ad significandum personas:vt dicatur pater et filius et spiritussanctus tres subsistentie.i.tres que verum sunt nõ indigentes aliq̃ alia revt sint. substantia siue ypostasis dicitur indiuiduum primi predicamenti siue prima substantia.quia dicitur substantia siue ypostasis quia substat accidentibus eam indiuiduantib⁹ siue discernẽtibus. hoc modo sumit aristoteles hoc nomen substantia in primo predicamentorum:vt dicit substantia est que proprie et principaliter et maxime dicitur.ideo hoc nomen ypostasis apud grecos per similitudinem translatum ad patrem ad filium t ad spiritumsanctum:et hoc nomen substantia apud nos.quia sicut indiuiduum primi predicamẽti distinctum est suis accidentibus. ita pater et filius et spiritussanctus distincti sunt suis notionibus.et ideo dixerunt greci patrem et filium t spiritumsanctũ tres ypostases:id est tres res distinctas.et latini dixerunt patrem et filium et spiritũsanctũ esse tres substãtias in eadẽ significatione prorsus qua ipsi greci sumunt hoc nomen ypostasis.sed hec significatio nõ est vsitata.modo persona siue prosopon proprie dict⁹ est homo laruatus qui representabat certos homines: vt cremetan t simonẽ.dicebatur enim prosopon a pro quod est inde et sopon quod est facies:quasi in facie habeant laruam.et ex hoc inoleuit cõsuetudo dicere vt homines dicerentur persone.et ex hac significatione translata sunt nomina per similitudinem ad patrem et filium et spiritũsanctũ:qua sicut certi homines distincti sunt suis proprijs qualitatib⁹: ita pater et filius et spiritussanctus distincti sunt proprijs notionibus secundum hanc translatiuam significationẽ persona idem est q ypostasis:id est res distincta rationalis. Ex hac distinctione patet solutio ad predictam obiectionem. Boecius enim in illa diffinitione hoc nomen substantia sumit secũdum q equipollet huic nomini greco ypostasis:et secundum hoc concedendum est q pater et filius et spiritussanctus sunt tres substantie:id est tres res distincte.sed modo nõ est in vsu in hac significatione hoc nomen substantia: immo ponitur pro essentia.et dicitur q pater et filius et spiritussanctus sunt vna substantia siue vnius substantie. Et secundum q dicitur hoc nomen substantia de christo inquantum est homo: sumitur secũdum q est genus. Ad secundo obiectum dicimus q non valet hec argumentatio:pater et filius et spiritussanctus sunt tres per se existẽtes:ergo sunt tres substantie:si sumatur substantia secundũ q sumitur in primo predicamẽto.ibi enĩ sumitur prout est apta nata subsistere vel substare accidẽtibus et suscipere cõtraria.sic autẽ non cõuenit personis diuinis. sed si sumat sicut Boecius sumit in diffinitione psone tũc cõcedenda est conclusio. Ad tertio obiectum dicim⁹ q pater et filius et spũsanctus sunt tres entesvt hec dictio entes sumatur participialiter.i.tres qui sunt. qz hoc nomen qui personale est.sed si sumatur noãliter et substantiue falsa est.et he similiter false sunt: tres eterni sunt:tres oipotentes sunt:secundũ q illa noãa sumuntur substãtiue.qz nullũ substantiuũ recipit plurale nisi distinctio sit in sua forma.sed si sumatur adiectiue vera est. Videtur autẽ per predicta q hec est incõgrua:persona est rationalis et indiuidua substãtia.qz hoc nomen persona significat rem distinctam et prout est distincta:et hoc nomẽ indiuidua significat distinctionẽ:ergo ibi bis significat distinctio et ita videt locutio nugatoria,ppter eiusdem inutilẽ repetitionem. Jtem videt q aĩa secũdum huiusmodi diffinitionẽ sit persona:qz aĩa est substantia distincta suis accidẽtibus et ita substãtia indiuidua. et cõstat q est rationalis nature: ergo aĩa est rationalis: nec indiuidua substãtia:ergo est persona. Cõtra:aĩa nõ est per seyna:ergo non est psona. Solutio ad presens. Notãdũ est q duplex est distinctio:est enĩ distinctio singularis que opponit vniuersalitati q̃ distictio cõstat ex proprietatib⁹ quas in nullo ẽ alio reperire easdem.et istã distinctionẽ notat hoc nomẽ subã positũ

Ad tertiũ.

Nõ hic de i cõgruitate A

Ad idem.

õ hec aĩ. Solutio. Duplex distinctio.

Christus nō est persona ꝙ ꝙ homo.

in illa diffinitiōe et est distinctio incōmunicabilitatis qua aliquid non potest cōicari vt pars. Ex hoc patet ꝙ nō est ibi repetitio eiusdē. quoniā est ibi alia distinctio que notatur per hoc nomen substantia. alia que notat̄ per hoc nomē indiuidua. Primā distinctionē habet alia nō scḋam. ipsa non est indiuidua substātia fm ꝙ hoc nomē indiuidua sumit̄ in illa diffinitiōe. ⁊ ita patet ꝙ anima non est persona et etiam tertia distinctio que notatur per hoc nomē indiuidua que impedit ne christus secundum ꝙ homo sit persona. sed de illa dicetur alias.

B

C Utrum hoc nomen persona dicatur vniuoce de psonis creatis et increatis: et vtrū de increatis.

C

est diuersitas. Quod etiam sic probant. si enī aliqua differunt aliquibus differentijs differunt. Item iste differentie differunt: ergo aliquibus differentijs differunt: et sic in infinitum. Sed non est sic procedere: ergo nulla differunt. Item prima causa est simplicissima ⁊ summe vna. ergo ex ea nec est compositum nec ex ea sunt plura. Sed contra. Ex vno lumine sine sui diminutione sunt plura lumina. ergo multo fortius ex prima causa sine sui diminutiōe sūt ⁊ possūt eē plura. Preterea si ex vno nō nisi vnū: ergo primū non dz dici omps: sz vnipotēs. Preterea aliqd imediate ē a deo illud aut ē forma: aut est materia. sz nō est forma per se cū forma non possit esse sine materia: nec materia pure pōt esse a deo cū materia non possit esse sine forma: ergo illud qd̄ imediate exit a deo ē cōpositū ex materia et forma: ḡ cōpositū ex simplici ⁊ plura ex vno. Item ad idē. illud qd̄ primo fuit a deo aut est simplex aut cōpositū. si cōpositum: habeo ꝓpositū. si simplex oīmoda simplicitate. Sed tale simplex est idem quod est ⁊ quo est vt dicit boeti⁹. ⁊ sic aliqd̄ creatum est bonū: ḡ erit sua bonitas cū aliter in eo nulla sit cōpositio vel cōcretio. ḡ illud est bonū per essentiā: non ergo deus solus est bon⁹ per essentiā. qd̄ est ꝓtra ipm dīm q̄ dicit in euāgelio. Nemo bon⁹ nisi solus deus. Preterea si illd̄ creatū est sua bonitas: ḡ bonitas ei⁹ est essētia ei⁹ ⁊ nō pōt ab eo separari actu vel itellectu ergo est sūme bonū cū sit pure bonū et pura bonitas sicut pure albū est sūme albū. ¶ Solutio. Ad ꝑmo obiectū dicim⁹ q̄ oppositū pōt sumi stricte vel large stricte sz q̄ cōprehēdit tantū quattuor gña oppōnis opposita vt cōtraria. opposita relatiua. vt priuatio et habit⁹. vt affirmatio ⁊ negatio. et sm hoc concedim⁹ q̄ nullū oppositū ducit ad esse suū oppositū. sed sm q̄ oppositū dicit large. sz q̄ quelibet disparata dicūtur opposita dicim⁹ q̄ prima ꝓpositio est falsa. imo vbicūq; aliquid ꝓducit aliud in esse: oppositū ꝓducit suū oppositū in esse. multo forti⁹ igit̄ produceret deus alia in esse cū non habeāt aliquā oppositōnē ad ipm. Omia eñ appetunt diuinum esse et participare illud secundū possibilitatem suam. Ad secundo obiectum dicimus q̄ cū dicit. a. et. b. ab alio sūt et ab alio sunt plura. Si loquitur de causa efficiente falsum est immo ab eo a quo sunt sz a deo sunt plura. Si autē de causa formali loquitur: verū est. Ab alio eñ formaliter sunt quia sua essentia sunt. ⁊ ab alio sunt plura: quia pluralitate sunt plura. Ad obiectionē illam parmenidis et melissi notandū est q̄ in solo predicamento substantie sunt veri nois genera et species: qz forma nō est forme. Unde substātie differūt suis substantialibus differentijs. Sed ille differētie differunt seipsis. qñ non alijs differentijs substātialibus differunt: cū forma non sit forme. ⁊ sic non erit ꝓcedere in infinitū. Ad vltimo obiectum dicimus q̄ licet primū sit simplex: tamē ab eo sunt res cōposite: qñ non exeunt ab eo per modū nature: sed per modū voluntatis. sicut patet ex volūtate anime q̄ est simplex a qua est cōpositus motus corporis. ⁊ sicut ab vno artifice sunt plures cultelli immediate. Sed videtur falsum qd̄ dictum est sz q̄ disparatū producit in esse suū disparatum. Dicit eñ boetius q̄ species non iuuat aliam speciē ad esse: sed due species nō sūt opposite nisi sicut disparatū: ergo disparatuz non producit ad esse suū oppositum disparatū. Preterea. causa producit ad esse suū causatū: sed causa ⁊ causatū sunt stricte opposita: quia sunt opposita vt relatiua: ergo oppositū vnū producit ad esse suū stricte oppositū. qd̄ pr⁹ negatuz est. Ad primo obiectū dicendū est q̄ species re vera non iuuat ad esse alterius speciei logice loq̄ndo quoniā species non consistit nisi ex genere et differentia. sed solum indiuiduū naturaliter producit ad esse suū disparatū. Uel potest dici q̄ species non iuuat oppositā speciē in esse: quia naturaliter similia ex similibus procreant. Quod aūt mulus generatur ex equo et asina: dicendū est q̄ mulus nō est opposita species ab equo et asina: sz quasi media inter istas duas. Ad secūdo obiectū dicimus q̄ re vera causa producit in esse suū causatū: sed non inq̄tuz causa. Similiter nec pater inq̄tū pater generat filiū: sed inq̄tū habet potestatē generandi. Item nota q̄ quidā dicunt notiones assistere deo ab eterno que nō sunt deus. Hec autem opinio similis est opinioni platonis de ydeis: ⁊ eandem habet improbationē. His tamen ratōnibus suā opinionē videntur probare sic. deus est remunerator ⁊ punitor: inq̄tum iustus est remunerator ⁊ punitor inq̄tum autē liberalis est dator oīm bonorum ⁊ patiēs ⁊ nō punitor: ergo aliud significat̄ per hoc nomē iustus: ⁊ aliud per hoc nomen liberalis de deo: sz nō in essentia aliud. nec aliud in persona: ergo alia notio Et iste assistunt diuine essentie et nō sunt deus vel diuina essentia: quia in diuina essentia nulla est diuersitas vel alietas: et ab eterno assistunt ei quia deus ab eterno iustus est et liberalis: ⁊ ita notiones que non sunt deus assistunt deo ab eterno. Item cū dico deus est iustus deus est liberalis: per vtrūq; istoz noīm significatur diuina essentia. Preter diuinā autē essentiam cōnotantur diuersa ex parte dei: aut non. si diuersa habeo ꝓpositū. Illa enī diuersa nō sunt nisi notiones diuersificātes. Si non: ergo si hec est vera de⁹ inq̄tum iustus punit hec erit vera. deus inq̄tū liberalis punit. cū idē prorsus notetur esse causa vtrobiq; et secundū idē. cū ex parte cause nulla sit vel notetur esse diuersitas. Hec obiectio alto mō potest fieri aptius sic: quia deus inq̄tuz est causa exēplaris iusticie create non est causa exēplaris pacientie vel liberalitatis: ergo secundū aliud ⁊ aliud est ille causa exēplaris iusticie create ⁊ pacientie ⁊ nō secundū essentiā: ergo secundū aliā notionē. et sic iterū primū. Item deus ab eterno fuit iust⁹ ⁊ liberalis. hec cōiūctio et notat diuersitatem: ergo in eo fuit diuersitas inq̄tū iustus ⁊ liberalis. sed non essentiaz vel personaz: ergo notionum et sic iterū primū. ¶ Contra multipliciter obicit̄. Primo sic. sicut dicit btūs augustinus: oē bonū aut est deus aut est a deo: sed notio est aliud bonū. non eñ potest esse non bonū in quo deus est sūme iustus vel summe liberalis: ergo ista notio aut est deus aut est a deo: sz nō est deus vt ipi dicunt: ergo est a deo. ergo de⁹ produxit in esse illā. ergo vel de nichilo vl̄ de aliquo. Si de nichilo: ergo est creata. ergo incepit esse. ergo nō fuit ab eterno sicut ipi dicūt. Preterea si talis notio est creata cuz sit de nichilo: sequitur q̄ talis creatura dederit deo vt sit iustus et vt sit liberalis. et nisi talis creatura esset deus non esset iustus vel liberalis. qd̄ hereticum est dicere et omni rationi repugnans. Si vero dicat q̄ deus produxit istam notionez in esse de aliquo ab eterno. non nisi de sua substantia. quia ab eterno nichil aliud habuit q̄ suam essentiā: ergo ista notio est a deo et essentia dei: ergo est deus. Hoc autem falsū est. sicut dicit btūs augustin⁹ in libro cōfessionū⁹.

Ad idem.
In oppom arguitur.
Ad scōo ad idē
Tertio.
Quarto
Quinto
Solutio.
Ad primū
Duplex oppositio.
Unū oppositū ꝓducit aliud.
Ad scōm.
Ad pmeni dē ⁊ melissū
Ad vltimū
Ō vnū dictū arguit.
Boetius.
Ad idem
Ad primū.
Aliter dz.
De asina et equo.
Ad scōm.
q̄re pr̄ generat filium.
Prima rō.
Tertia rō.
In oppositū arguit. Augustin⁹
Scōo ad idē
Aug. in cōfessionib⁹.

slonū dicēs.dñe tu fecisti oīa nō de tua substātia: qz si de tua substātia essent id quod es. q̄re dñe de nichilo fecisti oīa. Preterea sit de⁹ iustus notōne aliqua que
Ad idem. nō est ip̄e:& ip̄e nō est sūme iustus. Hoc em̄ dicit btūs augu. q̄ si de⁹ esset bonus bonitate que nō est ip̄e. nō esset sūme bon⁹. Et hocvez est ſm istos. qz ip̄e iustus est notione q̄ ip̄e nō est: et liberalis notione q̄ ip̄e nō est. Eodē mō pōt ip̄obari opinio platōis. De ydeis
August. de ydeis quid dicat. tñ dicit augu. q̄ qui negat ydeas esse expers est x̄pia-ne religionis: quodverū est eo mō quo dixim⁹ ydeas esse mūdū archetypū. Sed eas negare sepatas a deo put dz plato posuisse nō est cōtra x̄pianā religionem.
Solutō ad primum Solutio. Ad p̄mo ob iectū dicim⁹ q̄ si volum⁹ ꝓprissime loqui de deo dicemus ita. deus qz est de⁹ punit: qz est de⁹ remunerat qz est de⁹ creat. Largit̄ sua bona: pctā sustiet ⁊ hmōi Scōm idē em̄ est ip̄e causa oīm et ꝓprie ⁊ vniuersaliter. Sed specificamus istā cām efficiēt̄ ēt̄ū ad modū significādi nō in sua essentia: sz ēt̄ū ad effect⁹ q̄sdā Unde dz iustus ēt̄ū ad effectus quosdā speciales: nō ēt̄ū ad oēs. Sic liberalis dz ēt̄ū ad effect⁹ quosdā.
Nō ista. Talē aūt specificationē ſm modū intelligēdi facim⁹ per ꝓportionē siue imitationē quam habēt virtutes create ad deū. Unde cū dz dñs est iust⁹ significat deus vł iusticia. i. in cōparatione ad tales act⁹ quales ex se elicit iusticia creata. Ip̄emet tamē est ip̄a cōparatio. Seip̄o em̄ cōparabilis est de⁹ ad oēs suos effect⁹. Cū ergo dz de⁹ est iustus: ⁊ de⁹ est liberalis. ēt̄ū ad ꝑ nō est diuersitas ex pte dei: sed est diuersitas in modo significādi ⁊ in eis q̄ cōnotātur ex parte creaturaꝝ per talē modū significādi. Per hoc pz solutio ad oīa pte
Sic soluūt argumēta. obiecta. Patet em̄ q̄ nō valet hec argumētatio: de⁹ inēt̄ū iust⁹ est remunerator ⁊ punitor: inēt̄ū liberalis largit̄ dona sua: & aliud significat per hoc nomē q̄ p illud de deo deberet addere vel alio mō.
Ad secūdū Ad secdo obiectū sili dicendū q̄ nulla diuersitas significat per ista noīa ex pte dei. Sz diuersimode significant. Ūñ non seqtur q̄ si nulla diuersitas est vel nō significat ex pte cause. q̄ ideo sit de⁹ iust⁹ qz dator est oīm bonoꝝ vel liberalis qz punit. qz licet idē significēt ex pte dei: tñ
Eodēmmō ad aliud. diuerso mō. Eodē modo dicēdū est de exēplari deus em̄ inēt̄ū iustus est cā iusticie create: inēt̄ū mās uet⁹ exēplar siue cā exēplaris māsuetudis create: et sic de
Ad vltimū aliis. Ad vltio obiectū dicim⁹ q̄ cū dz de⁹ ab eterno fuit iust⁹ ⁊ liberalis. Hec cōiūctio et notat diuersitatē nō essentie diuine ad essentiā diuinā: sed effect⁹ ad effectū. Est em̄ sensus: de⁹ ab eterno fuit iustus ⁊ liberalis. i. ab eterno fuit habilis ⁊ ꝓptus ad opa misericordie ⁊ ad opera liberalitat⁹. Unde ista diuersitas nō asseritur actu fuisse ab eterno cū dicit de⁹ ab eterno fuit iustus et liberalis: sz in habitu.

Explicit liber primus.

Capitula et tituli questionum primi libri.

Utrum fides rationibus debeat ostendi: et vtrū fides sit argumentum vel conclusio.
Utrum heretici decepti fuerunt qz ꝓprias rationes naturalium coaptauerunt rebus diuinis.
Utrum deus sit et quibus rōnibus ostenditur.
Q; deus est simplex omnimoda simplicitate et q̄ nichil est in deo quod nō sit ipse: ⁊ q̄ sit incorruptibilis et inuariabilis et eternus.
Q; in natura diuina seu deitate sunt tres ꝑsone que sunt vnus deus pater et filius et spiritussanctus.
Q; spiritussanctus procedit a patre et filio ⁊ ita sunt tres persone.
Q; alio modo potest ostendi trinitas personarū.
Q; tantū sunt tres persone diuine et non quattuor.
Quomodo deus dicitur habere nomē cum sit innominabilis.
De contrarietate que videtur esse inter beatum dyonisium et iohannem damascenum de proprio et principali nomine dei.
De significatione huius nois deus quid significet.
De suppositione huius nois deus quam habet suppositionem.
Utrum hoc nomen deus in prima significatione possit habere plurale.
De hac propositione: deus est trinus et vnus vtrum sit vera: et quomodo.

Ad primā rationē contra primā partē negat antecedens. ⁊ ad probationē cōceditur maior ⁊ negatur minor ⁊ ad ꝓbationē cōcedit dictū apostoli ⁊ ad minorē cōceditur et negat cōsēqntia: qz ip̄e virtutes cardinales inclinant ad dilectionē x̄pi: ⁊ ideo qui diligit x̄pm habet virtutes cardinales p quas inclinatur ad huiusmodi dilectionē christi.
Ad secundā cōcedit antecedēs ⁊ negatur cōsēqntia ⁊ ad probationē cōsequētie conceditur assumptū ⁊ negatur cōsequētia: qz virtutes non dicūtur cardinales quia sint principaliores sed alia de causa.
Ad tertiā admissa maiore ⁊ minore negat ꝯsequētia propter eandē rationē que dicta est ad secundā.
Ad quartā negatur antecedēs ⁊ ad probationē conceditur maior ⁊ distinguit minor vel q̄ tēperātia repugnet inclinationi naturali id ē materie ⁊ forme et sic ego nego vł q̄ repugnet inclinationi naturali. i. inclinationi aliquoꝝ que p longā cōsuetudinē transierūt in naturā vel qualitatū individualiū nobis ingenitarū que nō cōsequūtur totā spēm et sic cōceditur.
Ad quintā negat añs. et ad ꝓbationē cōcedit dictuꝫ philosophi ⁊ negat minor. qm̄ temperātia cōsistit inter temperantiā et insensibilitatē extrema vicia.
Ad sextam negatur maior.
Ad primā rōnem cōtra secdam partē concedit assumptū et negat minor. et dico q̄ est moderatrix oīm delectationū et tristitiaꝝ nō arduaꝝ. Et ad ꝓbationem negatur assumptum.
Ad secdam trāseat añs et negatur ꝯña. et ad probationē negat assumptū. et iterū ad ꝓbationē cōcedit q̄ prudētia hoc mō diligit: sz ex hoc nō sequit q̄ ipsa hēat

ponere regulã se sola inter oẽs delectationes ⁊ tristi cias siue arduas siue nõ arduas.
Ad tertiã dico q̃ est moderatrix tristiciarꝫ et delecta tionũ nõ arduarꝫ existentiũ circa materiã ipius tẽpe= rantie. Et ad ꝓbatõnẽ q̃ nõ dico q̃ illa ꝓbatio nichil facit intra me.
Ad q̃rtã distinguit añs. vel delectationes ⁊ tristicias q̃ sũt circa materiã tẽperantie ⁊ sic ego nego: vel fm materiam alteri⁹ virtut⁹: ⁊ sic ego cõcedo.
Ad primã cõtra tertiã partẽ negat añs: ⁊ ad ꝓbatio nem cõcedit añs q̃ defectuose se hñt circa tales dele ctationes ⁊ tristicias: ⁊ ad minorẽ nego eã. Et ad au ctoritatẽ danielis ⁊ glose sup illo passu dr q̃ intelligũ tur q̃ daniel fuit vitare oẽs delectatões cubit⁹ pot⁹ nõ ad defectũ nature: sz q̃tũ erat sibi necessariũ ꝑ salute
Ad scdaz negat alio⁹ simplr loq̃ndo de q̃buscũq; de lectatõib⁹: ⁊ ad ꝓbationẽ nego. vniuersalit loquẽdo de omibus delectationibus.
Ad tertiã cõcedit dictũ bti dionysij: ⁊ dico q̃ dionysi⁹ nõ intelligebat de omi abstinẽtia delectationũ: sz de deordinata solũ. ⁊ ad auctoritatẽ q̃ hr̃ danie. i. dr con cedẽdo eã ⁊ negando ꝓñam loquendo de repulsione inordinata.
Ad cõfirmationẽ negat ꝓña: qz magis vitare ꝑt q̃ñq; dicere defectum vicioſum.
Ad scdam cõfirmationẽ cõcedit dictũ apli de desidẽ= riis cardinalib⁹ inordinatis ⁊ illicitis.
Ad primã rationẽ cõtra q̃rtã ptẽ ꝓcedit añs ⁊ negat ꝓña: qz maxima abstinẽtia excedẽs regulam abstinen tie est vicioſa.
Ad scdam trãseat maior ⁊ minor et negat ꝓña: quia maxia abstinẽtia nõ est bona: ⁊ iõ nõ est maxie bona.
Ad cõfirmationẽ trãseat maior lz nõ opz: ⁊ ad minorẽ cõcedit. ⁊ cõcedit ꝓña: ⁊ cũ subsumit abstinẽ est bonũ ego cõcedo: ⁊ nego de abstinere inordinate et vltra re gulam abstinentie.
Ad tertiã admitto casum ⁊ negat q̃d iferr̃ q̃m in tẽ perãtia sũt certi grad⁹ et certa mẽsura: et ad ꝓbatio nem q̃ non/ negatur consequẽtia.
Ad cõfirmationẽ cõcedo q̃ assumit et negat ꝓña. Et ad replicã cõcedo q̃ posset aliq̃s tm̃ ieiunare q̃tũ ie= iunauit moyses adiutus a dño.
Ad primã questionẽ circa hãc cõclusionẽ dr q̃ in pro posito tẽperãtia est habit⁹ moderatiu⁹ delectationũ et tristiciarum nõ arduarum.
Ad scdam q̃stionẽ dr q̃ virt⁹ cardialis est q̃ habẽs eã hz potissimos virtutũ habit⁹ et q̃ inclinat ad act⁹ oĩm aliaꝝ virtutũ moraliũ ⁊ eos limitat.
Ad tertiã questionẽ dico q̃ hoc est vt per hoc differat ab alijs virtutib⁹ cardinalib⁹ et maxie a fortitudine.
Ad quartã q̃stionẽ dico q̃ hoc ideo est: qz maxie ab= stinere dicit supabũdãtiã excedẽtẽ regulã tẽperãtie.

Incipit secundus liber de mundo creato.

Ostq̃z dictum est de mundo archetipo dicẽdum est de mundo creato de quo dicit moyses in principio geneſis. In principio creauit deus celũ ⁊ terrã. Gen. primo.
Per celũ intelligit celũ empireũ et cõtenta in eo: scz angeli qui in eo fuerunt creati. Per terrã xo materia oĩm visibiliũ. Primo igit dicun⁹ de dignioꝛib⁹ creaturis scz de angelis. Et primo de pmo statu eoꝝ. Scdo de scdo statu maloꝝ angeloꝝ. Tertio de bonis angelis. Primũ aũt capitulũ diuidit in quinq; capitula. In pmo querit vtruz In pão capitulo q̃rũtur q̃nq;. in pão statu suo ãgel⁹ hũit caritatẽ. Scdo suppoſito q̃ nõ hũit caritatez sz tm̃ naturalẽ dilectõez vtrũ illa naturali dilectõe frueret se. Tertio vtrũ de illa dilectiõe de via faceret finẽ: ⁊ de creatura deũ suũ. Quarto vtrũ illa dilectio naturalis fuerit symoniaca vtrũ illa dilectione diligeret deũ sũme: sicut volũt ꝓbare quidã opinãtes q̃ naturali dilectiõe diligebat angelus deũ in pmo statu sũme scz ppt̃ se ⁊ sup oĩa. Quarto ⁊ vltimo vtrũ dilectio naturalis ãgeli in pão statu fuerit ordinata vel inordinata et iusta estimatrix rei vel iniusta. Quoꝛũdã opinio.

Circa primũ capitulũ pmo videt q̃ nõ habuerit caritatẽ in pmo statu sic. Qm̃ in pncipio geñ. dicit augu. q̃ cũ dr. in pncipio creauit de⁹ celũ ⁊ terrã. p celũ intelligit angelica natura iformis. p hoc aũt qõ seq̃tur fiat lux. intelligit eadẽ natura formata ad deũ conuersa. Q; aũt habuit caritatẽ p illud qõ dicit ysaias xuij. Quõ cecidisti lucifer q̃ mane oriebaris. qz ḡ habebat tantã claritatẽ vt diceret lucifer videt q̃ haberet gr̃am. Itẽ in ezechi. xviij. Tu signaculũ similitudis eius fuisti Et itez in eodẽ de eodẽ lucifero. oĩs lapis pciosus operimentũ tuũ. p lapidẽ pciosum vident si= gnificari ẋtutes: ḡ in pão statu hũit ẋtutes. pterea de eodẽ dr: tu plen⁹ sapiẽtia et decoꝛe in delicijs para diſi fuisti. Et beat⁹ aug. de ãgelis dicit: simul cõdiẽs naturã ⁊ largiẽs gr̃am. Hoc idẽ ꝑt ꝓbari rõnib⁹. qm̃ ãgelus in pão statu aliqua lege ligat⁹ erat: aliter nõ potuiſz peccare. ⁊ potat demereri trãsgrediẽdo pcepta illi⁹ legis sicut pz ex euẽtu: ḡ iplẽdo pcepta illi⁹ legis poterat mereri: sz mereri nõ poterat nisi hñdo caritatẽ: ḡ habebat caritatẽ. Preterea ĩ pão statu aut diligebat deũ q̃tũ debebat ⁊ sicut debebat aut nõ. si sic: ḡ ex caritate diligebat eũ. qm̃ sola caritate sic diligit de⁹. si nõ: ḡ omittebat hoc pceptũ qđ erat scriptũ in mẽte sua. diliges dñz deũ tuũ. ⁊c. Itẽ in pão statu ãgel⁹ aut diligebat deũ ppt̃ se ⁊ sup oĩa aut nõ. si sic ḡ ex caritate. qm̃ meliori mõ nõ ꝑt diligi de⁹. si nõ diligebat deũ ppt̃ se deũ sz ppt̃ se. i. ppt̃ se ãgelũ ergo magis diligebat se q̃ deũ. ḡ peccabat mortalit. qm̃ ex hoc est pctm̃ cupiditatis. qm̃ ea magis diligit creatura q̃ creatoꝛ: et silr luxuria et hmõi. Solutio. ꝓpositiuus ⁊ multi alij dixerũt q̃ angeli creati fuerũt in naturalib⁹ ⁊ gratuitis. Et respõdẽt ad illud qđ dicit augu. q̃ ãgelica natura in pão statu fuit informis nõ simpliciter: sz in ordinatiõe ad statũ confirmatiõis. Nobis magis placz via cõis. s. q̃ nõ habuerũt gratuita. Q; aũt dr Tu aũt signaculũ ⁊c. dr ppt̃ naturalia pspicaciſſia q̃ hẽbat lucifer ꝑ alijs ãgelis. Qđ dr oĩs lapis pcios⁹ ⁊c. p lapidẽ pciosũ ãgli nõ itelligũt ẋtutes sz alij ãgli q̃ in ordinatõe sui ad ipz ornabãt ipz. qm̃ in ordinatiõe rei min⁹ pulcraꝝ magis appet pulcritudo pulcriozis. silr cũ dr tu plen⁹ sapiã ⁊c. itelligit ꝺ sapia quã hẽbat pspicaci rõe ⁊ de decoꝛe claritatis nãliũ ⁊ de delicijs q̃b⁹ de

Prima auctoritas. Augu. sup geñ. in pri. Aff q̃ non. In oppoſitũ arguit. Scda auctoritas. scdo ad idẽ Tertia auctoritas. Prima rõ. Scda ratio Tertia rõ. Solutõ ad q̃stum. Augustin⁹ Opõ doctoris.

lectabat in deo p naturalē cognitōnē ⁊ naturalē amorem. sicut alīqs delectat naturaliter vidēdo pratū vi
ride. ¶Quod aūt dr simlr audiēs naturā ⁊ largiēs gratiā intelligit sic. simul dedit eis naturalia bona gratis
Ad primū obiectū Ad primo obiectū dicim⁹ q hoc argumētū nonvalet angel⁹ in primo statu habuit sufficiēter vñ posset demereri: ḡ hmōi sufficiēter bñ posset mereri. qm̄ plus exigit ad meritū q̄ ad demeritū: qm̄ sol⁹ hō pncipiuz est mali sz nō boni: qm̄ de⁹ est pncipiū oīs boni. lz aūt
Ad secūdū angelus nō haberet sufficiēter ꝙ posset mereri gratiā in primo statu habebat tm̄ quo posset mereri. s. libero arbitriū quo poterat mereri accepta tm̄ gra. Ad aliō dicim⁹ q angelus diligebat deū in primo statu q̄tuz debebat: ⁊ sicut debebat ex eis q̄ data erāt ei. i. ex naturalibus. diligebat ḡ deū angelus q̄tū debebat: et
Nō ista. sicut debebat diligere tūc. non tm̄ diligebat eū simplr q̄tū debebat vel tenebat diligere: qm̄ habebat mandatū caritatis scriptū in mēte sua. tenebat ḡ eū diligere ex caritate: sz nō nisi pr⁹ accepta gra. Ad illud dici
Ad tertiū. mus q angelus naturali dilectōe magis diligebat se q̄ deū. nec sequitur: ḡ peccabat mortaliter. Impediente
Falla p̄ntis fallacia scōm cōsequēs: qm̄ illa p̄dicta se hñt vt excedētia ⁊ excessa. qm̄ dilectio qua aliqs diligit se plus q̄
dilectio naturalis ⁊ in naturalr dif ferunt. deū q̄ libido est. i. qz vult frui creatura est pctm̄. talis dilectio ē in luxuriosis/supbis/cupidis: ⁊ hec dilectio naturalis est. sz dilectio q̄ creatura diligit suptilitatē vel cōseruationē suā naturalis est: ⁊ lz tali dilectōe diligat se creatura plus q̄ deū: tñ nō peccat in hoc qm̄ nō est ei datū aliqd naturaliter quo diligat deū plus q̄
Alia ratio. se nec p se sup̄a se. Jtē angls cognoscebat et diligebat deū: ḡ de⁹ cadebat in ei⁹ intellectū ⁊ ei⁹ affectū: sz ita est in sensibilib⁹ q si dulce cadit in gustū nō infectū sz bene dispositū delectat ip̄z. ⁊ scm q magis dulce magis delectat: ḡ cū sūme delectabile caderet i affectū angli siue i gustū ei⁹ spūalē nō infectū: sz bñ dispositū sūme delectabat ip̄z qm̄ si delectabile iq̄tū delectabile delectat: ḡ sūme delectabile iq̄tū sūme delectabile sūme delectat: ḡ angls i p̄mo statu sūme delectabat i deo: ḡ
Solutio. sūme diligebat deū. sz sūma dilectō dei ē caritas: ḡ diligebat deū ex caritate. Solu⁹. Cōcedim⁹ q̄ āgls sūme delectabat i deo q̄tū ad statū: nō tū sūme simplr: et hoc tō ꝓtigebat qz gust⁹ spūalis nō erat i angelo i op
ymago ⁊ similitudo ḡ tuita dr̄nt. tia ⁊ultia dispōe. s. dispōe gre. Erat q̄dē dispositⁿ p ymaginem nō p similitudinē gratuitā: ⁊ tō nō sūme delectabat angls i deo simplr: sz sūme delectabat i eo scm capacitatē quā tūc hēbat. Jtē oīs potētia magis se hz
Alia ratio. ad illō ad q̄ pncipaliter ⁊ p se ē q̄ ad illō ad q̄ nec pncipaliter nec p se ē: sz vis ꝓcupiscibilis se hz ad diligēdū deū p̄cipaliter ⁊ p se: sz ad diligēdū creaturā nec pncipaliter nec p se: ḡ magis se hz ad diligēdū deū q̄ ad diligēdū aliquā creaturā: sz hō p eā solā potēs ē diligē aliquā creaturā ⁊ultia dilectōe. s. ppter se ⁊ sup̄ oīa sz hoc ē mot⁹ caritatis: ḡ i p̄mo statu āgls hūit caritatē
Alia rō ad idem. et antea. Jtē sicut se hz hīt⁹ ad hītū ita potētia ad potētiā: sz hīt⁹ q̄ diligit de⁹ ē maior q̄ hīt⁹ q̄ diligit creatura. qm̄ sicut d⁹ aug. caritas magis diligit legē dei q̄ cupiditas milia auri ⁊ argēti: ḡ potētia q̄ diligit de⁹
Augustin⁹ magis se habet ad diligendum deum q̄ potētia qua diligitur creatura ad diligēdū creaturā. ⁊ idevt p̄⁹.
Alia rō ad idem. Jtem q̄ natura est tale magis est tale q̄ qō nō est tale natura: sed ille naturaliter diligit deū demōstrato aliquo auaro et nō naturaliter diligit diuitias mūdi
ḡ ꝓtra naturā: ergo magis diligit deū q̄ diuitias mūdi. nō ergo p̄ponit diuitias mūdi deo: qō aperte falsum est. ¶Solutio. cōcedim⁹ cōclusionē duaruz p̄marū obiectionū. vis em̄ concupiscibilis magis se hz ad diligendū deū q̄ ad diligēdum tpalia. qm̄ ad diligendū deū se hz naturaliter ⁊ ex naturali sua intētione: ad hoc enī data est. ad diligendū autē tpalia nō fuit data. tm̄ talis facta est q ea posset hō diligere tēporalia vel debito mō vel indebito modo. sicut enīz intellectus hz ap̄hendere oīa et eterna et trāsitoria: sic vis cōcupiscibilis ei annexa hz cōcupiscere et eterna ⁊ trāsitoria. Nō valet aūt hec argumētatio: cōcupiscabilis magis se hz ad diligendū deū q̄ ad diligendum tpalia: sed sola pōt diligere tpalia ꝓpter se ⁊ super oīa: ergo et deū. qz nō cōcludit qō ꝓpositum. ꝓpositum enī de simplici dilectione: ⁊ ipse cōcludit de dilectione pfecta ad quā vis cōcupiscibilis nō magis se hz q̄ ad diligendum pfecte tpalia ꝓpter quattuor causas. Prima est qm̄ ad opus pfecte dilectiōis exigit multiplex electio siue multiplex deliberatio. ad actū autē vicij nulla exigit deliberatio sicut dicit Origenes q virt⁹ est tarda. viciū autē p̄ceps. Scda cā est q vis cōcupiscibilis se hz ad pfecte diligendū deū tm̄ p mediā caritatē: qz aliter non pōt ferri supra se sz immediate se hz ad diligēdū tpalia. Tertia cā est qz dedus modo nō videt: qz deū nemo vidit vnq̄. tēporalia autē apte vidētur. Quarta cā est fomes. dicim⁹ autē q vis cōcupiscibilis nō hz se p se ad diligendū deū dilectione volūtaria: imo p ap̄hensionē et extrinsecuz mouēs. Ad tertiū obiectū dicim⁹ q hoc nomē natura tripliciter accipit sicut dicit boeci⁹ in li. de duabus naturis ⁊ vna psona xp̄i. Primo mō dr natura principiū motus p se et nō scōm accidēs. Scdo vniuscuiusq rei specifica differētia. Tertio quelz res q̄ intelligi pōt. Scōm primā significationē intelligit regula aristotelis. qz scm hoc intelligit natura q̄ est principium alicui⁹ rei p se. scm hoc liberū arbitriū non est natura respectu suaz opationū. qz nō p se mouet ad opa interioza vel exterioza: est tm̄ natura scm scdam significationē q̄ idez est q ratio. Natura tm̄ scm primā significationē posset dici scm aliquez effectū quē p se elicit vel scm aliquā dispōem quā p se habet. Per hoc ptz solutio ad tertiā obiectionē. qz scōm primā significationē vis cōcupiscibilis nō se habet naturaliter ad diligendū deū vel tpalia: sed extrinsec⁹ mouēs. scdz autem scdam significationē se hz ad vtrūq naturaliter qz ex libero arbitrio qō est natura vt dictū est.

¶Utrū angelus naturali dilectione frueret se.

Scdo capitulo q̄ritur vtruz angelus naturali dilectione frueret se. Qō ꝓbatur. qz angelus i p̄mo statu diligebat se ⁊ ꝓpter seipm: sz frui est amore iherere alicui rei ꝓpter se. ḡ āgelus in p̄mo statu fruebat se: ḡ fruebat creatura. sz dicit Aug. q totū ⁊ solū malū hoīs est frui creatura: ḡ naturalis illa dilectio erit pctm̄. Jtē dicit aug. in li. de ci. dei: q amor sui est fūdamētū ciuitatis dyaboli: sicut amor dei ē fūdamētuz ciuitatis dei. ḡ amor sui pctm̄ ē. ḡ amor q̄ āgelus diligebat se ꝓpter se pctm̄ erat. Sz vr hoc ipossibile: qz delectatio ē ꝓiūctio ꝓuenientis cū ꝓuenienti: sz nichil pōt ꝓiūgi sibi: ḡ nullus pōt delectari in se ꝓpter se: ḡ null⁹ pōt se diligere amore libidinoso: ḡ amor sui nō pōt eē pctz ḡ nō est fūdamētū ciuitatis dyaboli Solutio. amor naturalis sui est ille q̄ dsvult sibi bonū. s. eē/viuere/itelligere. ⁊ talis amor nō tēdit nisi ad ꝓseruatōez sui. qm̄

Solutō duar ꝓmaruz obiectionū

Nota

Nō vr hec.

Prima cā.

Origenes.

Scda cā.

Tertia cā.

Quarta cā

Ad tertiuz obiectum.

Primo.

Secundo.

Tertio

Aristotel.

Nō de libero arbitrio

Scda q̄stio

Pria rō affirmatiua.

Augustin⁹

August. de ciuitate dei

Scda rō.

Nō in oppositum.

Solutio.

Amor sui quid est. Hieremias

aūt dr amor sui.i.amor ꝑpe excellētie.r ꝑm hoc idez est q̄ supbia.qñq; amor sui dr amor libidinosus huiꝰ vite tꝑalis.sicut ez aliqs in diuitijs gliaī.i.ppt̄ se delectaī vel in fortitudine qđ ꝓhibet ꝑ hiere.ca.ix.Nō glorietur diues in diuicijs suis:nec fortis in fortitudine sua.rc. Ita qñq; aliquis ꝓpter se delectaī in vita ista tēporali r trāsitoria et bene pōt contīgi vite sue per apprehensionē:qz p apprehēsionē cōtīgit homo rei etiā nō existenti qñq;.vt cū aliquis delectaī in spe alicuius boni qđ nec habet necvnq̄ habebit. De tali

Gregorius

amore dicit greg. q̄ ē filia luxurie r pōt dici q̄ amor sui in scđa vel tertia significatione est fundamētū ciuitatis dyaboli:qz magis se habet homo ad deliberādū se q̄ ad aliud:r ideo hō coꝛruptus citius r vehementius diligit se amore libidinoso q̄ aliud.

Tertia qō tercij capīi. Prima rō. Augustinꝰ

Utꝛ illa dilectō devia faceret finem.

Arca tertiū capitulū q̄rit vtꝛ illa dilectō devia faceret finē:r ō creatura deū suū.videt q̄ sic: qz dicit augu.ve illis q̄ diligūt nutus tuos ꝑ te. Nutus dei sūt oēs creature.peccāt igr amatores mūdi qz de nutu faciūt rē:de via finē:ḡ naturalis dilectio sī ꝓꝓhē

Scđa ratio

dit nutū ꝑ re viā ꝑ fine pctm̄ est. Preterea gulosus de vētre facit deū suū: qz facit ipm supremū finē sibi. Eodē mō auarꝰ thesaurꝰ diuitiaꝝ facit sibi deū:qm̄ diligit eas ppt̄ se: ḡ cū hō naturali dilectōne diligat se ppt̄ se r faciat se suprēmū finē sue dilectōis. restat q̄ ipe tali dilectōe facit se deū suū:sz cōstat q̄ ipe nō ē verus deꝰ suus:ḡ tali dilectōe peccat:qm̄ nobis precipit

Tertia rō.

Abijcite deos alienos de medio vestri. Itē angelus naturali dilectōe diligebat se ꝑpter se r nō ppt̄ deū illa ḡ naturalis dilectio excludebat vltimū finē: ḡ in ea erat priuatio speciei:qz oīs actꝰ volūtatis species ē et relatio ad deū:ḡ in illa dilectōe erat malitia.ḡ illa dilectio erat pctm̄. Solutio. Dicimꝰ q̄ naturali dilectōne q̄ diligit se hō ppt̄ sui vtilitatē nō peccat: qm̄ illa dilectōne non fruit se nec tēdit ad fruēdū se quod esset seipm facere finē sibi suprēmū r seipm facere sibi deū. Cū em̄ bonū naturaliter sit finis oīm:tunc hō facit creaturā sibi supmū finē r deū suū qñ diligit eā vt sūmū bonū.i.vt delectet in ea ppt̄ se:sz cuz diligit creaturā ppt̄ naturalē aliquā vtilitatē.talis dilectio nō excludit vltimū finē: sz ex hoc q̄ se diligit ppt̄ suā vtilitatē pōt puenire ad hoc vt vere diligat deū.cum autē vere diligat deū tūc pfecte diligit se ppt̄ suā vti

q̄d est vngulā findere.

litatē:qm̄ oē aīal mundū findit vngulā. Pervngulā significat finis volūtatis siue operis: qz oīa desideria et opa nra debemꝰ referre ad gliam dei r vtilitatem nostrā:qm̄ hoc vult deus vt eiꝰ sit gloria.sicut ipe dicit ꝑ ysaiā.ca.xlij. Gloriā meā alteri nō dabo.ideo cā

Ysaias.

tamus ei quotidie glia patri rc.in fine psalmoꝝ ꝑ qs intelligit operatio. Utilitatē aūt vult deꝰ esse nostrā qm̄ ipe bonoꝝ nostroꝝ non eget.r ideo pz q̄ dilectio naturalis nō est cōtraria caritati nec repugnās ei: sz

Ad duo ꝓma obiecta

pōt esse via ad ipam. Per hoc patet solutio ad duo obiecta. Patet etiā solutio ad tertio obiectū: qz licet illa dilectio naturalis careret debito fine nō tñ excludebat debitū finē qz susceptibilis erat illius sicut

Ad tertiū.

contingit in actionibus indifferentibus.

Questio quarti capituli vtrū illa dilectio fuerit symoniaca.

Prima rō. Propte affirmatiua.

Arca q̄rtū capitulū sic obicit. Angls i pmo statu diligebat deū nō ppt̄ deū sz ppt̄ seipm siue ppt̄ suāvtilitatē:ḡ illa dilectōe ītēdebat acq̄rere rē tpalē siue suāvtilitatē:ḡ illa dilectio ē symoniaca qm̄ ex eo est symonia r pctm̄ q̄ aliqs aliq̄d ītēdit acq̄rere tpale ꝑ spirituali. Ideo pro maximo spirituali intendebat acq̄rere tēporale:ergo illa dilectio erat maxime symoniaca ergo erat pctm̄. Forte ad hoc dicet aliqs q̄ licet hoc ꝑ spūali intēderet acquirere tēporale tñ in hoc nō peccabat qm̄ illud nō intendebat ex cupiditate. Sed cōtra.si aliqs epūs non habēs vnde sustentaretur vēderet vel intēderet dare alicui prebendaz ꝑ re tēporali:hac intētione tm̄ vt ex illo tēporali sustentaret:cōmitteret symoniā.hoc nō est dubiuz licet illud nō intēdatur ex cupiditate.eadē ratione et in dilectione naturali erit symonia:ergo ipsa est peccatū. Propter cōsimiles obiectiōes q̄ infinite possunt hic fieri dixerūt quidā:et adhuc dicunt multi q̄ angelus siue adam in principio diligebat se nō ꝑpter se sed ꝑ pter deū:et deū ꝑpter deū tm̄ et q̄ naturali dilectione diligebat deū ꝑpter se et sup oīa.quod nituntr q̄dam ꝓbare sic.naturali dilectione nō diligit quis nisi suā vtilitatē:hoc em̄ est diligere se:ergo maiorez sui vtilitatē magis diligit:ergo summā vtilitatez sūme diligit.deus autē sūma est vtilitas creature siue sibi sūme vtile:ergo naturali dilectione sūme diligit deū ergo diligit deū ꝑpter se et sup oīa:vel ad mīnꝰ diligit deū equaliter sibi cū diligat deū sūma dilectione et se sūma dilectione. Itē hoc ꝓceptum diliges deuz rc.est ꝓceptū morale:ergo erat scriptum a natura in mēte angeli in primo statu:ergo naturaliter insitum erat angelo diligere deū ex toto corde rc.ergo naturali dilectione diligebat deū ꝑpter se et sup oīa. Sz contra.angelus in primo statu diligebat deuz ꝑpter se et sup oīa:sed hmōi dilectione dilector integer reuz estimatoꝝ est q̄ iuste estimationi nec aliq̄d addit nec aliq̄d detrahit.talis est q̄ iuste r sancteviuit sicut dicit augu.in primo li.de doctrina xp̄iana. ergo sola dilectione naturali iuste et sancteviuitr:qđ est hereſis pelagiana. Preterea excellētissimꝰ modus diligēdi deū est diligere deū ꝑpter se et sup oīa:sicut dare elemosinā est quidā actus informis sed per circūstātias format.vt si q̄s det elemosinā dādo q̄tum debet/ qñ debet/et cuiꝰ gra debet:talis motꝰ est informatꝰ talibus circūstātijs. Similiter diligere est motꝰ informis secundū se:sed si apponātur circūstātie scz ꝑpter se r sup oīa plenissime erit formatꝰ.qm̄ nō sunt alique circunstātie q̄ possint addi vt meliorē efficiāt motū illū ḡ talis motꝰ diligēdi deū est excellentissimꝰ vt nichil bonitatis posit addi:ḡ talis motꝰ diligēdi deū ē gre nō nature. Solutio.duplex dilectio naturalis scz volūtaria r inuolūtaria:siue naturalis rōnalis r irrōnalis. Est autē duplex dilectio inuolūtaria.vna quaz habemꝰ cōem cū brutis qua hō diligit se.i.vitā suā salutē et sanitatē et cōseruationē illoꝝ: qm̄ tali amore diligimꝰ mēbra nostra r magis diligimꝰ magis necessaria:vt caput ꝑ quo ꝓseruādo exponimꝰ cetera mēbra.tali dilectōe diligūt se bruta q̄ ꝑ vim estimatiuā fugiūt nociua r appetūt innocua:r ea q̄ ꝓseruāt eē vel bene eē:talis dilectio nō pōt esse pctm̄ qm̄ nō est volūtaria nec pōt esse volūtaria.oē autē pctm̄ est volūtariū. Est aūt dilectio naturalis inuolūtaria q̄ ꝑprie est hoīs siue hūane nature qua naturaliter aīa diligit summū bonū appetēs beatitudinē sine oī deliberatōe et ꝑlectione.qm̄ sicut dicit tulliꝰ:deꝰ est vox nature r sicut dicit boetiꝰ:deꝰ est bonū qđ ab oībꝰ desiderat.de ista dilectōe dicit eccle.cāti.iij. In lectulo meo ꝑ noctes q̄siui quē diligit aīa mea. Et augustꝰ.deū diligit

Opio quo rūdam.

Rō opionis

Scđa ratio opinionis.

Impꝛobat doctoꝝ hāc opinionem

Augu.de do.xp̄iana. libꝛo prio. Scđa ipꝛobatio.

Soluto ad quesitum. Dilectō nā lis duplex.

Pctm̄ est volūtariū.

Tullius. Boetius. Canticoꝝ Augustinꝰ

ḡcḡd diligere p̄t. Nec igit dilectio: qz est irratōalis ꝛ inuolūtaria non pōt esse pctm̄. Dilectio aūt voluntaria diuiditur in duas. s. in cōcupiscentiā et in auaritiā seu benivolentiam. Concupiscentia est dilectio qua diligimus omne illud quo frui appetimus vel qđ habere volumus: sicut aliquis dr dilgere vinū qz appetit frui eo. Dilectio que dr amicitia est qua diligim⁹ oē illud cui bonū volumus. i. cuius bonis cōgratulamur. vtraq; dilectōne siue cōcupiscētia siue benivolēntia diligim⁹ deū p naturā sine adiutorio gratie et p gratiā. per naturā vero qm̄ est inducta p creaturaz testimonia qm̄ creature sūt sufficiētes ad inducendū testimonia de suauitate dei per q̄ cōcupiscentiā aliquaz possūt accēdere in aīa hūana sicut habeꝫ sapiētie. xiij. et talis cōcupiscētia inducta testimonijs creaturaruz est amor quo diligit deus p modū nature. sic possunt creature psuadere deū esse dignū cui bonū diligatur et cuius bonis cōgaudeatur dū ostēdunt nobis ꝛ clamant q ipe fecit nos ꝛ nō ipi nos: ꝛ q oīa visibilia fecit ppter nos. ꝛ sic inducūt in nobis dilectionē que est amicitia vera ad deū: ꝛ talis amor dei naturalis ē qz per naturalia acq̄situs sine gratia gratū faciente: nec tm̄ est symoniacus qm̄ natura nō facit ipm̄ viā ad acq̄rendū aliq̄d aliud. ideo tali amore volum⁹ deo sūmū bonū et ei⁹ bono ꝓgratulamur: licet inde nichil boni nobis accidat. sicut amor quo pater diligit magistrū filij sui ꝓpter filiū suū. ille amor est gratuit⁹ ex parte cause finalis: licet sit inductus ab amore filij qm̄ vult ei bonū. licet nichil cōmodi inde ei ꝓueniret. Ex hoc patet solutio ad primū quo diligit deus nō est symoniac⁹ sicut amor cupidorū q̄ diligūt deū ꝓpt nummū ordie puerso sicut dicit augustinus. Et ideo amor naturalis quo diligit de⁹ gratuit⁹ est ex parte cause finalis. nō tm̄ est oīno gratuitus qm̄ nō est gratuitus ex parte cause efficiētis cū sit inductus a rationibus naturalibus ꝛ innitit illis: sed amor q̄ est caritas siue sit cōcupiscentia siue amicitia gratuitus est ex omni parte. Ad scōm dicim⁹ q illе amor naturalis quo diligit aīa humana deū sicut sibi optimū siue sicut suā sūmā vtilitatē ille iō amor est amor quo diligit se homo. Est em̄ regula generalis q omī amore qui est ꝓcupiscētia diligēs se diligit illud quicq̄d aliū illo diligit. Et dicim⁹ q illo amore diligit homo deū sūmē scōm statū in quo est. s. scōm possibilitatē nature. Similiter angelus in primo statu tali dilectione deum diligebat naturaliter nec magis nec minus q̄ se: nec equaliter. sicut iste non magis diligit dulce q̄ vinum vel minus vel equaliter. et hoc contingit: quia ex eadem dilectione numero et eodē modo se habēte qua diligit dulce diligit vinū. Quod autē dictū est superi⁹ q̄ homo magis diligit se q̄ deū naturali dilectione: dictum est de dilectione amicitie qua diligit deus. Adultimo obiectū dicim⁹ q hoc preceptū diliges dn̄m ex toto corde ꝛc. institus est in corde hois q̄tum ad scientiā non q̄tū ad faciēdi potestatē. qm̄ hec est potestas solius gratie vt p eā diligat homo deū plus q̄ se. et vt leuet se supra se. tre nozū. iiij. ideo dicimus q nō valet hec argumētatio. hoc preceptū diliges dn̄m deū tuū ꝛc. erat scriptū in mēte angeli naturaliter: ergo naturaliter erat ei insitum diligere deū ex toto corde ꝛc. qm̄ differentia est inter legē et gratiā. qm̄ lex docet quid faciendū: gratia dat potestatē. vnde debet cōcludere: ergo naturaliter erat ei insitū q̄ deus erat diligēdus ex toto corde ꝛc. erat em̄ per solā cognitionē: sed non p operationē. hoc em̄ erat solius gratie vt diligendo deū plus q̄ se leuaret se supra se.

Duplex dilectio volūtaria.

Amor ꝓcupiscētie.

Amor amicitie q̄d sit.

Nō diligēt

Inducitur q̄s ad diligēdū deū p creaturas.

Amor naturalis sn̄ gra

Optimum exemplum

Ad primū

Ad scōm.

Rō ḡnalis

Adultimū

Quinto capitulo queritur sic. vtrū naturalis dilectio qua diligebat angelus deū in primo statu erat ordinata aut inordinata. Probat. augu. in libro de doctrina xp̄iana assignat talē ordinē caritatis. Primo debem⁹ diligere deū. Scōo nos. Tertio illud quod iuxta nos est. Quarto corpus p̄priū. Dilectio ergo naturalis aut tota est ordinata scōm hūc ordinē: aut aliquid habet cōtra hunc ordinē. Si primū ergo est simpliciter ordinata. si secūdū/ergo est inordinata. ergo naturalis dilectio aut est ordīata aut inordinata. Sed augusti. dicit q ordinata dilectio caritas est: ergo si naturalis dilectio est ordinata ipsa est caritas: ꝛ si inordinata est pctm̄. cum ordo caritatis sit in p̄cepto. ergo naturalis dilectio aut est caritas aut peccatū. sed cōstat q non est pctm̄: ḡ ipsa est caritas. et ita angeli in primo statu habuerūt caritatē. Item angelus tenebaꝫ diligere deum ex caritate in primo statu: ergo tenebaꝫ diligere deū plus q̄ se ꝛ diligebat deū minus q̄ se ꝛ se magis q̄ deum. ergo peccabat. Preterea illa dilectio erat iniusta: estimatrix ꝛ pōderatrix dei: qz magis diligendū minus diligebaꝫ ea: et minus diligēdū magis: ergo erat peccatū. Solutio Dilectio naturalis angeli in primo statu differebat a caritate in duobus tantū scz in causa efficiēte siue originali ꝛ causa inducente siue motiua. Causa em̄ efficiens naturalis dilectionis est sola potētia. Causa inducens siue mouens sunt bona tēporalia: neutrū aūt istoz neq; ista simul faciunt contrarietatē dilectionis ad dilectionē: sz solus finis dilectōnis. Unde dilectio qua tendit creatura ad fruendū creatura vel ad delectandū in ea est ꝓtraria dilectioni qua ḡs fruitur deo vel tendit ad fruendū eo ꝓpter se. vnde vna istaz est pctm̄: alia est virtus. Dilectione aūt naturali qua diligitur de⁹ delectaꝫ aīa in deo: ꝛ ita naturalis dilectio nō repugnat q̄tum ad finē causati. imo pot⁹ ꝙuenit cum ea. et ideo non est ei contraria licet sit disparata patet igit q naturalis dilectio nec est inordinata fm q inordinata notat vicium vel cōtrarietatē respectu caritatis ordinate: sed nō ex toto ordinata. siliter hec ꝓpositio est falsa quam ipse ponit. naturalis dilectio aut est ex toto ordinata fm hunc ordinem: aut habet aliq̄d ꝓtra hūc ordinē. qz re vera nichil habet ꝓtrariū huic ordini sed disparatū vt patet ex predictis. siliter illa dilectio nō est iniusta estimatrix dei: qm̄ hec dictio iniusta importat viciū: sed non est cuuslibet rei iusta estimatrix. quod si esset: esset caritas.

Quinto capitulo queritur sic. vtrū naturalis dilectio qua diligebat angelus deū in primo statu erat ordinata aut inordinata. Probat. augu. in libro de doctrina xp̄iana assignat talē ordinē caritatis. Primo debem⁹ diligere deū. Scōo nos. Tertio illud quod iuxta nos est. Quarto corpus p̄priū. Dilectio ergo naturalis aut tota est ordinata scōm hūc ordinē: aut aliquid habet cōtra hunc ordinē. Si primū ergo est simpliciter ordinata. si secūdū/ergo est inordinata. ergo naturalis dilectio aut est ordīata aut inordinata. Sed augusti. dicit q ordinata dilectio caritas est: ergo si naturalis dilectio est ordinata ipsa est caritas: ꝛ si inordinata est pctm̄. cum ordo caritatis sit in p̄cepto. ergo naturalis dilectio aut est caritas aut peccatū. sed cōstat q non est pctm̄: ḡ ipsa est caritas. et ita angeli in primo statu habuerūt caritatē. Item angelus tenebaꝫ diligere deum ex caritate in primo statu: ergo tenebaꝫ diligere deū plus q̄ se ꝛ diligebat deū minus q̄ se ꝛ se magis q̄ deum. ergo peccabat. Preterea illa dilectio erat iniusta: estimatrix ꝛ pōderatrix dei: qz magis diligendū minus diligebaꝫ ea: et minus diligēdū magis: ergo erat peccatū. Solutio Dilectio naturalis angeli in primo statu differebat a caritate in duobus tantū scz in causa efficiēte siue originali ꝛ causa inducente siue motiua. Causa em̄ efficiens naturalis dilectionis est sola potētia. Causa inducens siue mouens sunt bona tēporalia: neutrū aūt istoz neq; ista simul faciunt contrarietatē dilectionis ad dilectionē: sz solus finis dilectōnis. Unde dilectio qua tendit creatura ad fruendū creatura vel ad delectandū in ea est ꝓtraria dilectioni qua ḡs fruitur deo vel tendit ad fruendū eo ꝓpter se. vnde vna istaz est pctm̄: alia est virtus. Dilectione aūt naturali qua diligitur de⁹ delectaꝫ aīa in deo: ꝛ ita naturalis dilectio nō repugnat q̄tum ad finē causati. imo pot⁹ ꝙuenit cum ea. et ideo non est ei contraria licet sit disparata patet igit q naturalis dilectio nec est inordinata fm q inordinata notat vicium vel cōtrarietatē respectu caritatis ordinate: sed nō ex toto ordinata. siliter hec ꝓpositio est falsa quam ipse ponit. naturalis dilectio aut est ex toto ordinata fm hunc ordinem: aut habet aliq̄d ꝓtra hūc ordinē. qz re vera nichil habet ꝓtrariū huic ordini sed disparatū vt patet ex predictis. siliter illa dilectio nō est iniusta estimatrix dei: qm̄ hec dictio iniusta importat viciū: sed non est cuuslibet rei iusta estimatrix. quod si esset: esset caritas.

q̄stio quinti capituli.

Ꝓia ratio Aug. de doctrina xp̄ia.

Augustin⁹

Scōa rō.

Tertia rō.

Solutio.

Differebat in duobus.

Nota

Utrum dilectio angeli in primo statu sit eiusdē speciei cum dilectione caritatiua.

Arca vltimū capitulum videtur q̄ dilectio qua diligebat angelus deū in p̄o statu: erat eiusdē speciei specialissime cū caritate. ꝓbatio. Illa dilectōe naturali diligebaꝫ idem ꝓpter idem quod diligit caritate. s. deus ꝓpter se ꝛ ꝓprie idem ꝓpter se ergo illa dilectio erat eiusdē speciei specialissime cū caritate. Hec argumentatio est necessaria vt patet in alijs affectiōibus. sed nichil est eiusdē speciei specialissime cum caritate q̄ non sit caritas: sicut nichil est eiusdē speciei specialissime cum albedine quod nō sit albedo. ꝛ sic de oīb⁹ sīlibus. ḡ naturalis dilectio est

Ꝓia rō.

Solutio. caritas. Ad hoc dicendū q̄ actus dilectiōis naturalis et actus caritatis sunt eiusdē speciei specialissime: nō tñ habitus ex quibus insurgūt vel p̄cedūt illi actus sunt eiusdē spēi. habitus enī non sunt ad simpliciter agere sed ad facile agere: ⁊ vbi habitus explicat aliā difficultatē est alterius speciei. et ideo quia habitus caritatis explicat talem difficultatē qualē non potest explicare naturalis dilectiōis habit⁹: habitus qui est caritas est alterius speciei q̄ naturalis dilectio. sicut patet in largitate ⁊ p̄digalitate qui sūt diuersi habitus diuersarū specierū p̄opter difficultatē specialem quam expetit largitas: ⁊ tamen ex eis surgunt actus eiusdem speciei scz dare danda.

¶ Secundus tractatus secundi libri.

¶ De statu malorum angelorum.

Dictū est de primo statu āgelor: qui fuit status innocētie. scōs stat⁹ angelor fuit status culpe. scōs status bonorum angelor statu glorie. Primo dicendū est de secūdo statu malorum angelor. Circa quem septem principaliter sunt inuestiganda. primo vtrū malus angelus potuit p̄scire casum suū. scōo de primo pctō angeli vtrum fuerit pctū omissionis: an pctū actuale. s. peccatū supbie. tertio que fuerit causa illi⁹ pctī. quarto quare nō perseuerauit lucifer in bono sue cōditionis. quinto qō fuit peccatū aliorū angelorū. sexto quare peccatū malorū angelorū siue demonū fuit irremediabile. septimo vtrū malus angelus quolibz motu suo peccet. ¶ Q malus angelus non p̄sciuit casum suū aperte dicit aug. qm̄ scientia est fructus pietatis: ⁊ cum angeli pij essent nō debuit eis dari ad damnū/sed ad fructum. Sed querit vtrū potuit malus angelus p̄scire suū casum. probat q̄ sic. quia āgeli in primo statu videbāt futura in v̄bo: viderūt enī firmamentū et alias creaturas esse faciēdas anteq̄ fierēt: eadem rōne p̄uiderūt casum suū. Scōo sic. qz dñs potuit p̄dicere ei. tu per supbiam cades. sicut dixit petro ter me negabis. ergo potuit certificare eum de suo casu. ergo iste potuit p̄scire casum suū. Itē si dñs creasset angelū in misero statu: non eēt iniuriatus ei. qm̄ (sicut dicit aplus) figmentū non potest dicere suo factori: cur me ita fecisti? ergo iusticia nō repugnabat q̄n de⁹ potuisset fecisse āgelū p̄scium sui casus: licet ex illa p̄sciētia seq̄ret dolor vel miseria: ⁊ nichil alid repugnabat: ergo dominus simpliciter potuit facere eum p̄sciū sui casus. Sed ꝯtra. si āgelus p̄sciuisset hec/habuisset dolorē: ergo penā: g̃ pena p̄cessisset culpā. sed hoc ē impossibile q̄ deus puniat sine culpa. g̃ non potuit reuelare suū casum. Item dicit beatus aug. q̄ scientia est fructus pietatis: qz ex bonitate dei est q̄ ipse pijs cōfert sciaz ad fructum/non ad damnū. Sz apostolus in epistola ad Thimotheū ca. ij. dicit q̄ deus non potest negare seipsum. ⁊ ideo nō potest negare iusticiā cum ipse sit iusticia. ergo eodē modo nō potest negare bonitatē: cum ipse sit bonitas. sed opus bonitatis est conferre pijs scientiā ad fructum/nō ad damnū: ergo dñs non potuit ꝯferre angelis pijs scientiā cōtrario mō: ergo non potuit eis cōferre scientiam ad damnū: ergo non potuit eos facere p̄scios sui casus: qz sic coegisset eos desperare et dolere. Dixerunt igitur quidam q̄ dñs potuit eis reuelare suū casum: tñ ipsi non potuerunt p̄scire suū casum: qm̄ non habebāt potestatē sciēdi hoc: sed si dñs conferret eis talē scientiā bene posset. sicut modo non habeo potestatē faciendi miracula: sed dominus posset cōferre michi et tūc haberē. Hec solutio improbatur per predictas obiectiones. ideo videtur q̄ angelus nō potuit esse p̄scius sui casus: nec deus potuit eis reuelare suum casum. Hec argumētatio. deus potuit eis p̄dicere suū casuz: ergo potuit eos certificare de suo casu. Est enim fallacia fm cōsequēs a superiori ad inferius affirmādo. Si autē deus dixisset angelo: tu per supbiam cades. angel⁹ debuit intelligere hoc parabolice dictū. sicut apostoli putabant sepe dominū parabolice loqui: cū tamen non loq̄ret parabolice. vel sub cōditione sicut ninuite intellexerunt verba Jone cum dixit capi. iij. Adhuc quadragīta dies ⁊ ninive subuertet. quoniā intellexerūt nisi peniterent. Eodē mō debuit petrus itelligere qñ dñs dixit ei. ter me negabis nisi caueris tibi. vel credere q̄ dñs loqueretur parabolice. siliter intelligendū est de angelo si deus dixisset ei. tu cades per superbiam. Ad primo obiectum dicimus q̄ non habet rōnalis creatura iudicare nisi de his q̄ sub ipsa sunt. quia ergo omnia visibilia subiecta sūt angelice nature: ideo preuiderūt in verbo creaturas faciēdas anteq̄ fierent. vñ Gen. ij. dr q̄ dñs adduxit oīa aīalia ad adam: vt videret q̄d vocaret ea. sed de supioribus vel paribus nō habet iudicare rōalis creatura: vnde non vident angeli ea q̄ sunt liberi arbitrij nisi fm q̄ reuelant eis a deo. sicut patet in angelo danielis cui restitit āgel⁹ persarū. Daniel. x. Ideo licet āgelus viderit alias creaturas anteq̄ fierēt: tñ casum suum preuidere nō potuit. Vñ aplus. i. ad Corinth. iij. sed neq̄ meipm iudico. Ad scōo obiectū dicit q̄ nō valet hec argumentatio. Ad tertio obiectū dicendum q̄ si deus creasset āgelū in misero statu: duo ꝯtradictorie opposita seq̄rent. sicut ex hoc q̄ dñs puniret aliquē eternaliter sine culpa: sequeret q̄ eēt iniuriosus. ⁊ sic soluit tertia obiectio. Itē dictū est q̄ dñs non potuit reuelare lucifero casum suū in statu innocentie. qm̄ si hoc esset: pena precederet culpam. sed constat q̄ dñs multotiēs infligit hoībus penā sine culpa vt martyribus: postq̄ purgati erāt ex toto ab omni culpa infligebat eis dñs multa tormēta. ergo nō est ꝯtra bonitatē dei q̄ deus inferat penā sine culpa/vel añ culpā. ergo in statu innocētie potuit angelo inferre penam sine culpa: g̃ nulla ratio impedit q̄n potuit reuelare eis suam dānationē. ¶ Solutio. Est pena ꝓmouēs: ⁊ pena suffocans. Pena promouens est que purgat/instruit/⁊ cōfirmat: et sunt flagella tribulationū. talē penā potest dñs infligere sine omni culpa. Pena aūt suffocans trahit ad desperationē. talē nō potest deus infligere maxime sine culpa precedente: qm̄ trahere aliquē ad desperationem nulla culpa precedēte esset cōtra bonitatē dei. ⁊ hac ratione dicit q̄ deus habēti caritatem non potest reuelare suam damnationem.

Quātū ad primū.

Augustin⁹

Prima rō

Scōa rō

Tertia rō.

Apls ad romanos. ix.

Prima rō ad oppo⁹.

Scōa rō in oppositum augustin⁹.

Paul⁹. ad thimot. ij.

Rñsio cuiusd opioīs

Improba⁹ hⁱ opīonis

Resolutio doctoris.

Falsa ꝓnīs

Jone ctio.

Ad primū

Ad secūdū

Ad tertū.

Replica et alia obiectō

Solutio.

¶ De peccato luciferi vtrū fuerit pctū omissionis aut peccatum superbie.

Circa secundū capitulum de primo pctō luciferi Queritur vtrum scz fuerit pctū omissionis: an pctū actuale supbie. ⁊ que fuerit causa illius peccati Dicūt magistri q̄ ideo peccauit qz voluit esse similis deo. sicut ipse lucifer dixit ysaye. ca. xiiij. Ascēdam in celū/et ero similis altissimo. Sed ꝯ. hoc est q̄d deus maxime expetit vt simus similes ei. ergo nō peccauit

Rñsio magistroz.

Obiectio ꝯ solutiōez.

Solutio. nō est extincta in eo. ¶Solutio. Sinderesis est ī diabolo ſz est extincta ī eo trib⁹ mōis. ℙrimo. qz nō promouet eū ad bonū nec ꝓmouere pōt: qz nō pōt eligere bonū. Scdo. qz ex supbia vult agere cōtra deū licz sciat q ex hoc continget nocumētum suum: quia scit q ex hoc grauius punietur. Tertio. qz potius vult se esse q̄ nō esse vt pugnet cōtra deū: cū multo melⁱ⁹ esset ei nō esse q̄ esse. ℙrimo modo extincta est in oībus dānatis. Scdo autē et tertio in solo diabolo est extincta. qñ hoies dānati potius vellēt nō esse q̄ esse ꝓpter penas ifemi in quibus sunt. Sed de solis pauulis dz q melⁱ⁹ est eis sic esse q̄ nō esse. qz nullā sentiunt penā actualē ⁊ habent aliquā iocunditatē ex eo q̄ sunt. ℍabet tñ diabolus ꝓscientiā remordentē nec in eo extincta est aliquo modo sinderesis dn sp cōtradicat ⁊ mordeat ipm. hoc enī est pena eius maxima.

¶Questio quinti capituli.

ꝓbat q̄ sic Quinto capitulo querit. vtz diabolus velit deū esse. qđ sic ꝓbatur: diabolus vult se esse: ⁊ vult se esse creatorē vel creaturā: sed nō vult se esse creatorem. qz etiā hoc non voluit a principio: ergo vult se esse creaturā. ergo vult se esse creaturā dei. ergo vult deū esse creatorē sui. ergo vult deū esse. Item anteq̄ diabolus peccasset volebat se esse creaturā dei volūtate naturali. ⁊ adhuc habet eandē naturā: ergo adhuc vult se esse creaturā dei: ⁊ inde vt prius. Itē diabolus voluit esse sicut deus ⁊ adhuc idē sibi arrogat sicut dicit hieronym⁹. ergo adhuc vult esse sibi deo. ergo vult deū esse. Itē diabolus naturali dilectione

In oppositum āſ. diligit deū vt probatū est prius: ⁊ diabolus naturali dilectione vult deū esse. Contra. diabolus odit deū: ergo displicet ei q̄ de⁹ est. ⁊ nō vult deū esse. Itē diabolo displicet q̄ deus potest eū tā acerbis penis affligere: ⁊ diabolo displicet q̄ de⁹ē opꝰ: ⁊ nō vult deū eē

Solutio. oīpotentē. ſz deū esse oīpotentē est deū esse: ⁊ nō vult deū esse. ¶Solutio. ℙdiabolus volūtate rōnali siue volūtate liberi arbitrij nō vult deū esse. nec valet hec argumentatio diabolus vult se esse: ergo vult se esse creatorē vel creaturā. qñ nō sequit si ego volo alterū⁹ uor equipollentiū q̄ ego velim reliquū: et in his argumētationib⁹ est fallacia cōsitis: qñ cōstat q̄ ipe non vult se esse creatorem nec vnq̄ voluit: nec vult se esse cteaturā dei: qñ nō vult aliq̄d habere a deo. imo piget eū q̄ habet aliq̄d a deo: ⁊ ideo nō vult se esse creatorē vel creaturā. tñ si cōcedat q̄ vult deū esse creatorem sui. nō seqtur ⁊ vult deū esse. sicut nō seqtur: ego volo q̄ iste det michi centū marchas: ergo volo istuz

Ad scām. esse demōstrato aliquo hoie quē ego maxime habeo odio. Ad scām dicimus q̄ hec argumētatio nō valet diabolus ante pctm̄ volebat se esse creaturā volūtate naturali: ⁊ adhuc habet eādē naturā: ergo ⁊c. qñ duplex est volūtas diaboli: rationalis ⁊ irrationalis. diabolus ante pctm̄ voluit se esse creaturā dei voluntate rationali ⁊ nō volūtate irrationali: qz esse creaturā cū dicitur relatiue nō subiacet volūtati irrationali et ita ante pctm̄ volebat se esse creaturā tantū voluntate rationali q̄ corrupta est in ipo ⁊ mutata. vñ non

Ad tertiū. idē vult illa qđ solebat velle. Ad tertiū obiectū dicimus q̄ diabolus non vult se esse similem deo: qz scit

hieronym⁹ tantum propter hoc se puniri. ℚ aūt dicit hieron⁹. q̄ idē sibi arrogat diabolus dz nō qz idē sibi arroget sed qz se habet ac si idē sibi arrogaret: quia facit sibi apostolos suos et ꝓphetas et martyres ⁊ regnū contrā regnū dei. Ad quartū dicimus qz diabolus vult deū esse volūtate naturali irrātōnali. sicut diligit deū volūtate naturali irrationali. ℙotⁱ⁹ tñ dicēdū est q̄ non vult etiā volūtate irrationali deū esse: quia volūtas illa est cōcupiscentia quedā qua nō vult aliud nisi sibi de quo dicit btūs dionysius q̄ ipi cōcupiscent esse viuere ⁊ intelligere. Et ita diabolus nō vult deū esse illa volūtate: ſz illa volūtate cōcupiscit ipm tanq̄ sūmū bonū. Cum aūt non velit deū esse volūtate rationali: tñ non vult ipm nō esse: qz scit hoc esse īpossibile

Contra aī. Sz obicit. sicut dz in apoca. diabolus q̄tūcunq̄ pōt impedit glorificationē corporis xp̄i. i. ne numer⁹ predestinatoz impleat: ne dies iudicij ueniat in qua scit se detrudendū in penas inferni. ⁊ vult impedire glificationē corpis xp̄i et scit hoc esse īpossibile: imo scit etiam sctōs ꝓficere ex sua tētatione ⁊ afflictiōe. ⁊ vult illud qđ scit esse īpossibile. ⁊ nulla est ratio qua dictū est q̄ diabolus nō vult deū nō esse: qz est īpossibile. Dicim⁹

Solutio. ergo q̄ diabolus vult multa que scit esse īpossibilia: qñ sicut dicit hieron. sup illū locū ysa. Audtuim⁹ su

hieronim⁹ perbiā moab ⁊c. ꝑcipitata audacia plus audet q̄ posſit. Et tō bene pōt esse q̄ diabolus vult deū nō esse. sicut vult īpedire glificationē corpis xp̄i: ſz sciat hoc eē

ℙrima cā īpossibile. ⁊ hoc vult ipe ꝓpt duas cās. ℙria est ꝓpt irā suā saciādā. sicut alicꝰ irat⁹ blasphemat inimicum

Scda cā. suū: licz credat hoc illi ꝓdesse vt satiet irā suā. Scda causa est: qz diabolus gaudet qñ tentatiōe sua trahit aliquē ad regnū suū et diminuit regnū dei falso gaudio qđ ei cōpetit.

¶Questio sexti capituli.

Aī q̄ sic. Sexto capitulo q̄rit vtrū diabol⁹ habeat fomitē et penitētiā sicut hō vel aīa. qđ ꝓbat: qz fomes nichil aliud est q̄ ꝓnitas ad male cōcupiscēdū: sed in diabolo est multiplex ꝓnitas ad male cōcupiscendū: ⁊ diabolus hz fomitē. Itē. eccle. xxij. ipⁱ⁹ cū maledicit diabolū aīaz suā maledicit: qz de cōsilⁱ⁹ idē est in diuiduū. Cū ⁊ diabolus ⁊ aīa ipⁱ⁹ sint similia: ⁊ cū aīe

scdo ad idē ipioz penitēat videtes dānationē suā ⁊ dicētes sapiētie. v. Quid nobis ꝓfuit supbia ⁊c. eadē rōne diabolus videt dānationē suā penitet. Sz mō videt dānationē suā: ⁊ modo penitet. ¶Solutio. Dicim⁹ q̄ re

Solutio. vera diabolus nō hz fomitē. Fomes ei est corruptio

ad fomes. ꝓcedēs a carne in aīam rōnalē trahēs cōcupiscentiaz humanā subito ad male ꝓcupiscēdū. ſ. añq̄ ratio posſit deliberare vel cōsentire. Añ dz fomes a fouēdo qz

fouet a carne ⁊ in carne. Michee. vij. ab ea q̄ dormit in sinu tuo ⁊c. ⁊ talis ꝓcupiscētia subita est: ⁊ ideo est pctm̄ veniale: qz fit sine cōsensu rōnis q̄ est rex ī regno aie: ⁊ hz principalē auctoritatē mouēdi siue ad bonū siue ad malū. Ex hoc ꝑz q̄ diabolus nō habet fomitē hz habeat multiplicē ꝓnitatē ad malū. ℙis enī ꝓnitas eⁱ⁹ est mortale pctm̄: nec opat aliud nisi ꝑ ꝓsensū sui deformis itellectⁱ⁹. Ad scdo obiectū dicim⁹ q̄ dia

Ad scām. bolus nō penitet nec penitere pōt de pctō suo. Dicit enī btūs aug. de pctō in spū sctō. tāta est labes etus pctī q̄ hūilitatē subire nō pōt. multo fortⁱ⁹ pctm̄ diaboli nō pmittit ipm subire hūilitatē penitētie vel cōfiteri pctm̄ suū. hz ꝓscientia remordeat eū. Talis ei est natura supbie ipⁱ⁹ q̄ hz torqueat eū ꝓscientia ⁊ remordeat nō pōt tñ confiteri pctm̄ suū vel enūciare ꝓpter maximā et obstinate superbie arrogantiam.

De speciebus machinationum diaboli.

Septimo capitulo queritur de speciebus machinationū diaboli. Unde notandū q̄ super illud iob.xl. Ecce behemoth quē creaui tecū fenū vt bos comedet.ꝛc.dicit bt̄us greg. Dēs antiqui hostis machinatiōes dn̄s fideli seruo iob ostēdit.s. q̄ opp̄imēdo rapit q̄ insidiando circūuolat q̄ minando tenet ꝛ q̄ suadēdo blādit̄r q̄ desperādo frangit q̄ p̄mittendo decipit. Dēs ergo machinationes diaboli cōp̄hendūtur sub istis sex speciebus machinationū. Sed contra. Apoca.xij. Proiectus est accusator fratrum nostrorū qui accusabat eos die ac nocte. Una ḡ machinatio diaboli est vt accuset hoiem. Sz ista machiatio non est aliqua illarum sex. nec continetur sub aliqua illarum sex. qđ probatur per hoc quia finis nō est eius quod est ad finem. Q; autem diabolus minādo terret vel suadendo blandit̄ vel aliqđ illorum facit: ideo facit vt accuset hoiem: ergo accusatio talis nō est aliqua illar. Nō ergo oēs machinationes diaboli continentur sub illis sex. qđ est cōtra bt̄m gregō. qui dicit q̄ omēs machinationes diaboli fideli seruo suo iob ostēdit. Solutio. Dicendū est q̄ accusatio diaboli cōp̄hendit sub se oēs machinationes: q̄ eius accusatio nichil aliud est q̄ eius tētatio fm q̄ ea reddit hominē accusabilē. Et ita ois eius tētatio: q̄ hoiem reddit accusabilē accusatio est: ꝛ ita ois machinatio diaboli accusatio dr. Sed fm habitudinē quā habet ad finē diaboli qui est vt nos simus accusabiles. i. digni iudicio et condēnatione: et ita patet q̄ accusatio diaboli nō est aliud q̄ aliqua illarū machinationū. Sed eadē ratione videt q̄ illa machinatio qua diabol⁹ insidiando circūuolat cōp̄hendat oēs diaboli tētationes: q̄ de quolibet pctō pōt diabolus tētare insidiando et circūuolādo: ergo talis machinatio est cōis ad oēs tētationes: ḡ nō debet distingui ab aliis sicut dictum est de accusatiōe. Itē diabolus tētauit dn̄m tm̄ scz de supbia: de auaritia: ꝛ de gula. ꝛ primū hoiez similiter. Et in hoc docuit nos dn̄s vincere oēs tētationes diaboli: ergo oēs tentationes diabolivel sunt de supbia vel de auaricia vel de gula siue luxuria. Sed iste sūt alie tētationes q̄ ille sex. q̄ iste tres nō continētur sub illis sex vel ecōuerso. nō ergo oēs machiationes diaboli sub illis sex cōp̄hēdunt. Item dicit bt̄us bernar. q̄ diabolus pacientiā nostrā tētat p tribulationes: mundiciā p voluptates. ḡ ois machinatio diaboli cōtinet sub his duabus. Itē dicit bt̄us augustin⁹ q̄ due sūt porte mortis. s. timor ꝛ amor: sz insidiari circūuolādo non cōp̄hēditur sub aliqua istarum duarum: quia vel cōp̄hendit vtramq; vel neutram: ergo insidiari circūuolando non est aliqua specialis machinatio diaboli. Item per voluptates tentat nos diabolus dum suadēdo promittit. per timorem autē tentat vel occulte scilicet per insidias: et sic cadit in secūdam speciem. vel aperte ꝛ hoc per factavel per dicta. et sic cadit in primā speciem vel in tertiam Sed omnis machinatio diaboli fit per voluntatem siue per amorem vel timorem: ergo omnis machinatio diaboli continetur sub aliqua primarū quattuor ergo relique due sunt superflue. Item videtur q̄ idē sit suadendo blandiri q̄ promittēdo decipere. Cum enim suadendo blanditur falso promittit blanda: et cum promittendo decipit/suadet et blanditur. et ita videntur esse idē quarta species et sexta. Solutio

Gregorius

In oppo⁹

In oppo⁹ arguitur.

Alia ratio

Alia ratio Bernard⁹.

Alia ratio Augustin⁹

Alia ratio

Alia ratio

Solutio.

Dicimus q̄ non est simile de accusatione et insidijs: quia omnis machinatio diaboli quocunq; modo fiat siue occulte siue aperte continetur sub accusatione: vt patet ex predictis. Sed sub insidijs non continentur nisi occulte machinationes. Et ideo machinatio que fit insidiādo distinguitur ab his que aperte fiūt. Ad secundo obiectum dicimus q̄ non omnis tentatio nec omnis machinatio continetur sub aliqua illarum triū tanq̄ sub superiori. Sed omnes possūt reduci ad illas tanq̄ ad radices ꝓpter hoc q̄ sunt de radicibus viciorum. Unde qui deuincit diabolū in his tribus tentationibus: per cōsequens deuincit illum de omni peccato et omēs eius tentationes. ꝛ ideo in tentationibus dn̄i non fit mentio nisi de illis tribus. Machinatio tamen non est idem secundū rationē q̄ tentatio. quoniā machinatio dicit tētationē diaboli secundum intentionē cause. Unde per causas precipitandi hoiem in peccato distinguitur machinatio. Est enim machinatio intētio diaboli precipitandi hominem in peccatū per aliquā causam scilicet vel per insidias vel per minas vel aliquā causam siue occultationem. Notandū est autē q̄ diabolus intendit quandoq; precipitare hominē in peccatū simpliciter: et secundum hoc omis eius machinatio cōp̄hendit sub aliqua de primis quattuor: quia vel intendit precipitare hominē in peccatū per insidias: ꝛ sic est secunda species. vel aperte: et hoc fit per voluptates. et tunc est quarta species: vel per timorem ꝛ hoc fit vel p facta atrocia: ꝛ tunc est prima species: vel per dicta cōminatoria et tunc est tertia species. Prima ergo intentio eius est precipitare hominē in peccatū simpliciter: ꝛ omnis talis intētio est machinatio aliqua de primis quattuor. Secūda intentio diaboli est postq̄ p̄cipitauit hominē in peccatū precipitare ip̄m in profundum peccati. ꝛ hec machinatio diuiditur in duas que sequūtur: et ita non superfluunt ille due. in profundum autē peccati precipitat vel per desperationē et sic est quinta species. vel per promissionē impunitatis: et est sexta species. et per illas duas precipitat in impenitentiā. Ex predictis etiā patet que sit differentia inter quartā et sextam machinationē. Potest tamen sexta species cōp̄hendere nō tantū p̄missionem impunitatis: sed etiā quamlibet aliam p̄missionem: ꝛ secundū hoc diuiditur a quarta specie q̄ quarta species rationi innititur qđ notatur in verbo suadendi. Sexta autē vtitur sola promissione. Sed queritur sub qua istarū cōp̄hēditur machinatio qua diabolus intendit precipitare hominē in peccatū inuidie vel ire vel accidie. videtur q̄ non cōp̄hendit̄ sub aliqua illarum. Solutio. Dicim⁹ q̄ in peccatū inuidie quod torquet hoiem intendit precipitare hoiem blandiēdo per inanē gloriā. In peccatum autem ire vel accidie per blanditias inanis glorievel auaricie: quia ista peccata quandoq; procedūt ex inani gloria. quandoq; ex auaritia. et ita diabolus intē dit precipitare in illa vel per blāditias hui⁹ vel p blāditias illius. et ita p quartā speciem.

Adsōm.

Machiatō et tēptatio dn̄t secūdū rōnem.

Quid sit machinatō

Questio.

Solutio.

De statu bonorum angelorum.

Dicto de statu malorū angelorū: cōsequēter dicendum est de statu bonorū. Et primo de ordinib⁹ et de distinctionibus et noibus eorū. Secūdo vtrum oēs mittātur. Tertio de angelis deputatis ad custodiā hoim. Quarto de scientia ꝛ contēplatione eorū.

Diuisio

Dyonisius qd sit ierarchia.

Primo ergo dicendū est quid sit ordo angelicus.et qm̄ ordines distingūtur p ierarchias inchoandū est a ierarchia quā describit btūs dionysius sic. Jerarchia est rep sacrap et rationaliū ordinata potestas in subditis debitū retinēs dñatū. Ordinata potestas ponit ibi vt genus.rationaliū ponitur ad differētiā irrationalitū. Sacrap ponitur ad differentiā demonū t prauop hoīm quop et si potestas sit ordinata:qz ois potestas a dño deo est.sicut dicit apostol⁹. non est tamē sacer eop principatus in subdit⁹.debitū retinēs principari:qz nō habent sub se subditos. Est aūt triplex ierarchia.supcelestis/celestis/subcelestis. Supcelestis cōsistit in tribus psonis.celestis in sctis angelis. subcelestis in prelatis religiosis. Cū aut dictū sit de prima ierarchia.dicendū est de secūda.s. de celesti q̄ triplex est. Superior:media:t inferior.q̄ grece dr epyphania: tperphania: tpophania. Superior ierarchia celestis siue epiphania cōtinet tres ordines angelorū scz cherubin et seraphin t thronos. Seraphin int̄pretatur ardēs siue succēdēs: qz angelorū primi ordinis ministeriū est accēdere hoīes in dilectione dei: et ipsi pre alijs ardēt in dilectiōe dei. Denoīatur aūt primus ordo a caritate: quia caritas est excellētissimū donū. Post caritatē vero scientia siue cognitio dei excellētius donū est: t ideo secūdus ordo a sciētia denoīat. quoniā cherubin int̄pretat sciētie plenitudo. Post scientiā aūt sequit iudiciū: ideo ordo tert⁹ a dono iudicij nomen habet:t dicitur ordo iste thronoi.quasi sedes iudicis:qz p̄ ceteris donū iudicij plen⁹ acceperūt et habēt i ministerio vt doceāt hoīes iudicare Describit autē a magistris sic epiphania t sumit ista descriptio a verbis bti dionysij in ierarchia sua. Epiphania est incalescētis affectionis incendio:altioris intellect⁹ fastigio. iudicij libra resultatio distributa. Resultatio dicit ordo angelicus emphatice: qz in eo resultat pulchritudo dei expresse. Distributa autē dicit quasi diuersis officijs tributa. et ponūtur ibi tres ablatiui propter tres angelop ordines superiores quos continet epiphania vt dictum est. Aīn sensus est. Epiphania est resultatio incendio.i. p̄ icēdiū incalescētis affectionis.hoc ptinet ad seraphin. Altioris intellect⁹ fastigio hoc pertinet ad cherubin. iudicij libra ad thronos. Dicit autē epiphania ab epi qđ est supra et phanos qđ est apparitio: qz in istis ordinib⁹ expressi⁹ apparet dei pulchritudo q̄ in alijs. De istis ordinibus btūs grego.dat talē regulā.vnusquisq ordo illi⁹ rei censetur noīe quā plen⁹ accipit in munere. Sz videt hoc esse falsū:qm̄ cherubin denoīat a dono scientie:q̄ fm hoc cherubin maiorē hz sciam q̄ seraphin. quod pz esse falsum.qm̄ hr̄ apoca.penultio.latera ciuitatis sūt equalia:t dicit ibi glosa.fides/spes/caritas t operatio:ergo in supna ciuitate q̄to q̄s magis diligit tanto plus cognoscit. Sed seraphin habet maiorē dilectionē:ergo maiorē sciam. ¶ Solutio. Auctoritas grego.sic est intelligēda.Unusquisq ordo illi⁹ rei cēsetur noīe quā plen⁹ accipit in munere:plen⁹ respectu inferioris ordinū. vl sic:quā plen⁹ accipit in munere.i.in officio siue i ministerio. Jtē queri⁹ quare dñs potius dicit sedere sup cherubin q̄ sup seraphin:cuz dñs potius quiescit in caritate q̄ in sciētia. Hui⁹ duplex est ratio. prima est ad retūdendū presūptionem hoīm:qz nulla sciētia naturalis siue gratuita pōt attingere pfecte ad deū. ideo dr sedere sup cherubin.i.super plenitudinē scientie. Unde perscrutator maiestatis opprimet a gloria. puer.xxv. t nō erigas oculos tuos ad opes quas habere nō potes. Scda ratio ēvt ostendat homini q̄ debeat querere deū sup scientiaz vt i caritate q̄ est sup scientiā: qm̄ in caritate ē et dēs et delicie t perfectio quietis t deliciap: t ibi inuenitri pōt non in sciētia secm̄ se. Sicut aūt scds ordo denominatur a sciētia que est minus donū q̄ caritas.ita t tert⁹ ordo denoīatur a iudicio qđ est min⁹ donum q̄ scientia. Qualis enī differētia est inter theoricam et practicā:talis est differētia inter scientiā et iudicium qz scientia dictat qđ faciendū.iudiciū operat scōz preeūtis sciētie intellectū. Dictū est q̄ caritas est excellētissimū donū. Szvidetur posse ꝓbari q̄ sciētia sit excellētior t melior q̄ caritas. qz scientia siue cognitio dei est vita eterna. Aīn iohā.xvij. Hec est vita etna vt cognoscāt te deū verū t quē tc. Szvita eterna excellētior t melior est q̄ aliqđ qđ possit esse in homine:ergo scientia est excellētior et melior q̄ caritas. Jtē ratio est excellentior et melior omni alia vi aīe:qz ipa est ymago dei:ergo rationis perfectio ē excellētior t melior q̄ cuiuslibet alterius potētie:ergo est melior q̄ perfectionis cōcupiscibilis. Sed pfectio rationis est sciētia siue cognitio dei.perfectionis cōcupiscibilis ē caritas:ergo scientia est excellētior et melior q̄ caritas ergo primus ordo potius debet denoīari a sciētia q̄ a caritate. ¶ Solutio. Dicimus q̄ sciētia siue cognitio dei dignissimū t acceptissimū donū est int̄ptum est beatitudo et vita eterna. In ea enim omēs sunt delicie sicut dicit beatus augustinus super illum locum. ps.lxxvij. Et ostendā illi salutare meū. q̄ visio est tota merces t quia generat eam regit t ei imperat. qm̄ rationis est imperare per cognitionem. Caritas aūt est excellentissimū donum int̄ptum cōsummat beatitudinem siue dei fruitionem. Non enī est magna delectatio comedere sine desiderio. quod aūt cū desiderio comeditur: delectabilius comeditur. Unde ecclesiastici.xxiiij. Hereditas mea super mel t fauum. memoria mea in generatione seculop. Qui edūt me adhuc esurient tc. Est etiā excellētissimū donū in hoc q̄ mouet ad opera. Eo enī q̄ aliquis desiderat rē mouetur ad illam et operaturvt illam habeat. Unde qz caritas est consummatio beatitudinis ponitur super ipsam sciētiā que est beatitudo:et ideo etiam patet quare caritas dicatur plenitudo scientie a btō augustino. Media ierarchia que dicitur iperphania continet tres ordines. s. principatus: dñationes: t potestates. Est autē ipphania diuina illuiatio sui participes int̄scalari reuerētia īsignīēs vsū dñandi docēs arcēsq̄ cōtrariū. Sui ptices i ter̄schalari reuerētia īsignīēs dicit ꝓpter p̄ncipatus q̄ pre ceteris possidēt donū reuerentie. Aīn misteriū eop est docere hoīes exhibere reuerētiā his quib⁹ exhibēda est. q̄busdā magis. q̄busdam vero minus fm diuersos gradus prelationis. sicut dicit apls Roma.xiij. Cui honorē honorē nemini quicq̄ tc. vsū dominādi edocēs hoc ptinet ad dñationes q̄ docent nos qualiter debem⁹ subditis dñari. qđ dñū nichil aliud est q̄ docere subditos volūtatē dei. vnde grego. Prelatus totiēs ad apostasie crimen dilabitur quotiēs preesse delectatur. Arcēs cōtrarium pertinet ad potestates q̄ arcēt a nobis cōtrarias potestates ne nos ipediāt q̄tum vellent in exhibēdo reuerentiā vel in dominādo subditis vel in alijs bonis

Triplex ierarchia sclz supcelestis celestis subcelestis.

A q̄ denoīatur primus ordo.

a quo scds

a quo tert⁹.

Regla bti gregorij.

Improbat doctor rlz bti grego.

Glosa.

Solutio.

Auctoritas gregorij exponitur

Rō hui⁹ q̄onis duplex

Scda rō.

Dña iter scientiā et iudicium.

probat doctor q̄ scia sit excellēti or q̄ caritas

Scda rō.

Solutio p̄ dicte q̄onis

Excellētia caritatis.

Alia excellētia caritatis.

Aplus roma.xiij.

Gregorius

operibus. Dicit aũt yperphania ab yper qđ est inter et phanos qđ est apparitio quasi interna siue media apparitio: qz in angelis ierarchie istius medio modo apparet dei similitudo. Tertia ierarchia q̃ dicit ypophania tres habet ordines. s. virtutes/ archangelos/ angelos q̃ describit sic. Infezior ierarchia celestꝭ siue ypophania est diuinũ participiũ nature legib⁹ occurrens/secreta reuelãs pro capacitate discreta. Nature legibus occurrens. hoc pertinet ad virtutes q̃ miracula t docent sctos qñ desteriũ habent faciendi miracula t docent sctos qñ debeant miracula facere. Secreta reuelãt. t hoc pertinet ad archãgelos t angelos. pro capacitate discreta ponit ad differẽtiã angelo⁊ t archangelo⁊. qñ maiores maiora vt archãgeli. minores minora reuelãt vt angeli. per archangelos reuelantur ꝓphetis maiora secreta vt hoc Eccevirgo cõcipiet. Esaie. vij. sicut per angelos minora. vt illud de iuda. episcopatũ eius accipiet alter. ps. xviij. Et Actuum primo. Et dicitur ypophania ab ypo qđ est sub t phanos qđ est apparitio qñ in inferiori modo t minus q̃ in alijs ordinib⁹ apparet dei similitudo in ordinibus hui⁹ tertie ierarchie. Obicitur autem de media ierarchia. quia videtur q̃ ordo cui⁹ officiũ est reuereri debet poni super oẽs ordines. qz dicit Ecclesia. xxx. timor dñi sup oĩa se supposuit. Sed cõstat q̃ hic est timor reuerẽtie q̃ est dignissimus timor: ergo timor reuerẽtie est super caritatẽ t super sapientiã. g̃ ordo principatus cui⁹ est timor reuerẽtie est sup cherubin t seraphin. Itẽ primũ preceptũ decalogi est de reuerentia dñm dei tuũ adorabis t illi soli seruies. Exodi. xx. seruies seruitute q̃ dicit latria cui⁹ species est reuerẽtia. Sz cũ eadẽ sit mensura hoĩs q̃ t angeli: sicut dz in Apoca. xix. g̃ sicut reuerentia q̃ species latrie est: est prima mẽsura hoĩs. ita debet esse prima mẽsura angeli. g̃ vel prima in ascẽdendo vel in descendendo. ergo ordo angelic⁹ cuius est reuereri vel est de suprema ierarchia vel de infima: nõ ergo de media. Itẽ reuerẽtia est suprema pars vite actiue qua volum⁹ honorare deũ ꝓpter se. nec expectãdo inde lucrũ vel tẽporale vel eternũ. hec est filialis reuerẽtia qua nullũ seruitiũ grati⁹ est deo Sed prudẽtia spũs est de vita actiua qñ eius est regere operationes virtutũ: ergo ordo reuerẽtie. s. pncipatus debet esse supra ordinẽ prudẽtie. i. sup thronos quorum est iudicare qđ non potest esse nisi p prudẽtiã. Itẽ reuereri tantũ est minor: dñari tñ est maior: sed qđ maioris est fm q̃ maius dignius est. ergo dignior est ordo dñantiũ q̃ principatuũ: ergo debent poni super illũ. ¶ Solutio. Dicim⁹ q̃ re vera timor dñi sup oĩa se superposuit qđ etiã sic est itelligendũ. quia q̃tomagis quis diligit deũ et saporat eius dulcedinem: tantomagis timet admittere et magis vult honorare. Timor ergo super omĩa est non tanq̃ continens aliasvirtutes vel beatitudinẽ: sed tanq̃ custos aliarũ t simul tenens illas sicut pondus virtutũ sicut dicit btũs gregorius. Anchora mentis pondus timoris. et ideo caritas que consũmat beatitudinem potius ponitur in supremo gradu q̃ timor qui non consũmat sed tantũ custodit. Ad secũdo obiectũ dicimus q̃ reuerentia quedã est filialis: quedã initialis. Filialis reuerentia consũmatio est vite actiue: t ideo principatus cuius est reuerentia filialis ponitur ĩme diate post superiorẽ ierarchiã que virtutibus perficitur contẽplatiuis. Reuerẽtia aũt initialis in prio gradu est t pertinet ad primũ preceptũ. Ad tertio obiectum dicimus q̃ prudẽtia duo habet officia: vnũ quo regit operationes virtutũ. aliud quo quietat aĩam a muscis mordentibus ne perdant suauitatẽ vnguenti et secundũ hoc est virtus contẽplatiua et super totaz vitã actiuã. Ad quarto obiectũ dicimus q̃ reuerẽtia est cõmunior: t magis necessaria est q̃ dñari: t ordiat hoĩem ad deũ faciendo et seruire filialiter. dñatio vero ordinat hoĩem ad subditos suos nec necesse est vt per hoc seruiatur deo filialiter. Multi eñ plati mercẽnarie seruiũt deo: qz inde expectãt premiũ eternũ. Item obicitur de dñationibus. Qui eni dñatur alijs oportet q̃ per sapientiã dñetur. vnde Math. v. Vos estis sal terre. t tertij regũ. iij. Dabis dñe seruo tuo cor docile vt possit iudicare populũ tuũ et discernere bonũ et malũ per sapientiã: ergo quã petebat volebat regere subditos. Dñatio g̃ ꝓprie est p sapientiã ergo dñatio statũ sapientie habet: ergo de primo ordine vel in secũdo. t ita de prima ierarchia. Itẽ potestatũ est arcere demonia: illud idẽ pertinet ad archangelos. Unde dz de btõ michaele Apoca. xij. Factum est prelium magnũ in celo. tc. vbi dz q̃ michael eiecit diabolũ ab ecclesia: t in thobia docet raphael archãgelus modũ eiciendi omne gen⁹ demoniorum: ergo idẽ est officiũ potestatũ t archãgelo⁊. Sz ordines distinguntur fm officia: ergo idẽ est ordo potestatũ t archãgelo⁊. Item maius est facere miracula q̃ arcere demonia: qz arcere demonia pertinet ad oẽs sctos. facere aũt miracula ad paucos t sctissimos. ergo dignior est ordo virtutũ q̃ ordo potestatũ: ergo debẽt ordiari sup illũ. Itez maius est reuelare secreta q̃ habere plenitudinẽ sciẽtie: g̃ ordo archãgelo⁊ melior ẽ et dignior q̃ ordo cherubin. ¶ Solutio. Ad pdictorum euidentiã notandũ est q̃ ordo predictus qui assignat scdz btũ gregorũ distinguitur fm status. Primus status est incipientiũ quoꝝ solũ est implere precepta legis diuine tãtũ. Unde simplicibus sacerdotib⁹ qui talibus presunt dz malachie. ij. Labia sacerdotis custodiũt scientiã et legẽ. tc. angelus eni dñi exercituũ est. Sacerdotes eni simplices habent officiũ angloꝝ ĩfimi ordinis quoꝝ officiũ est illuminare hoĩes ad faciendũ precepta legis diuine. Scdus status est ꝓficiẽtium qui habent virtutes purgatorias que enumerãtur a dño. Math. v. Bti mites. bti qui lugent. bti q̃ esuriũt t bti misericordes. Per vsus ei istarũ virtutũ purgatur homo ab oi labe pcti post primũ statuz quẽ dñs ostẽdit ibi bti pauperes spiritu. Iste stat⁹ secũdus ptinet ad archãgelos q̃ illuminãt aĩas maiori luĩe quo ostẽdũt hoĩb⁹ virtutes xpi ad imitationẽ. vt mansuetudinez christi et alias. vt sic perfecte purgentur et plene excludatur ab eis potestas diaboli: ideo medici sunt animaꝝ angeli t archãgeli. Tertiꝰ status est perfectoꝝ: qui habent tam virtutes purgati aĩm: quem statum dñs ostendit cum dicit. Bti mundo corde. beati pacifici. Istis proprie debetur potestas faciendi miracula: quoniam reducti sunt ad primũ statum in quo dominus fecit hominem ad imaginem t similitudinem suam. In quo statu domin⁹ dixit ade. Dñami piscib⁹ maris. tc. Gen. ij. Uñ btũs martinus imperauit coruis: t heremite solẽt imperare bestijs. Et apls prime ad colꝛ. iij. dicit q̃ tales edificant aurũ et argẽtũ t lapides pcciosos. sicut eni lapis pcciosus habet mirabilẽ virtutem: ita t ipsi. hoc non est mirum quia per sapientiam qua eis desipit oĩs caro viuũt in carne supra oẽm carnẽ. et ideo debeꝭ ꝓprie eis ptãs

Nota.

qđ sit ypophania.

Ecclc. xxx.

Scda rõ.

Exodi. xx.

Apoca. xix

Tertia rõ.

Quarta rõ

Solutio. et p hoc ad primum.

Gregorius

Adscõm.

Ad tertiũ.

Duo officia prudentie.

Ad quartũ

Obiectio dñatiõibus

Alia rõ de ptãtibus.

Tertia rõ.

Quarta rõ

Solutio.

Primꝰ status incipiẽtiũ.

Scdus statꝰ ꝓficientiuz

Tertiꝰ statꝰ pfectoꝝ.

Gen. ij.

faciendi miracula in quibus presunt eis virtutes.sed
qñ diabolus fiduciã habet q̃ iordanis influat in os
eius ⁊ q̃ sternat sibi aurũ quasi lutũ: et q̃ sub eo sint
Job.vij. radij solis Job.7.machinat eis spiritualia suscitare
certamina quib⁹ eos molit deicere.Mã qui acceptus
est deo necesse est.i.vtile vel etiam ineuitabile: quin
tẽptatio ꝓbet eũ.ne aũt in agone succũbat cõfortat⁊
corroborat ab angelicis potestatibus:que mãcipate
sunt officio cohercẽdi noxias potestates.que ãgelice
Quart⁹ gd⁹ seu stat⁹ potestates appropriato nomine appellant.Et hic est
quartus gradus hois qui per exercitiũ belli spũalis
potest defendere ⁊ regere regnum suum spũalevt de
sititudie dei nichil amittat: nichil de sitidie diaboli
subintrare permittat.Cũ autẽ sic se habet homo:tũc
potest ceteris dñari.vnde elegãtissime dixit ille Tũc
oĩa iure tenebis cũ poter[rex esse tui. Qualiter aũt
oporteat prelatiõis dñium exerceri suggerũt dñatio
nes angelice ab officio sicvocate:scilz q̃ dñari debent
subditis suis.dñari in hoc tñ vt de his voluntatẽ dei
nũcient ⁊ eis dei sitidinẽ imprimant et cõtrariũ per
iusticiã destruant. Sed q̃ ꝑcedentia mõ mercẽnario
fieri possunt scz propter regnũ celoꝝ acquirendũ vel
Sext⁹ gra d⁹ seu stat⁹ habendũ:ideo post hũc gradũ sequit sextus gradus
vt predicta faciat homo.non propter vtilitatẽ suam
etiã eternam:sed solius amore dei vel honore ad qõ
promouet per iocunditatẽ mentis quã habet in pre-
cedẽtibus opibus et ꝑ ammonitionẽ ⁊ instigationẽ
angeloꝝ qui dicũtur principatus:qui edocende reue
rentie magisterii acceperũt.quoꝝ officio vtitur apls
Mõ optiaz sitidinẽ. cuz dicit. Siue mãducatis siue bibitis siue q̃d aliud
faciatis:in gloriã dei facite.Cum autẽ venerit homo
ad hunc sextũ gradũ:positus est in summo cacumine
vite actiue: nondũ tñ immunis est a strepitu muscaꝝ
egipti turbantiũ aliq̃tulũ sabbatũ mẽtis ⁊ perdẽtiũ
suauitatem vnguẽti.quapropter et opus est flagello
prudentie spũs cum quo abigat cinifes volitates:
id est curas et sollicitudies subtilissime: tñ ĩportune
se ingerẽtes.vñ apls ad Ro.viij. Prudẽtia spiritus
vita ⁊ pax.qua exĩte in corde hois ibi habitat deus.
quia In pace factus est locus eius.ad similitudinem
angeloꝝ qui dicũtur throni a quibus etiam iuuãtur
hoies in hoc ⁊ promouent.cum aũt tali quiete exĩte
in anima nullũ est obstaculũ inter aiam ⁊ deum.tunc
pura mẽtis acie videt deum per cõtemplationem ad
sitidinẽ angeloꝝ octaui ordis qui dicunt cherubin:
a quibus etiã in hoc iuuãtur ⁊ ꝓmouẽtur sm officiũ
sibi a dño delegatũ. Postq̃ enim homo de virtute in
virtutem processerit: quasi de mãsione in mãsionem
vsq; in hrlm.i.visionẽ pacis:efficit de dño ⁊ magiste
rio angelorũ octaui ordinis qui docent sobrietatem
Otia simi- litudo. intellectus et contẽplatõis: et q̃ q̃nq; transeũdũ est
ab amplexu rachelis ad amplexus lye.cum aũtvidet
homo dei pulchritudinem pura mentis acie inflãma
tur amore dei ad similitudinẽ angeloꝝ noni ⁊ vltimi
ordis qui dicunt seraphin.a quib⁹ etiã in hoc iuuant
Ultim⁹ sta- et promouent hoies .hic aũt est vltim⁹ gradusvltra
tus seu gra quẽ homo ascẽdere nõ potest. Aperte ꝯ demõstratũ
dus. est quare precise sunt tot ordines angeloꝝ scz nouẽ ⁊
Ad vltimũ nõ plures.et ex hoc pz solutio ad vltimã obiectionẽ.
Ad primũ. Ad primo obiectũ dicimus q̃ licet dñationes vtant
dono sapientie in executiõe sui officij sicut ⁊ seraphin
non tñ est idẽ ordo.quia non distingũtur ordines pe-
nes dona quibus angeli habẽt promouere homines
sed penes ea in quibus ipsi prevalẽt vt dictum est:et
in quibus hoies promouent. archãgeli autẽ vtũtur
eodem dono ad purificandũ aĩas que purificant sm
speculationẽ speculi.i.per cognitionẽ dei q̃ est sapien
tia. Ad scõm rñdemus q̃ archãgeli remouẽt demo- Ad scõm.
nes a dño hoĩm ⁊ expellũt eos dñantes. potestates
vero eos excludũt ne dominiũ sibi vsurpent vbi non
dominant. Ad tertiũ dicimus q̃ officiũ potestatũ est Ad tertiũ.
cohercere aduersarias ptãtes: vt nullo mõ dominẽ-
tur. Licet enim gñale sit ad omẽs remouere demonia
specialiter tñ pertinet ad angelicas potestatesvsus ⁊
exercitiũ remouendi demones a cordibus sctõꝝ iam
purgatis: ⁊ hoc etiã pauciorũ est q̃ facere miracula.
ad hoies enim sctos tam penitus purificatos pertinet
opatio miraculoꝝ.Ad quartũ dicimus q̃ sciẽtia que Ad quartũ
ptinet ad cherubin est cognitio diuina sm q̃ eavident
res diuine pura mentis acie.reuelatio vero secretoꝝ
que pertinet ad archãgelos est de illis q̃ pertinẽt ad
ꝓmotionẽ fidei:vt de natiuitate filij dei ⁊ eius virtu
tibus et factis ipsi⁹ per q̃ subleuat homo sup ꝑcepta
legis naturalis ad maiorẽ assimilationem per quam
purgatur magis ac magis. ⁊ ex hoc patet q̃ dignius
est officiũ cherubin q̃ archangeloꝝ. Ex ꝑmissis patet Corrolariũ
quomõ assignãda est distinctio angelicorũ ordinũ sm
beatũ grego.licet aliter assigneꝫ a btõ dionysio:sicut
sequẽtia declarabũt. In hoc tamẽ est q̃uentia inter
ipsos q̃ neutrius assignatio fit penes diuersitatẽ do-
norũ vel virtutũ: cum in oĩbus ijdẽ sint pares in suo
mõ:sed penes prerogatiuas siue excellẽtias in donis
seu in virtutibus quibus sunt prediti.non q̃ adiuicẽ
se excellãt in essentijsvirtutũ sed in priuilegio operũ
vel vsũ.sicut est etiã in hominib⁹:q̃ quidam in vsu
mãsuetudinis ꝑminẽt alijs: vt moyses. alij vsu hu-
militatis:vt dauid.⁊ sic de ceteris. Hec aũt varietas
et distinctio prerogatiuaꝝ siue excellentiaꝝ requirit
vt sit armonia in ierarchia celesti.

Dubitatio orta ex verbis gregorij.

His visis restat adhuc dubitatio de tota diuisi-
one.quia dicit greg.sup illud Math.v.Beati Gregorius
pacifici.q̃ octo sunt btitudies.dicit inquã q̃ illa bti Mathei.v
tudo q̃ tãgit cum dicit Beati qui psecutionẽ pa.ꝛc. Prima rõ
non consummatvel pficit beatitudinẽ que in septem
precedẽtibus plenarie ptinet:sed qñ pfectũ ⁊ cõsum
matũ iudicat⁊ ostendit.Et ibidem dicit alia glosa q̃ Glosa.
cõsummatio dñici sermonis in illis septez cõsistit.qñ
aũt subdit Beati qui psecutionẽ pa.ꝛc.nõ est additio:
sed precedentiũ explanatio.sed ille septẽ btitudines
in illis tribus primis ordinib⁹ habẽtur.ergo reliqui
ordines q̃ supsunt inutiliter subsequunt.vñ abũdãs
et superfluusvidet esse numerus ordinũ.Itẽ sup illud Scda rõ.
Deutono.vi.Diliges dñm deũ tuũ.ꝛc.btus Bernũ. Bernard⁹.
sic exponit.diliges dulciter/sapiẽter/⁊ fortiter. ergo
cum per sapientiam diligatur deus sapiẽter ⁊ preter
sapiẽter sic fortiter.videt q̃ sapientia nõ sit suprem⁹
⁊ vltim⁹ gradus.vñ nec seraphin qui dono illo predi
tus est debet esse suprem⁹ et vltim⁹ ordo:imo alius
assignãdus est ordo sup illum scz decimus. Itẽ cum Tertia rõ.
ierarchia hũana ad instar et exẽplũ celestis ierarchie
ordinata sit⁊ distincta:sicut moysi figuraliter ꝑceptũ
est vt tabernaculum erigeret in terris iuxta typum⁊
sitidinẽ eius qñ ei mõstratũ est in celis.cuz excellẽ
tissimus in ierarchia humana scz christus non nisi se-
ptez caracteꝛib⁹ preditus fuerit q̃ enumerat Isa.xi. Isaie .xi.
cũ sm precminentiã donorũ debeãt assignari ordies

Notandū. angelor: videtur q ordines angelor sub septēnario debent claudi. Ad horum determinationē notādum q in angelis q̄tū ad primos ordines est pfectio puritatis: q̄tum ad tres medios ordines excellētia opis sup simplicē puritatē: q̄tum ad tres vltimos ordies consummatio contēplationis. status enī puritatis in hoibus distinguitur in tertiū gradū et sex seq̄ntes. sz tertius gradus est status simplicis puritatis sine prerogatiua dignioris opatiōis. Ad p̄mo ergo obiectū dicimus q septēnarij donor cōprehendit t respōdet nouenario angelor ordinū. per timorem enī habuit christus statū primi ordinis: scz statū prime sīlitudis. qz qui timet deum faciet bona. per pietatem que adaptatur māsuetudini statū purgatiōis et sic statū scōi ordinis. per scientiā vero qua se bene regit homo in dei sīlitudinē in medio prauе t puerse natōis habuit statum prime puritatis in quo assimulatus est angīs tertij ordinis. p fortitudinē aūt cuius ē tenere regnū suum t fortiter aduersarios debellare: cōparatus est potestatibus. per hoc etiā q p fortitudinē gubernāt prelati subditos sapiēter t facile. propter qđ dicit de illis in canticis. v. Manus tue tornatiles. i. faciles et leues ad opera. obtinēt ipsi statū dñatiōis. p consiliū sīliter duo ordies cōprehēdunt. per cōsiliū enī spūale opa sua excellētia subleuat ad hoc vt oīa illa faciant sibi ad honorem dei. qđ pertinet ad principatus. per cōsiliū etiā qđ est idem in essentia cum prudētia spūs quietat mēs hoīs vt sit quieta sedes dei quod ptinet ad thronos. per intellectum status cherubin obtinet per sapientiam status seraphin. Per predicta patet solutio ad vltimū ad vltimo obiectum t ad primū: quia septez bītudines siue septē dona cōprehendūtur in primis tribus ordinibus siue gradibus q̄tum ad oēm suam plenitudinē t prerogatiuā. sed sicut dictū est septem beatitudines siue septem dona cōprehendūt nouem ordines. vñ sicut dicit glosa. ea que sequunt addūtur ad explanationē septem beatitudinū. explanātur enī septē bītudies per ea q̄ sequūtur t adaptant ordini bus angelor. Exprimit enī status p̄batōnis t officiū potestatū per hoc qđ subdit. Beati qui persecutionē patiūtur propter iusticiam. status autē prelationis t officiū dominātiū exprimitur cū dicitur Vos estis sal terre. quia sale sapiētie debetis salire subditos vīos qđ est eos facere sapiētes t deiformes. hoc enī est officiū ierarchie vt dictum est. status vero filialis reuerentie qui pertinet ad principatus exprimit a domīo vbi dicit. Sic luceāt opa vestra corā hoibus vt glorificetur pater vester qui in celis est. status vero plene quietis qui respōdet thronis ostēditur a dño cū dicit Math. v. t Luce. vi. Si quis pcusserit te in vnam ꝛc. gradus vero cherubin t seraphin ostenditur a dño in hoibus cū dicit Vos estis lux mūdi. In luce enī duo notātur. scz cognitionis illuminatio: t amoris ardor

Ad scōm. Ad secundo obiectū dicimus q beatus Bernardus distinguit tres modos diligendi deū. primo enī debz diligi deus sapiēter id est discrete. vt nichil preter ipsum diligatur. secundo dulciter: vt preter eius dulcedine omnia alia ei desipiant. etiam fortiter: vt nullis aduersitatibus possit auelli a deo. et sic cōprehendūtur omnes status: sed non distincte. quia in omnibus superioribus statibus inuenitur fortis dilectio. in secundo t tertio inuenitur primo dulcis. in primo aūt inuenitur sapiēs et discreta. Et per hoc patet solutio ad secundo obiectum.

Glosa.

Cāticor. v

Ad primū.

De distinctione ordinū fm btm dionysiū.

Postq̄ distincti sunt ordines fm grego. restat vt distinguātur fm dionysiū. Conuenīūt autē eor distinctiones in hoc q fm prerogatiuas officiorum t numerū ipsorū donorum quibus prediti sunt angeli distinguūtur. Et hoc est qđ dicit beatus dyonisius q vnusquisq ordo sortit noīationē propriā excellentiā exprimentē. et huic consonat qđ ait greg. vnusquisq ordo illius rei censet nomine: quā plenius accepit in munere. Non plenius respectu inferior sicut exponitur a q̄busdā: sed plenius q̄tū ad officiū. In assignatione enī trīū ordinū superioris ierarchie cōueniunt. sed dionysius in media ierarchia p̄o ponit dñatiōes deīde virtutes: tertio loco potestates. in īferiori vero ponit p̄o principatus: in quo disgregat a gregorio. Reliqui duo scz archāgeli t angeli ab vtroq̄ simlit ordinant. Querit aūt dionysius cum inferiores spūs appropriata noīatōe censeant angeli: quare vocabulum illud ad oēs spiritus extendat. Et ad hoc soluit ipse q oēs sūt manifestatiui sīlitudinis dei in hoibus. hoc aūt vicinius/propinquius/ac familiarius faciunt angeli infimi ordinis. hoc aūt t solū est eorum dignitas. vnde licet ad eos restringat nomen angeli: tn ad ceteros ampliat propter officiū qđ oībus est cōe. Sz videtur q aut gregorius aut dionysius preposteram faceret assignationē. Respōdemus q nō est inter eos discrepātia: nisi fm superficiē. nec ē ibi realis p̄postera tio: sed tm noīalis. qz dñatiōes fm dionysiū mouent in deū et ei famulantur omī seruitute deposita absq̄ reflexiōe ad cōmodū temporale vel eternum. et hoc etiā docent hoīes. hoc aūt officiū habēt principatus fm greg. qui solo reuerētie filialis motu amant deū et bona eius: nō sibi sed illi. Itē dñatiōes fm grego. essentialiter idem sunt q virtutes scōm dionysiū. qz virtutis fm dionysiuz est docere prelatos vt facile et perseuerāter q̄ ad officiū prelatiōis attinēt exequant gaudēter tollerādo. sicut dr in actib⁹. Ibāt apostoli gaudentes. ꝛc. et in canticis. Canticor. v. tornatiles vocant prelati quo ad facilitatē operum. idem autez opus dñationū scōm greg. Item ad principatus fm dionysiū pertinet vniuersalis ducatus t vle regimen in dei sīlitudinē. hoc aūt facere virtutū est fm assignationē gregorij. In potestatibus vero cōuenīūt: quar est (vt ait dionysius) cadere ne aliquid aduersū possit nocere. in archāgelis etiā non discrepāt: licet beatus dionysius dicat q eor sit prophetias reuelare. vt gabrielis qui nūcius fuit incarnatiōis. qz eoipso ptinet ad eos docere hoīes vtutes christi q̄ scz sunt purgatorie. Sic ergo patet quomōvtraq̄ assignatio alterā vicissim includat. cum q̄ essentialit reducat ad alterā nulla debet esse de noībus contentio. Sed magister hugo de sctō victore ponit in questione. cū btūs dionisius habuit ab apl̄o q̄cq̄d dixit de hmōi ierarchijs quia apl̄s vidit intuitu dei que ei reuelauit. vñ btūs dyonisius vocat eum preceptorē et mgrm. nō debuit (vt videt) alium ordinē angelor ponere q̄ illū quem ponit aplus ad Ephe. 3. dicens. Multiformē sapiam suā reuelauit deus dñationib⁹. ꝛc. Non autē sic ordinantur a dyonisio sicut ibi ordinant ab apostolo. Ad qđ rndit idem magister hugo q non nominātur ab apostolo ad ordinādū sed ad ostēdendū quibus per apl̄os reuelatū fuerit mysterīū incarnatōis. prius enī nō angelis innotuit. sed sicut dr Isaias. lxiij. in psona eor. Quis est iste qui venit de edom. ꝛc. Et ipsemet

Quō cōueniūt et quo mō differūt dyonisius t gregorius

questio bti dyonisij.

Solutio.

Alia ratio

Alia ratio

Obiectiō predicta.

Solutio.

mgr hugo addit inquiēs.ꝛ ſi qua alia ratio eſt quam non poſſum videre mō. Non eſt aūt pretermittēdum quod dicit btūs dionyſius q̄ ierarchie eſt regere ſe ꝛ etiam alios in dei ſimilitudie ꝛ per dei ſimilitudinē. hoc enī eſt facere hoies deiformes. vnde iſdē dicit q̄ ierarchia eſt imitatio ad deū ꝛ vnitas q̄tum poſſibile eſt. Inquit xp̄s. Johis. xvij. Rogo vt ip̄i vnum ſint ſicut ꝛ nos vnum ſumus. Facta diſtinctione ordinū in nouenariū opponit in ꝓtrariū ex v̄bis beati dionyſij. ait enī ſeraphin eē mobile calidū acutum inceſſabile feruidum ſupferuens. Mobile dicit ꝓpter naturā ignis ſiue amoris. eſt ergo in eo motus amoris. Dis aūt motus (vt aſſerit Aug.) eſt ad aliq̄d adipiſcendū vel non amittēdum. nam omnis motus imitātis aut fugiētis aliq̄d eſt. ſz cōſtat q̄ motus quo ōr ſeraphin mobile: non eſt motus fuge ſed potius imitatiōis et electionis. talis enim motus ſemp eſt ad nobiliorē ꝛ digniorē ſtatum acquirendū q̄ ſit ſtatus in quo eſt id qō mouet ad ip̄m: alias enī non moueretur ad illū. nam finis melior eſt ꝛ magis eligendus his q̄ ad finē & ſtatus ille excellentior eſt q̄ ſtatus ſeraphin ex quo ſeraphin mouetur ad eū. & ab illo deberet noīationē recipere ordo aliquis: qui tāto erit dignior ſeraphin quāto gradus gradū precellit. ꝛ ſic videt q̄ ſeraphin nō ſit ordo nouiſſimus aut ſupremus. Opponit etiā de v̄bis dionyſij. nam cum deus ſit centrum prorſus imobile. quāto aūt aliquid vicinius eſt centro: tanto minus habet de motu. ſeraphin aūt cōiūctione imediatiſſima appropīquat deo. quō eſt verum ſeraphin eē mobile ſicut dicit dionyſius. Itē ſeraphin vocatur acutum ab ip̄o: q̄ penetrat vſq̄ ad archana dei. Sed cōtrariū videt dicere dionyſius cum dicit q̄ mouetur circa diuina. ſi enī circuit non penetrat. Reſponſionē q̄d ſit motus quo ſeraphin dicit mobile aperit btūs pertus. prima ℙetri primo dicēs. In qnē deſiderāt angeli ꝓſpicere. Et mgr hugo de ſcō victore exponit terminū illius motus. dicit enī q̄ in cognitiōe ſiue in cognoſcere eſt motus ille. quia illud cognoſcere eſt videre/guſtare/ꝛ ſic de alijs ſenſib⁹ ſpūalibus. vñ eſt ſtatus oīm bonorū cōgregatione pfectus. et iō dicit aug. q̄ viſio eſt tota merces. Et ſic ſimpliciter potior eſt cognitio q̄ dilectio. tñ qr dilectōnis q̄ eſt bonitas ipſius viſionis perfectio cōſūmatiua et augmētatiua atq̄ ꝓſeruatiua penes deſiderū amoris cōſiſtit: ſicut ſuperius diffuſius monſtratū eſt. cōſummatiuū aūt naturā ſuppoſitionis hz. ideo amor viſioni ſupponitur: ꝛ ordo ſeraphin ordini cherubin. ꝛ ſic ſoluit ꝓma oppoſitio. Ad aliā rñdendū eſt q̄ eſt motus laborioſus qui eſt actus imperfectus. qui quanto magis incendit: tanto amplius elongat id qō mouet a centro imobili qō eſt de⁹: et is eſt motus inferior mobilitū ſeu naturalium. Eſt et alter motus qui pot⁹ cauſatiuus eſt quietis: imo quietationē auget ꝛ cōplet eo q̄ appropīquat ad deum ꝛ vnit deo: qui ſolus ſtabiliſq̄ manēs dat cūcta moueri. ꝛ iſte motus in ſupmis ſpiritibus locum habet. tali igitur motu denoīatur ſeraphin mobile. Ad tertiū et vltimū reſpōdendū q̄ licet ſeraphin diuine maieſtat⁊ archana rimet expte q̄tum ſe extēdit poſſibilitas creature: verūtñ diuinitatis celſitudinē nō attingit. illū enīz gradū retinuit ſibi trinitas: que ſola ſuiipſius contēplatrix eſt. qr ſic ſibi ſoli nota eſt et homini aſſumpto qui eſt tertia in trinitate ꝑſona. et ideo ſeraphin dicit penetrare circa diuina: non aūt penetrare diuina.

Obiectiō iſtā obiecti onē ordinū

Rō ꝓ quaz ꝓbat oppoſitum.

Scōa rō.

Rō in ꝓriū

Solutio.

Hugo

Augustin⁹

Ad primaz oppōnem.

Ad ſcōam duplex motus qui fit in deum.

Ad tertiū.

¶ Quartus tractatus.

OJcto de ordinibus ꝛ miſterio angelor gñaliť: dicēdum eſt ſpecialiter de miniſterio angelorū qui cuſtodiūt homines: ſcilz de angelis deputatis ad cuſtodiam hominum. Dicit aūt auctoritas ſup illud euāgeł. Math. 18. Angeli eorū ſemp vident faciem patris mei qui in celis eſt. Magna dignitas animar: quibus deputati ſunt angeli ad cuſtodiam. Cuilibet aīme (ſicut dicit auctoritas) deputati ſunt duo āgeli. vnus ad cuſtodiam: reliquus ad exercitiū. Circa hāc queſtionem primo querit vtrum angelus qui deputatus eſt ad cuſtodiā hominis: ſemp cuſtodiat hoiez cum effectu. ſcōo vtrū angelus cuſtodiens pcōrem: ſuo deſiderio fruſtret. tertio vtrum deus fruſtret ſua intētione qua dat homini angelū malū ad exercitiū. quarto vtrū angelus aliq̄s deputatus fuerit chriſto ad cuſtodiam: ſiliter vtrum antichriſto fuerit aliquis angelus deputatus ad cuſtodiam. quīto vtrum diabolus intret in cor peccatoris: et vtrum ſit immiſſor malarum cogitationū. ſexto vtrum bonus angelus aliquādo relinquat hoīem ꝓpter peccatū. ſeptimo vtrum diabolus ceſſet aliq̄n a tēptatione. octauo de illo verbo Job. 25. Qui facit ꝓcordiā in ſublimibus ſuis. nono dicemus de merito bonorū angelorum. decimo et vltimo vtrum angeli pmiet⁊ ſuo premio: ſcilicet gaudio quod habent de conuerſione hoīm.

Job. xxv.

¶ Queſtio vtrum angelus ſemp cuſtodiat hoīem cum effectu.

ARca primū. videt q̄ āgelus ſp cuſtodiat hoīez cum effectu ſic. qr amicus ē ꝛ habet hoc in mādatū. bonus aūtē eſt ꝛ obediēs ꝛ p̄terea fortior eſt in infinitū diabolo: & poteſt eū oīno reprimere. et ſcit ꝛ vult. igitur. ꝛc. ¶ Preterea. angelus deputatus eſt ad cuſtodiā hoīs: ſed angelus ſp facit qō debet facere: & angelus ſp cuſtodit hoīem. igit⁊ homo ſemp cuſtodit⁊ ab angelo: igitur homo nunq̄ peccat. Ad hoc dicūt quidā q̄ nō valet hec argumētatio: angelus cuſtodit hoīem: ergo homo cuſtodit⁊ ab angelo. et hoc ꝓpter auctoritatē ℍieremie. 51. Curauimus babylonem: ꝛ non eſt ſanata. Sed hec ſolutio nulla eſt: qr ſi vnus fortiter ſumat⁊ actiuum ꝛ paſſiuū: cōcluſio vera eſt ſicut prima. ¶ Solutio. Cuſtodire accipit⁊ duplicit⁊: quia cuſtodire preciſe poteſt dici de āgelo nichil omittēte de cōtingētibus q̄tum in ſe eſt ad hoc vt homo non peccet. ꝛ ſm hoc angelus ſemp cuſtodit hoīem: ꝛ hō ſemp cuſtodit⁊. ſed non ſequit⁊: homo ſemp cuſtodit⁊: & non peccat. ꝛ ē ibi fallacia ſm ꝓſequēs. licet enī illa ſint ſibi adiūcta: non tñ ex neceſſitate. ſicut hic. iſte eſt comptus ꝛ errabūdus de nocte: & eſt adulter. Si v̄o cuſtodire dicat⁊ angelus. i. per ſuū officiū facere vt hō nō peccet. ſm hoc nec angelus ſemp cuſtodit hoīem: nec ſemp homo cuſtodit⁊ ab angelo. quia ſi hoc eſſet: nunq̄ peccaret. angelus tñ ſemp cōſequit⁊ finem q̄tū in ſe eſt. qr nichil omittit de ꝓtingētibus ſicut orator vel medicus vt ſit bonus vult iſtum ſaluū fieri ſicut deus ſcilicet q̄tum in ſe eſt.

Prima rō

Scōa rō.

Solutō ali quorum

Improbat doctor hāc opinionem

Solutio.

Falſa ꝓnſ.

¶ Queſtio vtrum angelus malus datus ſit homini a deo ad exercitium.

ARca ſcōm ſic q̄rit⁊. Angelus mal⁹ datus eſt hoī a deo ad exercitiū: ſcz vt cautior ꝛ humilior fiat et ad hoc dat⁊ ei a deo: igit⁊ deus vult q̄ iſte fiat inde cautior. ſed non fit. ſit ita. & non quicq̄d deus vult fit.

Scōa q̄ſtio hꝰ tractatꝰ

Prima rō

Miralis propo

Solutio ꝙ rundam

Ad hoc dicunt quidã ꝙ cum dicit.angelus datus est hoi a deo ad exercitiũ:vt hõ exerceatur.iste dictões ad.vt.diuersas hñt significatões. qñq enĩ significant cãm finalẽ.vt ibi.Paulo datus est stimulus sathane vt hũiliet:vel ad hũiliationẽ.qñq notãt cõsecutionẽ vt ibi.Lex subitrauit:vt abũdaret delictũ.ad Ro.v. qñq debitum siue obligationem:vt hic. sed ẽm hoc

Probat.

probatur ꝙ obligatio sit circũstãtia obligatõis:vt cũ dicitur iste obligat vt faciat hoc vel ad faciendũ hoc.

Opinio doctoris.

Nos vo dicimus ꝙ hmõi dictiones in tali loco significant causam finalem:ꝛ non valet illa argumẽtatio. deus donat istũ angelũ ad exercitiũ istius/ vel vt iste exerceat:ergo deus vult vt iste exerceat.et debemus inferre.ꝯ vult vel vellet ꝙ iste exerceatur.Si enĩ iste exercet:vult hoc deus. si aũt non exercetur non vult sed vellet:quia paratus est velle ꝯtum in se est.nũꝙ enĩ vult ꝙ diabolus exerceat eum ẽm illos qui dicũt ꝙ actio mala ẽ a diabolo ꝛ nõ a deo.sed ẽm illos qui dicunt ꝙ oĩs actio est a deo vera est hec.deus vult ꝙ diabolus exerceat istũ. demõstrato illo quẽ exercet. qz hocverbũ exercet nullã notat deformitatẽ.

¶ Questio vtrũ angelus bonus frustretur desiderio suo:et vtrũ tristet de casu hoĩs.

TErtio querit vtrum angelus bonus frustretur a desiderio suo:ꝛ vtrum tristetur de casu hoĩs. videt ꝙ sic.quia gaudet de resurrectiõe illius.Item delectatio est ei ex ꝓiunctiõe cõuenientis cũ conuenienti:

Bernard⁹.

¶ Solutio. Ad preobiecta distingūt magistri triplicem similitudinē. Est enī similitudo cōformitatis. et est similitudo repzesentatōis ⁊ imitatōnis in opibus discrete factis. Et hoc solo modo fact⁹ est hō ad ymaginē et silitudinē dei. Ad primū dicimus q̄ aristo. intendit de prima similitudine. ſ. de similitudine cōformitatis proprietatū. Ad aliud dicim⁹ q̄ solus de⁹ bonus est essentialiter: ⁊ scōm hoc nō cōuenit cū hoīe: sz tantū in effectū bonitat⁊ cōuenit cū hoīe vt in effectu et mīe ⁊ iusticie. Unde cōmunicat cū hoīe inq̄tū bonus inq̄tū iustus inq̄tū misericors propter effectum

Ad aliud

Sed licet aliqua sit cōuententia hois ad deū: maxia tamen est differentia. ꝓpter quā dixit ysaias. Justicie

Ad dictuz ysaye.

vestre quasi ⁊c. Ad quarto obiectū dicimus q̄ mundus factus est ad similitudinē dei. i. ad similitudinez

Ad quartū

repzesentatōis. Solus aūt hō ad similitudinē imitationis. nō cuiuscūq̄ imitatōis: sed imitationis in operibus discrete factis. Est igit factus homo ad ymaginem dei ꝓpter cognitionis immediatā adherētiā et coniūctionē: aut ꝓpter expzessam imitationē operuz discrete factoz siue operū virtutū. Et per hoc ptz q̄ creature visibiles nec ad ymaginē et similitudinē dei facte sunt.

¶ Tertia questio huius capituli.

Tertio queritur qualiter vir factus est ad ymaginē ⁊ silitudinē dei: nō mulier. Videtur enī

Arguitur.

hoc esse falsū: quia mulier habet rationē que renouatur de die in diē in agnitionē dei sicut ⁊ vir. Solutio

Solutio.

Dicimus q̄ trib⁹ de causis dicit hoc apls. Prima est

Hoc dicit apostolus ꝓ pter tria.

qz vir imediate fact⁹ ē ad ymaginē ⁊ similitudinē dei mulier vero mediāte viro: qz facta est ꝓpter virz. vñ dicitur in geñ. Faciam⁹ ei adiutoziū simile. Secūda ratio est: qz vir perspicatiozē intellectū habet naturaliter q̄ mulier. ⁊ sz ozdinē nature mulier ꝺz ei subici

Tertia ratio est: quia sicut ab vno deo sūt oīa. ita ab vno hoīe sunt alij hoīes ⁊ mares ⁊ femine. Augu. tñ dicit q̄ illa verba apli trahenda sunt potiꝰ ad figurā dant enī tantū figuratiue intelligi virū et mulierem esse in hoīe interiozi. Ibi enī vir superioz pars est rationis. femina vero inferioz pars rationis q̄ disponere habet terrena. Superioz aūt pars ratōnis regere

Augustin⁹

Expō aug.

debet inferiozē que est tanq̄ femina. qz scōm cōtēplationē eternoz debem⁹ ꝓ imitationē disponere terrena sc̄z iuste et misericoziter. Cū ergo quodāmodo duas habeat partes: vnā qua contēplat celestia. aliā qua disponit terrena: scōm illā qua contēplatur celestia factus est tñ ad ymaginē ⁊ similitudinē dei ⁊ nō scōm aliud. Sed hoc videt esse falsum. qz scōm hanc imitatur deū in operibus discrete factis. igitur scōm illā factus est ad ymaginē ⁊ similitudinē dei. Itē dicitur: qz homo ymago dei est scōm naturalia. similitudo vero scōm gratuita. Sed obicit: qz dicit augu. q̄ mens est oīm que sunt in aīa ⁊ dignitate sublimioz: ⁊ sublimitate integrioz. habens ymaginē dei in potentia cognoscendi ⁊ similitudinē in potentia diligendi. Ex hoc videt q̄ cū potentia diligendi naturalis sit sicut potentia cognoscēdi nō solū attendat ymago penes naturalia: sed etiā similitudo. Itē cur potiꝰ dicit q̄ in potētia cognoscēdi est dei ymago. in potētia diligendi est dei similitudo. cū ecōtrario videat equalit posse dici. Itē videtur augu. sibīpi cōtrarius. Dixit enī in libro de trinitate q̄ aīma rationalis est ymago trinitatis ꝓ memoriā intellectuā volūtatē: siue mentem noticiā et amorē. Ex hoc sequit q̄ in amore siue in potētia diligēdi est aīa ymago dei. Sz videt q̄ nō penes potentiā diligendi sit aīa ymago: sed solum penes potētiā cognoscēdi. qz ad ymaginē formatur qđ nō ꝓ aliā creaturā format ita vt nichil deo sit cōtūcti⁹ Sed augustinus dicit q̄ amare aliquid est velle illud presto esse ad fruendū. Presto autē non est aliq̄d aie nisi per cognitionē: ⁊ ita ad dilectionē preexigitur cognitio: ergo dilectio formatur per intermediā creaturā. igitur nec ipa nec potentia ad ipsam neq̄ aliq̄d per eā est ymago. Q̄ cōcedimus hac ratione. ⁊ etiā ꝓpter verbū apostoli qui dicit q̄ vir est ymago dei id est intellectus siue superioz pars rationis. Hic enī est interioz homo qui renouatur in agnitionē dei. Ex hac enī ratione sumitur solutio ⁊ intelligētia illi⁹ verbi sc̄z q̄ mens est ymago in potentia cognoscendi. similitudo aūt in potentia diligēdi. Nam sicut in dilectione sic in cognitōne fit fruitio: quia vna est delectatio in fide ⁊ in dilectione ad quā caritas mouet fidē: quia caritas est desideriū fruendi. ⁊ ita immediate se habet potētia diligendi per dilectionē ad deuz: sicut potentia cognoscendi per cognitionē. tamen mediate se habet dilectio ad deū q̄tū ad hoc q̄ non nisi per cognitionē preambulā mouet ad ipm. qz ergo ymago assignatur scōm immediationē. ideo potius refertur ad cognoscendi potentiā q̄ ad potentiā diligēdi. Per p̄dicta patet solutio ad oīa preobiecta. Dir enī

Opinio doctoris

est ymago dei ⁊ gloria. ymago quia per cognitionem intellectus immediate conungitur deo. Ymagines enim appellamus quibus res apprehendūtur et cognoscūtur que per dictiones significātur: per intellectū aūt nō tñ tanq̄ per speculū: sz tanq̄ ꝑ ymaginē expressissimā cognoscitur deus. i. qua nulla est expssioz et qua imediate aīa coniūgit deo tanq̄ conueniēs cū cōueniēti. gloria aūt ꝺz vel ꝓpter delectationē que

Fruitio ꝓsistit ī cognitione ⁊ dilectione.

Quare vir ꝺz ymago dei.

Quare vir dr gra dei. Hec dr dupliciter.

principaliter est in cognitione dei vel propter laudē cognitū per intellectū laudamus: ⁊ quia in quo deū cognitū per intellectū laudamus: ⁊ quia intellectus est maxima materia laudis dei. Gloria enī duob⁹ modis accipitur. vel ipa gloriatio vel delectatio vel ipa laus: ⁊ ideo dicitur intellectus gloria dei: quia per ipm delectamur in deo ⁊ laudamus ipsum

Augustin⁹ Alit dr hō ad imagiez ⁊ siltudinē dei.

Licet autē scōm beatū augustinū predicto modo distinxerit inter ymaginē et similitudinem. tamen alio modo distinguitur scōm ipm ⁊ scōz alios sanctos vt dicatur homo factus ad ymaginē fm naturalia. ad similitudinē fm gratuita. Nichil enī impedit vnam et eandē auctoritatē diuersimode cōpetēter exponi.

Questio quarta.

Dicit iudi

Dicit aug.

Ex adulatione pcessit.

Quarto queritur de intelligentia hui⁹ auctoritatis qua dixit faciamus hoiem ad ymaginē et similitudinē. Loquitur pater ad filiū ⁊ spiritū sanctū. Non enī potest dici q̄ ad angelos loquat sicut dicunt iudei: quia angeli non sunt creatores hoim neq̄ habent vnā ymaginē cū deo ad cuius imitationē fieret homo. propter hoc necesse est dicere q̄ pater loquit ad filiū et spm̄ sctm̄: vel q̄ sit vox triū personar vt dicit btūs augustinus q̄ per istas duas dictiones plura litas personar designatur. Utitur enī sacra scriptura naturali modo loquendi nec vnq̄ vnicā personā pluraliter significat. Ex adulatione enī processit q̄ vnaz personā pluraliter significamus. Per ista vero duo ymaginē et similitudinē vnitatis essentia designatur vnde hoc nomē ymaginē supponit diuinā essentiā in habitudine ad naturalia hoīs: ⁊ hoc nomen similitudinem similiter in habitudie ad hoīs gratuita: ⁊ hec est perfecta significato huius locutionis faciam⁹ hominē ad ymaginē ⁊ similitudinē nostrā. Scōm autē beatū augustinū ⁊ scōm beatū hylariū iste due dictiones faciamus ⁊ nostrā non significant tantū pluralitatem personar: sed etiā vnitatem essentie per hoc scz q̄ designant vnā operationē triū psonar. Similiter per ista ymaginē ⁊ similitudinē nō tantū vnitas essentie designatur fm beatū hylariū: sed pluralitas personarū. Similitudo enī in diuina essentia nō tantū modo se habet in habitudine ad hoīs gratuita: sed designat mutuā distinctionē personaruz. Unde is est sensus. Faciamus hoiem ad ymaginē et similitudinē nostram. i. ad similitudinē qua sumus inuicem simules. Eodē modo dicendū est de hac dictione ymaginē: et est sensus. Faciam⁹ hominē ad ymaginē nostrā. i. ad ymaginē qua imitamur nos adinuicem.

Augustin⁹ Prima cā fm augu.

Scda cā

Ex adulatione pcessit.

Augustin⁹ Hylari⁹ sic exponit.

Augu. ⁊ hylarius.

Questio quinta.

Quinto queritur quomodo assimilet homo trinitati increate hac trinitate creata. memoria intellectiua voluntas. Dixit enī augustinus q̄ aima rationalis assimilatur trinitati increate in memoria intellectiua ⁊ voluntate propter multas causas. Pria est ad remouendū carnales cogitationes in deo. Solent ei carnales patres nō memorari ppter nimiā senectutē: ⁊ ideo attribuit patri memoria ad remouē dū talē fantasticā cogitationē. Silr solent filij esse insciī: ⁊ ideo attribuit filio intellect⁹. Spūs aūt qñq̄ solet esse nomē inflationis: ⁊ ideo spūi sctō attribuit benignitas siue voluntas ⁊ amor. Scda ratio est: qz sicut ex patre filius. ex patre et filio spūs sctūs: ita est ex memoria intellect⁹. ex meōria ⁊ intellectu voluntas. Sed hoc videt esse falsū: qz meōria potius videt esse ex intellectu q̄ ecōuerso. sicut dicit btūs augu. res generant scientiā sui in aīa siue intellectu: ⁊ ab intellectu transfertur ad memoriā vt ibi reseruet. Nō enim est memoria de inuisibilib⁹ nisi prius intellectis. sicut nō est memoria de visibilib⁹ nisi prius visis. ⁊ ita potius videt esse memoria ex intellectu q̄ ecōuerso. Quod quidē verū est a principio: sed posq̄ forme rer sūt in memoria. ex memoria est act⁹ intelligēdi siue cognoscendi. Tertia ratio est: qz sicut pater ⁊ filius ⁊ spūs sanctus sūt vnū in essentia: sz differūt in relatione. ita memoria intellect⁹ et volūtas sūt vnū in essentia ⁊ differūt relatione. Nō sunt aūt ita ꝓprie vnū in essentia sicut pater ⁊ filius et spūs sctūs. Sed suo modo sūt vnū in essentia: qz habēt vnū subiectū qd dicit essentialiter cōstitutū tāq̄ forme substātiales. vt hoc dicat de ipis potētijs. Differūt aūt relatione: qz ad seinuicē relatiue dicūtur large sic. Memoria intellectoz ⁊ volitoz memoria: intellect⁹ memoratoz ⁊ volitoz intellect⁹ volūtas memoratoz ⁊ intellectoz volūtas. Sz obiect Dixit enī btūs augu. q̄ memoria memorat seipsam intellect⁹ intelligit seipm. igit idē est memoria q̄ memoratū: ⁊ intellect⁹ dū intelligit se idē q̄ intellectū. Non ergo differūt memoria ⁊ intellect⁹ inq̄tū sic dicūtur relatiue memoria memorati memoria. nec ista tria differūt fm q̄ dicūtur relatiue cū vnū ⁊ idē ad se sic referat. Ad hoc dicendū q̄ nullus act⁹ memorādi memorat seipm: sed ex vno actu memorandi meōrat aliquis act⁹ memorādi: ⁊ ita in singulari semp alius est actus memorādi ⁊ ipm memoratū: ⁊ aliud est intellectū ⁊ actus intelligēdi q̄ ipm intellectū. In illo autē actuali intellectu intellectū ipz intelligo. maxime fm illos qd dicunt q̄ cū dicit iste memorat falsū simplr sit falsus quo ad qdver⁹. sicut dicit aristo. Patet igit q̄ illa tria cū ad seinuicē dicunt relatiue differt. Quarta ratio est q̄ sicut pr̄ et filius ⁊ spūs sctūs sūt equales: ita memoria intellec⁹ ⁊ volūtas sūt equales. vñ colligūt tres ꝓpositiones quas oz esseveras. quar̄ pma hec est Quicqd volo vel intelligo memini. sz hec oīno videt esse falsa. qz quod de nouo intelligo nō reduco ad memoriā. vñ nō qcqd volo vel intelligo memini. Ad hoc dicūt magistri q̄ hoc verbū memini nō ponit ibi actu sed habitu. Quicqd enī volo vel intelligo memi: qz de facili possū illud reducere ad meōriā. Sz tñ videt velle augu. q̄ intelligat de aīa bene dispositā in qua scripta est lex dei. sicut dicit btūs hiere. Scribā legē meā in cordibus eoz. Non cōtingit ergo cognoscere aliqd fm aug. actualiter nisi prius fuerit cognitū vel cogitatū actu per memoriā vel quasi p formas iā expressas in meōria. vt intelligat illud causatū de reb⁹ illis qbus spūalis hz iudicare sicut dicit apls. oīa iudicat de oībus sciētiā habet: maxie de eis que ptinēt ad salutē aīe. Secūda propositio est. quicquid volo vel memini intelligo. que silr vera est in aīa bene dispositā. Tertia propositio est. quicquid memini vel intelligo volo. Sed videtur hec aperte falsa: qz memini et intelligo me peccasse: nec tamen volo me peccasse. Similiter intelligo istum esse egrum: et compatior. non tamen volo ipsum esse egrū: ergo aīa bene dispositā aliquid intelligit qd non vult. ergo non quicqd memini vel intelligo volo. Ad primū dicim⁹ q̄ non valet. quicquid memini vel intelligo volo: sed memini me peccasse vel intelligo: ergo volo me peccasse. qz in pria hec dictio qcqd nō suppōit nisi ꝓ reb⁹ naturalib⁹ qbus bñ possum⁹ vti. ⁊ hoc ē qd dicit aug.

Hieremias

Paulus.

Scda ꝓpō.

tertia ꝓpō.

Secundo.

Ad primū.

quicquid intelligo volo dū vtoꝛ.i.duꝫ possum vti eo qđ intelligo. Ipe autem assumi t pro pctō qđ non habet naturale esse ꝛ quo nemo bene potest vti scōm ꝙ vti stricte accipitur. Ad scōm dicim⁹ ꝙ cū video egrū debeo ipm velle egrū tunc: qꝛ scio deū velle hoc. ꝛ nō valet hec argumētatio. Iste cōpatitur isti meritoꝛie in hac egritudine: igitur nō vult istū esse egrū. debet enī addi vel nō vellet istū esse egrū. Paratus ei esse debet ad similitudinē de⁹ velle ꝙ nō sit eger. s. vt cesset pctm̄: ꝛ cessante pctō cesset pena pcti. licet tm̄ nunc vellet istū egrū: tm̄ vult ipm non esse egrū in futuro. quia super hoc nescit dei voluntatem.

Ad scōm.

¶Sexta questio huius capituli.

Vltimo querit quō assimiletur homo trinitati increate in his tribus: mens/ notitia/et amoꝛ. Hanc alīā assignat btūs greg. trinitatē increatam in qua aīa rationalis assimilat trinitati increate. s. mētē notitiā ꝛ amoꝛē. Sicut enī ex patre est filiꝰ et ex pre et filio spūsctūs. ita ex mente siue ex sinderesi ꝛ notitia ꝛ ex illis duobus amoꝛ. Ipse autem sinderesim vero aīa intelligens cognoscit se: ꝛ p hoc ꝙ intelligit ꝛ cognoscit se diligit se. ꝛ ita sicut pater ꝛ filiꝰ et spūsctūs sūt equales: ita ista tria. Mens ei bene dispōsita cognoscit se tantā q̄ ta est cū cognoscit se esse supervisibilia bonitate ꝛ dignitate p hoc ꝙ facta ē ad ymaginē dei et cognoscit se esse sub deo ꝛ nichil boni se posse habere nisi a deo: ꝛ tantā se esse estimat cū se amat sup oīa visibilia ꝛ minus q̄ deū vt ita sit sine tumoꝛe sup bie qua hō magis ꝓprīā excellentiā diligit q̄ deū: et ita illa tria sunt equalia. sicut etiā quelibet psona est in qualibet: ita quodlibet istoꝝ est in quolibet. Iz nō ita proprie nec eodē modo: sicut persōne mutuo sūt in seipis. Notitia ei ꝛ amoꝛ sūt in mente tanq̄ effectꝰ in causa: ꝛ preterea effectꝰ est in mente tanq̄ in subiecto suo. Amoꝛ enī et notitia sūt in anima cognoscēte tanq̄ cognitū in cognoscente ꝓpter assimilationē cognoscētis ad cognitū. sicut dicit aristo. ꝙ aīa quodā modo est oīa. Mens enī ꝛ notitia sunt in amoꝛe. i. in aīa diligente tanq̄ amatū in amāte. ita amoꝛ est conīunctio diligētis ad dilectū. vnde ꝓpter illā ꝓiūctionē dicitur amatū esse in amante. Ad maioꝛē euidentiaꝫ eoꝝ que dicta sūt nota ꝙ btūs augu. in libꝛo de trinitate. xi. duas trinitates creatas distinguit. Ipa tria continet. s. speciē coꝛporis visi: ꝛ speciē siue ymaginē que resultat in oculo a specie coꝛporis visi. ꝛ volūtatem q̄ comūgit visū cū re visa vt fiat visū actu. primū est quasi parēs. scōm quasi proles. tertiū vero qđ nec est parēs neq; proles nec quasi parens nec quasi proles: sed cōiungens vtrūq;. Scā trinitas est q̄ cōplectitur similr tria. s. speciē que est in memoꝛia q̄ transmissa est a specie rei vise q̄ est in sensu: ꝛ spēm q̄ est in acie intellectus cogitantis. ꝛ voluntatē que ꝓiungit vtrūq;. Cū ei aliquis vult reminisci aliud dirigit aciē intellectus ad aliē speciei que est in memoꝛia: ꝛ sic fit actualis cogitatio siue intelligētia. vt enī dicit beatꝰ augu. in eodē libꝛo. ca. viij. Sicut in coꝛpib⁹ sentiēdi sic in memoꝛia est modus cogitādi. ꝛ. ix. c. dicit. visiones due sūt. vna sentientis: altera cogitantis. vt autē possit esse visio cogitātis ideo fit in memoꝛia sentiētis aliquid simule quo se ita cōuertat in cogitando acies animi sicut se in cernendo cōuertit ad coꝛpꝰ acies oculoꝝ. Propterea duas in hoc genere trinitates volui cōmendare. vnā cum visio sentientis formatur ex coꝛpoꝛe. aliā cum visio cogitantis formatur ex memoꝛia. mediā vero nolui: quia non ibi soletvisio dici cuꝫ memorie cōmendatur forma que fit in cernentis sensu. vbiq; tamen voluntas nō apparet nisi copulatrix quasi parentis et prolis. ꝛ ideo vndecunq; procedet neq; parēs neq; proles dici potest. Hāc ergo trinitatem creatā dicit augustinus esse ymaginē trinitatis increate in humana aīa. Sicut enī ex memoꝛia est actualis cogitatio siue intelligentia: ꝛ ex his duobus voluntas. sic ex patre est filius: ꝛ ex patre ꝛ filio spīritusctūs. Quo autē sensu dicantur ista tria esse vnum potest videri per hoc ꝙ ipe dixit eodē libꝛo. capi. iiij. in fine vbi dixit. ita qđ est ad coꝛporis sensum aliqđ coꝛpus in loco. hoc est ad aīmi actē similitudo coꝛporis in memoꝛia: ꝛ quod est aspiciētis visio ad eam speciem coꝛporis ex qua sensus formatur: hoc est visio cogitantis ad ymaginē coꝛporis in memoꝛia constitutam ex qua formatur aīmi acies: ꝛ qđ est ītentio voluntatis ad coꝛpus visum visionēq; copulandā vt fiat ibi quedā vnitas triū q̄uis eoꝝ sit diuersa natura hoc est eadē voluntatis intentio ad copulandā ymaginem coꝛporis que ineſt in memoꝛia: ꝛ visionē cogitantis. i. formā quā cepit acies animi rediens ad memoꝛiā vt fiat. ꝛ hic quedā vnitas ex tribus nō iam nature diuersitate discretis: sed vniꝰ eiusdēq; substātie quia hoc totū intus est ꝛ totū vnus aīmus. Quidam tamen dicunt ꝙ hec tria sunt ꝓprie vnū: ꝛ intelligitur hoc de ipa potentia. Dicunt enī ꝙ aīa idem est ꝙ sua potentia: sed dicūtur tres potentie ꝓpter diuersos actus cū non sit nisi vna aīa ꝛ vna potētia in essentia. ꝛ hoc volunt habere ex verbis beati aug. qui dicunt ꝙ hec tria sunt vna vita vna aīa: ꝛ per hoc ꝙ ipe dixit ꝙ hec tria nō sunt in aīa vt in subiecto. igitur nō sunt qualitates aīe sed ipa aīa. Ad qđ dicendū est ꝙ augustinus dixit illa tria esse idem qđ aīa: quia compleant ꝛ perficiunt idez esse aīe. sicut dixit magister in sentētijs. Et ideo dicit augu. ꝙ illa tria nō sunt in aīa sicut in subiecto vt color est in coꝛpoꝛe. quia non sunt aduēticia ipi aīe: sed cōpletiua esse ipius. Quod aūt est aduenticium vt color coꝛpoꝛi non cōplet esse eius predicta vero opinio ꝛ est contra deitatē ꝛ cōtra deū. Ex illa enī opinione sequitur ꝙ anime et angelo idē est esse ꝛ posse. qđ soli deo conuenit ꝓpter sui extremā simplicitatem. licet in prima materia videat idez esse qđ posse suscipere formā quālibet. Talis enī potentia non est aliqua potentia: sed informitas potentie precedens oēm potentiā et oēm formā. Sic ergo nulla res habens esse non in aliā formā habet que nō ipa est: sed materia q̄ habet esse in alio ꝛ ante: deinde perfectionē naturaliter nullā habet formā q̄uis denominetur a noīb⁹ format⁹ per aliquā similitudinē et ideo non sequitur ꝙ si materia est sua potentia ꝙ aīa sit sua potentia. cū ꝓprie nō dicatur materia habere aliquam potentiā vel aliquid posse. Itē eadem optnio est contra oēm philosophiā. Dixit enī porphirius ꝙ rationale predicatur in quale: ergo rationale est qualitas. ergo non est idem ꝙ anima. Preterea sequitur ex hac opinione ꝙ anima et angelus nō conuenīt in aliquo gne: qꝛ non ꝓueniūt in aliquo substātiali: qꝛ nec aīa nec angls habet aliqđ substātiale qđ nō sit ipa: ꝛ ita cū aīa et angelus sint diuersarū specierum nō cōicant in aliquo substātiali: igit non cōicant in aliquo genere. qđ manifeste falsū est. Ex hoc etiaꝫ

Gregoꝛius

Quō mens bñ dispōita cogscit se.

Aristotel.

Aug. xi. de trinitate.

Duplex trinitas creata Prima

Scda trinitas.

Augu. eodē libꝛo.

Duplex visio.

Augustinꝰ

Quō ista sunt vnū.

Opio aliqꝝ rū scz noialium.

Solutio.

Magisteri sententijs.

Cōtra hanc opinionem

Potentia materie.

Potentia aīe nō ē aīa Scdo ꝓ eā dē opionē.

Tertio ad idem.

Quarto

Quinto. sequitur q intellectus hois et angeli sint diuersarū specieꝝ: ꝛ probat q hoc sit falsū cū sint de eodē et habeant eandē perfectionē. Ex hoc etiā sequitur q aīa non predicat substātialiter et in quid de hoīe et alijs aīalibus. Potentia enī sciendi non est eadē in specie in hoīe ꝛ alijs aīalibus: qz potētia sciendi in hoīe idē est q aīa hois. Quia vero hec pertinēt ad aliam facultatem supersedemus.

¶ In secundo capitulo quinq̄ querūtur.

In hoc scdo capitulo queritꝝ de primo statu ade. Circa qđ primo q̄ritur q̄ precepta dederit deus homini postq̄ posuit eū in paradiso. scdo de īmortalitate ade quā habuit in primo statu. tertio vtrū adā potuit mori ante pctm̄. quarto de partu eue si peperisset ante pctm̄: ꝛ de statu matrimonij in primo statu vltimo de trāslatione homis in personā celestē sl nō peccasset. Circa primū queritur sic. Fecit deus hoīez in agro damasci et posuit in paradiso vt sciret q esse in paradiso nō est nature: sed gratie. Per hoc etiam intelligimus q nō est nobis naturale esse in spūali paradiso. s. in ecclesia. Postq̄ aūt positus fuit in paradiso dedit et dns triplex preceptū scz nature: ꝛ quoddaz alīd discipline. Nature triplex. quoddā pertinēs ad sui sustētationē: vt illd de oī ligno paradisi. q̄ddā ad multiplicationē humani generis vt illud. Crescite et multiplicamini. Tertiū fuit pertinēs ad dilectōnē dei et primi. et proprie primū preceptū dedit illi: qz homo habebat corpus aīale indigēs alimonia ciboꝝ vnde si nō comederet mozeret: ergo erat mortalis. i. potēs mori. ¶ Scdo queritꝝ hic de īmortalitate ade in primo statu. Queritꝝ igitur vtrū fuit in eo mortalitas. qđ videt: qz eadē est potentia currēdi ꝛ nō currēdi: ergo eadē ratiōe eadē potētia fuit in adā moriēdi et nō moriēdi. igitꝝ eadē fuit in eo mortalitas ꝛ īmortalitas. Secundo. Preterea potētia moriēdi in adā aut se habebat ad opposita aut ad alterū tm̄. Si tantū ad alterum scz ad mori: ergo necesse erat adā mori. Itez ad alterū tm̄ sicut firmamentū nō se habet nisi ad alterū oppositoꝝ. s. ad moueri. qua ratione firmamentū necesse ē moueri: necesse erat adā mori. Itē sicut calor ignis de necessitate se habet ad calefaciendū: eadē ratione necesse erat adā mori qđ falsū est. Relinquitur igitꝝ q illa potētia se habebat ad opposita. s. ad mori et ad nō mori. igitꝝ eadē potentia erat in eo moriendi et nō moriēdi: ꝛ ita mortalitas ꝛ īmortalitas fuit potentia in adā. Contra. potētia semp viuēdi ꝛ potentia semp nō viuēdi erat in adā potētia naturalis. sed potentia moriēdi fuit in eo īpotētia naturalis: ergo aliud erat in eo potētia nūq̄ moriendi ꝛ potētia moriendi. igitꝝ aliud erat in eo mortalitas ꝛ īmortalitas. Secundo. Itē mori nichil est: igitꝝ potētia moriendi ꝓpter loq̄ndo nichil est. cū mori sit pura priuatio. Si igitꝝ potentia nō moriendi est aliq̄d ipa est potētia spviuēdi. nō enī pōt dici q potētia nō moriēdi sit potētia cessandi ab aliquo actu cū mori nō sit actus: sz pura priuatio. Sed cōstat q potētia viuēdi est naturalis potētia. potentia aūt moriēdi naturalis īpotētia. igitꝝ potētia nō moriendi est aliud q̄ potētia moriēdi: g̃ aliud fuit in adā mortalitas ꝛ īmortalitas. qđ p̄cedm̄ respōdētes ad obiecta dicētes q nō valet. eadē est potētia currēdi ꝛ potētia nō currēdi: g̃ eadē est potētia moriēdi et nō moriendi. qz liberū arbitriū se habet ad vtrūlibet et ideo eadem ratione est potentia currendi ꝛ potentia nō currendi. Mori nō est opus liberi arbitrij: imo hature corrupte: ꝛ qđ dicit q potentie quedā sūt ad vtrūlibet ꝛ q quedā ad vnū oppositoꝝ tantū dicitur de formalibus potentijs tantū. Potentia vero moriendi naturalis est impotentia ex qua non habet se nisi ad mori vl̄ per naturāvel per aliud scz p aliqđ accidentale aduenies. s. per pctm̄. In naturalib⁹ aūt actionibus se habet natura ad agere per qđ est principiū motꝰ cū acquisitū fuerit id ad quod fuerat ille motus cessat natura ab illo motu de necessitate. Patet etiā q potētie q̄ se habent ad duo opposita se habent ad illa vl̄ per modū liberi arbitrij vel per modū nature que est principiū motꝰ ꝛ quietis. Patet ergo q nec sic nec sic se hz potentia moriendi ad opposita.

Mori nō ē liberi arbitrij.

¶ Questio incidens.

Item queritur vtrū immortalitas q̄ fuit in adā erit in patria. Qđ videtur: qz idē erit liberū arbitrū qđ modo est: licet modo homo p ipsum possit peccare ꝛ nō peccare. in futuro vero nō poterit peccare. Eadē ratōne eadē immortalitas qua hō in primo statu potuit mori et potuit nō mori erit in patria: qz nō poterit mori. Preterea īmortalitas ade fuit potentia resistendi omibus causis illatiuis mortis. eadē potentia erit in futuro: ergo eadē immortalitas erit in futuro. ¶ Solutio. Dicim⁹ q re vera eadē īmortalitas erit in futuro q̄ fuit in adā si dicatur īmortalitas illa potētia resistendi siue sempvtuendi. Sz q̄nq̄ dicitur īmortalitas priuatio potētie moriendi scz nō posse mori: ꝛ hec erit in futuro ꝛ nō fuit in primo statu. Unde patet q hoc scdo modo nō est verū q eadē īmortalitas q̄ fuit in adā erit in futuro. nec est simile de libero arbitrio. In hoc enī cōsistit esse liberi arbitrij q homo facit eo sine coactione qđ vult. qđ qz est in presenti ꝛ in futuro. Idē est liberū arbitriū in p̄ti et in futuro. Non sic se habet īmortalitas ad mori et ad nō mori sicut liberū arbitriū ad peccare et ad non peccare. tm̄ sicut liberū arbitriū idē est modo ꝛ in futuro. ita et īmortalitas sm primū modū eadē erit in futuro q̄ fuit in primo statu ꝛ hec sūt duo cornua que habuit primus hō scz īmortalitas ꝛ liberū arbitriuz sine seruitute. Ista duo cornua sūt de quibus dr. Exaltabūtur cornua iusti. qm̄ per liberū arbitriū non poterit homo peccare ꝛ ab īmortalitate auferetur mortalitas quē in p̄mo statu ꝓmunicabatur īmortalitati vnde in psal. Exaltabūtur cornua iusti q̄ in hoc loco scōm aliā expositionē dicūtur virtutes.

Aī q sic. Secundo. Solutio. Duplex immortalitas Quō intelligit exaltabūt cornua iusti.

¶ Alia questio incidens.

Item queritur vtrū adam per peccatum amisit immortalitatē. Et videtur q non. quia immortalitas erat ei naturalis. qm̄ eā habebat quando erat in statu naturaliū. Sed constat q spoliatus gratuitis et vulneratus in naturalibus fuit. igitur non spoliat⁹ immortalitate fuit: sed vulneratus cum illa. igitur post peccatū remansit in eo immortalitas. qđ falsum est. ¶ Solutio. Dicimus q illa auctoritas Primus homo spoliatus fuit gratuitis et vulneratus in naturalibus vniuersaliter intelligenda non est. Fuit vero vulnerat⁹ in aliq̄b⁹ naturalib⁹, ꝓpter pctm̄ suū. Prio in illis in quibus cōsistit ymago dei. ille enim primo

Aī q non. Solutio. Quō intelligit vulneratō naturaliū hois.

cozrupte fuerũt per pcm̃:ꝛ de illis naturalibus tãtũ intelligenda est illa auctozitas. ℙena aũt illa pcti illata est ei scz necessitas moziendi ex decreto dei: ꝛ iõ amisit imoztalitatẽ quã pzius habebat. Eodẽ modo non fuit spolistus oĩbus gratuitis nisi tm̃ illis q̃ faciunt hoiem gratũ deo. s. virtutibus theozicis. ℙon cni fidem quã habebat de trinitate amisit ꝛ de incarnatione quã vidit qñ raptus fuit in extasi. Obicitur autẽ contra hoc qõ dictũ est q̃ imoztalitas fuit ei naturalis. dicit enim btus augu. q̃ imoztalitas fuit ei de ligno vite. non de cõditione nature tantũ: igitur imoztalitas nõ erat ei naturalis. Sed dicim⁹ q̃ ita est intelligendũ. ℙon erat ei de cõditione nature tm̃: sz de ligno vite. qz ad hoc q̃ nunq̃ mozeret sed ad hoc q̃ semp viueret exigebatur q̃ semp de ligno vite comederet tpe cõpetenti. Unde ipe augu. dicit. vtebantur adã et eua alĩs cibis ne sua cozpoza aliqd molestie esuriendo vel sitiendo sentirent. de ligno vite gustabant ne moꝛs vndecũq̃ subreperet: vel cõfecti senio decursus tpm̃ spaciis interirẽt. Fuerũt ergo illis alimenta ꝓpter alia ligna paradisi. illud fuit sacramẽtum. significabat em̃ panẽ angeloꝛ q̃ dicit ℙanem angelorum manducat me viuit ꝓpter me. de quo salomon loq̃ns in ꝓuer. ybi loquit̃ de sapiẽtia dicit. Lignũ vite est hĩs qui appzeẽ ꝛ q̃ tenuerit eã btus. Erat ergo lignuz vite adã ꝛ eue sicut electuariũ eos cõseruans sine defectu ꝛ incõmodo senectutis: ꝛ sine omi nocumento qõ posset accidere extrinsecus. Aliaꝛo ligna erãt solum in alimento.

¶ Tertia questio principalis.

TErtio queritur vtz adã posset moꝛi ante pctm̃ videtur q̃ sic. qz ipe habebat cozpus aiale: igit si nõ comedezet naturaliter dissolueret. ergo potuit moꝛi sine pctõ. ℙozeterea omẽ cõpositũ natura dissolubile est: ergo cũ adã esset cõpositus natura dissolubilis erat: ꝛ ita poterat naturaliter moꝛi añ peccatũ. ¶ Contra. dicit apl̃s q̃ stipendia pcti moꝛs: ergo moꝛs est pena debita pctõ. Sed ipossibile est q̃ pena pzecederet culpã: ergo ipossibile erat adã moꝛi ante pctm̃ ℙozeterea aĩa cũ sit perfectio cozpozis ꝛ perficitur in cozpoze et cozpus naturaliter appetit ipam tanq̃ sui perfectionẽ. igitur nõ potuit ibi esse naturalis dissolutio. igitur nõ potuit naturaliter moꝛi ante peccatũ ¶ Solutio. Dicimus q̃ re vera nõ potuit moꝛi ante pctm̃ si hec determinatio ante pctm̃ determinet infinitiuũ. Qđ igitur dicit q̃ habebat cozpus aiale vez est: ꝛ verum est q̃ nisi comederet mozeret: qz si nichil comederet peccaret. Sic em̃ quodãmodo manũ inicezet si nõ comederet de cibis sibi imperatis a deo satisfaciendo appetitui naturali ꝛ moderato. vñ dictuz est ei a dño: de oĩ ligno paradisi comede. Qđ obicit q̃ omẽ cõpositũ natura est dissolubile. si hoc intelligit̃ de natura naturante verũ est. siue de uaturali intelligentia silr vez est. si de natura inferioꝛi falsũ est. sicut celũ empireũ non est dissolubile natura inferioꝛi nec vera essentia secundũ aristotelẽ.

¶ Quarta questio principalis.

QUarto queriṫ de partu eue vtrũ peperisset ante pctm̃: ꝛ de statu matrimonij in primo statu. scz de precepto nature qđ datũ fuit ante ꝓpagationẽ scz crescite et multiplicamini. Utz si eua peperisset i primo statu sine fractõne vel cũ fractione peperisset. Si sine fractione: ergo manẽs virgo peperisset. igit̃ non fuit miraculũ q̃ beata virgo manens virgo peperit. Si cũ fractiõe: igitur eius mẽbza poterant ledi absq̃ omi pctõ. igit̃ eadẽ ratione alia mẽbza. ¶ Solutio. Si verbũ frangẽdi importat violentiã dicim⁹ q̃ sine fractione potuit cognosci. Si autẽ verbũ frangendi importat solã separationẽ concedimus q̃ bene poterant frangi illa mẽbza generatiua in muliere. sed tm̃ a membzo naturali ꝛ deputato ad hoc. sicut adamas potest frangi sanguine hircino tm̃. vñ patet q̃ postq̃ eua esset ꝓtus cognita nõ mansisset virgo: ꝛ qz fracta ꝛ qz ꝓtus cognita neutrũ vero fuit in beata virgine. Adãvero cognoscendo vxozẽ suã naturalẽ decisionẽ a se pateretur in mẽbzis suis. aliaꝛo decisionẽ violentam pati nõ posset. Itẽ si in primo statu adam cognouisset vxozẽ suã delectatus fuisset in ea. ℙon em̃ esset sine delectatione opus matrimoniale. cũ em̃ nõ haberent mẽbza stupida delectãdo in vxoze amoze ihereret ei ꝓpter se: ergo frueret ea. ergo peccaret: qz nõ est fruendũ nisi summo bono. ¶ Solutio. Dicim⁹ q̃ ibi esset delectatio naturalis. Sz talis delectatio nõ est fruitio sed illa tm̃ que est ex amozevolũtario et q̃ est volũtaria: ꝛ ideo nõ est meritoꝛia neq̃ demeritoꝛia. nec est adiũcta actui volũtario inq̃tũ est volũtarius. Notandũ aũt q̃ q̃tum ad primũ statũ nõ haberet locũ ista distinctio qua distinguit̃ fruct⁹ cẽtesim⁹. lx. xxx. qz tũc erat matrimoniũ ad officiũ ꝛ in ꝑcepto non in remediũ. ℙost pctm̃ vero fuit in officiũ et remediũ. ꝛ maxime in statu patriarchaꝛ qñ rarus erat ppls dei. Unde ꝺz q̃ celibat⁹ iohãnis nõ preferẽ cõiugio abzahe. modo vero matrimoniũ magis est ad remediũ. nec est in precepto: sed potiꝰ in ꝓmissione. qm̃ modo populus dei augmẽtatus est ꝑ totũ mundũ ꝛ innumerabiles nuptievbiq̃ modo generãt filios dei ad sufficientiam.

¶ Quinta questio huius capituli.

HIc q̃nto breuiter q̃rit̃ quasi de translatõe hois in paradisũ si nõ peccasset. Unde q̃rit btus aug. si null⁹ vnq̃ peccasset ꝛ ita hoies nũq̃ mozerent quõ deus trãstulisset eos in paradisũ. ꝛ nõ determinat. Sz ꝓbabile est q̃ post cõpetentẽ mozã fm q̃ hõ maiozẽ vel minozẽ haberet strẽnuitatẽ ad merendum: citius vel tardius transferrentur.

¶ Tertium capitulum in quo queruntur quattuoꝛ.

QUatuoꝛ preceptũ discibile quattuoꝛ sũt ꝓsiderãda primo quare dicat̃ preceptũ disciplinę ꝛ q̃d fuerit pctm̃ primoꝛ parentũ. scõ vtrũ adã illo pctõ peccauerit quo voluit esse sicut deꝰ: an tm̃ voluit hoc mulier. tertio de q̃titate ipi⁹ pcti. quarto vtz adã in primo statu potuit peccare venialiter. Ad pmũ igit̃ dicim⁹ q̃ illud pceptũ sic dictũ est. s. ꝑceptũ disciplie: qz illo expti sũt hoies q̃d iter sit bonũ obediẽtie ꝛ malũ inobediẽtie. Uñ arboꝛ illa in qua oẽs ꝑuaricati sunt dicta ẽ arboꝛ sciẽtie boni ꝛ mali: ꝛ hoc ab euẽtu circa nos cõtingente. voluit ꝙ dñs primos parẽtes ꝓhiberi a re indifferẽti ne si eos a re mala ꝓhibuisset caluz suũ illius rei malicie iputarẽt: ꝛ ideo etiã vt ꝓbaret̃ eoꝛ obedientia per quã ꝓpria volũtas mactaṫ. vt dicit glo. vñ salomon vir obediens loquitur victoꝛias. Hosa. Queriṫ aũt qđ fuerit primũ peccatũ hois. Et dicẽdũ q̃ mendes. vt dicunt sancti q̃ illud fuit superbia qua voluit esse primũ pctz sicut deus. Sed quidam volunt pzobare q̃ illud fuit superbia.

nõ fuit spoliatus oĩbus gratuitis.

Quidvidit adã raptus in extasi.

Ꝺ hoc aī. Augustin⁹

Solutio.

ꝙreuelcebãtur diuersis lignis.

Sacramtũ Salomon

Ad primũ.

Ad scdm.

Aī q̃ sic.

Scdo aī.

In oppm

Secundo.

Solutio.

Argumt.

Solutio.

Iteruz aī.

Solutio.

In statu innocentie nõ fuissent diuersi stat⁹.

Matrimonium non est in ꝑcepto

Aſſ q fuit i fidelitas.

infidelitas. alij q omissio. alij q dubitatio. Q̄ fuit infidelitas sic p̄obāt. Bonū apphensum mouet. nisi eni cadat in estiationē vt bonū non mouet appetitū. sicut patet per ꝓtrariū. quis enim non fugit lupū: nisi estimet sibi nociuū. ꝯ anteq̄ mulier appetijt eē sicut deus: estimauit q posset eē sicut deus. sed talis estimatio īfidelitas est. ꝯ primum eius pctm infidelitas fuit.

Aſſ q fuit omissio.

Alij volunt ꝓbare q illud primū peccatum fuit omissio sic. Si tpa contulisset apd se q creatura pura non potest equari creatori cōstat q non appetisset: ꝯ nec peccasset. et tenebatur nō peccare: igitur tenebat cōferre ꝛ non contulit. igit omisit. ꝯ primū pctm fuit omissio.

Opinio doctoris.

Ad primū dicim⁹ q primū pctm fuit infidelitas sicut ꝓbatū est: sed illud idē pctm fuit superbia intellectus. Et supbia hic large sumit fm q ipsa cōis est ad quattuor spēs timoris q̄ notātur in hoc versu:

Quō capit hic supbia.

Ex se pro meritis falso plus oībus inflat. Et nō dicit hic supbia amor ꝓprie excellētie. sic ei stricte sumit. Ad patet q non valet hec argumētatio. primū pctm fuit infidelitas: nō ergo supbia.

Aliter pt dici

Aliter tn posset solui vt diceret q primū pctm fuit supbia ꝛ nō infidelitas. ꝛ tūc diceret q mulier estimauit hoc eē bonū scz esse sicut deus: ꝛ nō estimauit sibi eē bonum.

Ad aliud.

Ad hoc qd dicit q primum pctm fuit omissio. dicimus q ad q̄dā tenemur per se: vt ad opa virtutum ꝛ ad ea q̄ sunt in p̄cepto. ad q̄dā aūt per accidēs. Vbi gra. Monachus tenet pulsare campanam tali hora. ad pulsandū p se tenet: ꝛ in hoc omittit si ꝓtēpnit facere. per accidens aūt tenet ad antecedētia hūc actum. vt ad trahēdum cordam: ad surgendū: ꝛ hmōi. ꝛ circa hec nō est pctm omissionis si non fiat. Ad patet q nō valet hoc argumentū. Tenebat cōferre ꝛ non cōtulit. ꝯ omisit. quia ad hoc scz ad cōferre nō tenebat per se sed p accidēs.

Obligamur ad aliquid dupl'r.

Alia aūt rōne nō valet fm nr̄az opinionē. qz dicimus q omissio nō cōsistit in pura negatiōe sed in contēptu faciēdi qd faciendū est. fm q dicimus q oīe peccatū voluntariū est.

Dubiū qd voluit lucifer.

Jtem dictum est q pctm luciferi fuit supbia qua voluit eē sibi deo similitudine equiparātie.

Anselm⁹.

Dicit tn anselmus cantuarien. q nō voluit eē similis similitudine equiparātie: sed similitudine virtutū. i. noluit ei eē similis in virtutibus qd bonū est proculdubio. vñ dicit q bonum male voluit. credidit enim q ex seipo virtutes habere posset. Nos aūt non sequimur eum in hoc: nec etiā in hoc habet aliquē sequacem.

Opio hieronimi.

Dicit eni hiero. q voluit eē sibi deo similitudie equiparātie: ꝛ adhuc in se ꝛ in mēbris suis quotidie presumit sibi idē arrogare. vñ primū eius pctm fuit supbia. similiter ꝛ hoc primū pctm fuit supbia.

Alia q̄stio incidens.

Jtem queritur si pctm precesserit in eua dubitatiōis. qd videtur. quia q̄siuit ab ea diabolus. quare ꝓhibuit deus vobis ne cōederetis de ligno sciētie boni ꝛ mali? Respōdit. ne forte moriamur. ꝯ videt q dubitauerit tūc.

Aſſ q eua dubitauit.

Solutio.

Solutio. dicimus q dubitatio nō fuit primū pctm eius: sz supbia vt dictum est. Ad dicimus q li forte nō est aduerbiū dubitādi sed euētus. Et q nō peccauerit pctō dubitationis patet ex eo q scti dicunt q pctm primi hoīs fuit remediabile et non angeli. qz hō peccauit altero suggerēte: angelus nō. ꝯ si dubitatio est eius primū pctm: esset ex suggestione precedēte. sed illa questio diaboli scilz quare prohibuit dns vobis. ꝛc. non fuit suggestio sed tētatio sola. ergo peccatū dubitatiōis non fuit primum in hoīe.

qd significat ibi forte

¶ Scda questio principalis huius capituli.

Jrca scdm queritur. vtrum adam voluit esse sicut deus. Od nō videt. quia dicit aplus. Vir non est seductus: sz mulier. Jtem ōt aug. q adam peccauit sicut salomon qui adorauit idola: nichil tñ numinis credebat i eis: sz hoc fecit ne ꝓtristaret suas delicias. id ē suas cōcubinas. Jta adam comedit pomū. nō qz crediderit q eēt vel eē posset sicut deus: sed ne cōtristaret vxorē. Jtem ad idē dicit aug. Non est credēdū q adam spūali mēte preditus voluit esse sicut deus. ergo nō voluit eē sicut deus: nec credidit q eē posset sicut deus. Sed ꝓtra sup illud ps. que non rapui tūc exsoluebā. dicit glosa. Adam ꝛ eua voluerūt rapere diuinitatē: ꝛ amiserūt felicitatē. ꝯ eodem pctō peccauerūt adam ꝛ eua. sed pctm eue fuit q voluit eē sicut deus. Jtem sup illō ad hebr. Non rapinā arbitratus est se esse equalē deo. dicit glō. Christus equalis deo nō est arbitratus hoc esse rapinā: sicut primus homo hoc arbitratus est q posset eē equalis deo p rapinā. ergo adā voluit eē equalis deo.

Aſſ q non. Scdo per augustinū.

Tertio per augustinū.

Jn oppm

Scdo ꝓglosā ad hebr.

Solutio. Dicimus q adam in vitate nonvoluit eē sicut deus. sicut dicūt aplus ꝛ aug.

Ad primū.

Ad auctoritates q̄ vident q voluit esse sicut deus. dicimus q qz caput mulieris est vir: tenet eam regere ꝛ docere ꝛ arguere si errat: ꝛ si nō redarguit peccat qz cōsentit. Hec est eni vna spēs cōsensus cum nō redarguit homo cum possit ꝛ debeat. Dicit igit q adam voluit eē sicut deus: quia volentē vxorē nō repressit vel redarguit. His habitis opponitur de illo vbo aug. qd supradictū est q nō est credendū q vir spiritali mēte ꝓditus voluit eē sicut deus. Numqd lucifer magis erat spiritali mēte preditus q̄ adam? Si non. ergo adam proportiōalis erat lucifero: igit pctm eius peccato luciferi non in infinitū maius. ꝯ si vnū remediabile ꝛ reliquū.

Aſſ primo ꝓ dictū aug.

Jtē adhuc videt q pctm luciferi fuit remediabile p hoc qd habet in euāgelio vbi dicitur q equabimur āgelis dei. sed hoc erit fm pfectionē intellectus. igitur pfectio hoīs ē ꝓportionalis pfectioni angeli. igitur pfectū pfecto. igit totū toti. igitur pctm vnius: pctō alterius. igitur si vnum est remediabile ꝛ reliquū.

Aſſ q pctm angeli fuit remediabile.

Solutio. Ad primū dicūt quidā q adam fuit in triplici statu. primo in statu innocentie. secūdo in statu gratie. s. postq̄ dns dedit ei precepta scilz preceptū discipline ꝛ alia. tertio fuit in statu culpe post peccatū.

Lucifer fuit in duplici statu.

Lucifer autē non fuit nisi in duplici statu: scz in statu nature et culpe. Dicūt ergo q illud vbū aug. Nō est credendū. ꝛc. intelligitur de adam fm q fuit in statu gre: qui status satis melior est q̄ status nature in quo angelus fuit. Nō est ergo mirū si dicat aug. q nō est credendū de adam qui erat in statu gre q nō voluit esse sicut deus: licet dicatur ꝛ credat de lucifero qui erat i statu nature q voluit eē sicut deus. Sz ista solutio nō euadit obiectiōes fctās propter qd dicimus q mirū fuit q lucifer voluit esse sicut deus. vñ admiratur Jsaias dicēs. Quō cecidisti lucifer. ꝛc. De hoie silr fuit mirū q voluit esse sicut deus. Sic igr intelligimus vbū aug. Nō est credēdū q vir. ꝛc. cū sacra scriptura hoc nō asserat: imo ꝛriū. de lucifero tn credēdū est: qz asserit sacra scriptura q voluit esse sicut deus.

Ad hanc solutionē aſſ.

Exponit dictū augu.

Ad aliud dicendū q sicut dicit dionysi⁹. Malū angeli est ꝓtra intellectum deiformē eē. malū hoīs ꝓtra rōem eē. malū corpis ꝓtra naturā esse. Angelus vo hēbat itellectū deiformē abstractū ab oīi nubilo fantasie carnalis. vnde ꝛ in instāti poterat eligere quid bonū/quid malū: sine oīi rōcinatione siue argumēto. homo aūt plenus erat fantasijs

Ad aliud

Autoas Anselmi subscripta.

Item angeli peccat ex ignorantia non culpabili

carnalibus quo ad intellectū. Vñ dñs ob hoc de ipso dicit in geñ. Non ꝓmanebit spūs meus. i. indignatio mea in hoīe. qz caro est. vnde opz q habeat tps: et q vtaꝫ argumento ad eligendū quid bonū quid malū.

Hō nō erat ꝓportionalis āgelo.

Imꝓportiōalis ꝙ erat hō angelo. nō quo ad bonitatis pfectionē: sed quo ad eligētie virtutē. qō patet quia angelus nil hēbat carnalis fantasie: homo autē aliqd carnalis fantasie hēbat. Item oportebat q hō hēret tps ad eligendū: angelus aūt in instāti poterat eligere. Sz ista sunt ipropoꝛtiōalia: aliqd/nichil/tps instans. Patet ꝙ quare pctm̄ angeli fuit irremediabile: pctm̄ vero hois fuit remediabile. Damas. tñ ծt q ideo pctm̄ diaboli est irremediabile: qz non habet carnē in qua posset agere penitētiā. Ex p̄dictis patet q hec argumētatio nō valet. virtutes hois et angeli sunt proporꝛtiōales: igitur ꝛ pctā. nam in pctō angeli est circūstantia in infinitū aggrauās: sic aūt non est in pctō hois. Et excusat hoīem a tanto etsi non a toto: minor facultas iudicādi siue minor pspicacitas mior q facultas merendi. Angelus autē inexcusabilis est ꝓpter pleniorē facultatē ꝛ discernēdi ꝛ merēdi: cum hēat deiformē intellectū. Sed cum malū sit ex infinitis causis sicut ծt dionysi⁹. videt q quedā ignorātia scilz actualis incōsideratio fuerit in angelo. non enim cōsiderauit nec cōtulit qñ debuit. ꝛ illa incōsideratio videt debere excusare pctm̄ eius. Ad qō dicimus q non. qz illa nō fuit nisi priuatio ꝛ defectus quidā. Si obiciaꝫ vltra q ipa fuit vituperabilis ꝛ ita pena. igit pena precessit pctm̄. Dicendū q neq; laudabilis neq; vituperabilis fuit: cum fuerit simplex negatio. ideo non fuit vituperabilis ad minus q̄tum in se est.

Mō dilīget

Dionysius Arguitur.

Solutio.

Iterum aī Solutio.

¶ Questio incidens. vtrum virtutes hois ꝛ angeli sint eiusdem speciei.

Aī q non.

ITem dictū est q eedem fm spēm sunt virtutes in angelo ꝛ in hoīe. Et ex hoc sequit q idem est fm spēm intellectus āgeli cum intellectu hois. nam quoꝛ pfectiones sunt eedem: ꝛ ipsa sunt eadē. vñ cum eedē sint fm spēm pfectiones intellectus hois ꝛ āgeli scz scientie ꝛ virtutes: ꝛ ipsi sunt idē fm spēm. Item eadē est scientia hois ꝛ āgeli: qz idem scitū vel scibile. igitur idē scire: ꝙ idem intelligere. nam idē est opus potētie naturalis ꝛ scientie dirigētis illā potentiā. qz qō natura difficile opaꝫ: hoc sciavel ars facile. Opus enim scientie est facilis vsus potētie. sicut dicit aug. in lib. de li. ar. q opus virtutis est bonus vsus potētie. Si igit idē est intelligere in angelo ꝛ in hoīe: igitur idē intellectus. fm spēm loquoꝛ. Et in ista rōcinatōe supponit qz ratio in hoīe ꝛ intellectus essentialit nō differūt. Item qz idem dilectū: ideo eadē dilectio. qz idem visum eadē visio. igitur cum ita sit in hoīe ꝛ in angelo: qz idem scitū ꝛ dilectū ꝛ eadē erit scia ꝛ dilectio: ꝛ ita eedem perfectiones. ꝛ inde vt prius. Et ego loquoꝛ de pfectiōibus quibus nate sunt pfici intelligibilia angelica ꝛ aīa rōnalis. et quia irrefragabiles vident nobis hmōi rōes: ideo cōcedimus eūdē specie intellectū angeli ꝛ hois. Et hinc pōt sumi argumētū ad destruendū istam opinionē q aīa est sua potētia. nam si anima est suus intellectus: et angelus suus. et intellectus anime ꝛ angeli idem sunt fm speciē sicut probauimus: et angelus ꝛ aīa idem sūt fm speciem: quo nichil est absurdius.

Secundo.

Augustin⁹

Tertio

Intellect⁹ āgeli ꝛ hois sūt eiusdez speciei.

¶ Alia questio incidens.

QUerit autē posimodū penes quid habeāt sumi differētie essentiales angeli ꝛ anime rōnalis. et que sint huiusmōi differētie. Et sunt qui dicūt q suis pfectibilibus scz aptitudinibus assequēdi pfectiones debitas diūsificant. nam in aīa per āminicula sensuū acquirit spēs intelligibiliū. angelus ծo a prima luce habet. et ita aīa quasi a deorsum mendicat p organa sensuū. angelus a sursum recipit. vel etiā ipe species intelligibilium naturaliter impresse sunt in itellectu angeli: sed depingunt in intellectu anime. vñ dicit q angelus est intelligentia plena formis. et dicit etiā q angelus est substātia intelligibilis illuīatiōis que est a primo prima relatiōe pceptiua. anima ծo scda relatione est earūdem pceptiua. Sed cōtra istos obicit. querat enī ab eis an ipsi intelligunt de materialibus aptitudinibus q̄ sunt susceptibilitates similitudinū. sed constat q per hmōi possibilitates suscipiēdi non diuersificantur. an intelligant hoc de aptitudinibus actiuis q̄ sunt siliter eedem invtrisq;. nam in aīma est hmōi aptitudo actiua sicut dicit dama. fm quam ipa iudicat ꝛ discernit: cōsiliat: eligit: vult: imperat: agit. sed hec eadē sunt ꝛ in angelo: et ita penes assignatas aptitudines non videtur eoꝝ substātiales differentie posse sumi. redit ꝙ questio penes q̄d. Et sunt alij qui dicūt q angelus substātialiter differt ab aīa eo q ipe per se est stās corpis vnione vel admixtiōe non egēs quēadmodū aīa. et hoc non videt vez esse. Nam qō dico p se stās in priuatiōe sonat. qō patet si resoluas. sz negatio siue priuatio cum nichil sit: quō dabit alij eē aut diuersitatē fm esse. qō est proprū substātialis differētie. Item nō est possibile eoꝝ differētias posse assignari fm reflexionē ad primū p̄ncipiū ꝛ supremū finem: cuius assecutiōe pficiunt et beatificant. in quo etiam mō suo vnient cum ponēt illud sibi caput vnū ꝛ seruiēt ei hūero vno in chorovno ex angelis ꝛ hoībus cōstituto. cuius figura et typus ꝓcessit in cōsummatione arche in cubito vno. ergo fm q ad seinuicē cōparant: opz diuersitatē oriri. Videtur aūt q penes diuersos modos interꝑtandi aut exprimēdi inclinationes suas differāt. quia ծt dama. q angelus ē substātia intelligibilis deo mīstrās. Et apls q oēs sunt admiuistratoꝛes spūs. Et daniel q milia miliū ministrabāt ei. ꝛc. Et dama. ծt q āgeli tradūt suas intelligētias siue illumiatiōes alijs inferioꝛibus: ꝛ etiam aīabus sermone intelligibili intelligibiliter fōato. et hoc videt esse substātiale angelis. ꝛ sic superioꝛes angeli p talē ostensionē loquūtur inferioꝛibus. Sed q̄rit. Aut hoc habēt a speculo. qō si sic. soli boni haberēt hoc ꝛ non mali: cum illi soli illuminent ab ipo. Sz hoc falsuz: imo mali hñt. sicut ծz ī isaia. Dixerūt anime tue. ꝛc. angeli mali supple. Si autē hoc habēt a natura propria. querit de illo mō loquēdi siue tradendi. Aut enī fit per ostēsionē ipsius eēntie rei. s. q ipsa actualis itelligētia aut volūtas angeli eoipso q est ostēdit se inferioꝛibus. ꝛ sic supioꝛes angeli p talē ostensionē loquūtur inferioꝛibus. Sz hoc nō potest esse. quia tunc oēs eque cognoscerent: eque traderēt illumiatiōes suas sibīnuicē inferioꝛes supioꝛibus vt ecōuerso. nam si eas reciperēt inferioꝛes a supioꝛib⁹: seqꝛet q supioꝛes reciperēt eas ab inferioꝛibus. Cū enī idem sit modus intelligendi: opz q si intellectus inferioꝛ sit per susceptionē formaꝝ exemplariū. qō si posuerit alicꝭ: habet idem incōuenīēs q prius. Aut hoc erit fm diūsitates linguaꝝ de quibus loqꝛ apls. Paulus.

Opinio ali quoꝝum

Aīa ꝛ āgelus dīter cognoscit.

Cōtra hāc opionē aī.

Damasce⁹.

alioꝝ opio

ꝓ hanc aī.

Secundo

Figura i cōsummatiōe arche.

Alia opio. Damasce⁹. Apostolus Daniel.

Quō āgeli loquunt ad inuicem. q̄o incidēs.

Aī q non. Isayas

Si linguis hoim loquar(inquit)et angelor.Q; aũt debeat sic esse videt p supradictã auctoritatẽ dama. qui dicit q tradũt angeli alijs angelis ꝛ aiabus sctis illuiatiões suas sermõe intelligibili.non sono vocis formato.aie vero sermõe sensibili sensibiliter forato suas illuiatiões cõicant.Et hoc cõcedim9 q scz penes hmõi modos formãdi sermões suos aut penes idiomata sua.i. penes ptãtes a qb9 sunt hmõi linguagia actualia ꝛ actuales forationes siue traditiões differũt substãtialr.Sz obiciet aliqs q ot greg.Qor ãgelor est in laude creatoris ãmiratio intime cõtẽplatiõis. Et idẽ.In aures incircũscripti spũs voces imprimus:cum in tpm p desiderũ tendim9.Ex his auctoritatibus colligit q desiderio loquunt angeli deo.sz sllter ꝛ aie.quia ot greg.in principio moraliũ q aie ꝛ etiã angeli loquũtur deo intimis affectiõibus cordium.et ita in loqla ꝛ in modo loquendi non vident differentie sumi. Ad hoc rñdendũ q si sit eis modus loquẽdi cõis prout cum deo loquũtur:tñ fm q inter se loquũtur differẽtes habẽt loqlas.ꝛ sic intelligẽdũ quod diximus.Sz hoc dicto oritur questio.An.ꝛc.

Opinio doctoris.

Ꝑ hoc arr p gregorium

Solutio.

¶Alia qstio q nõ est de quattuor principalibus huius capituli.

Augu. ponit triplex bonum. in bono accidētali. quia vt dr aug. quedā sunt maxia bona: vt xp̄tutes quibus male vti non possumus. q̄dā media quibus ⁊ bñ ⁊ male: vt bona naturalia. quedā

Exemplū. mīma. Sicut ḡ patet q̄ vermis corrūpit illud in quo nascit q̄ uis illud sit magis resistēs ⁊ minus penetrabile q̄ illud in quo non nascitur: q̄d tñ corrūpere non

Ad aliud. potest. sic pctm̄ veniale potest corrūpere bonū naturale: non tñ bonū accidētale. Ad hoc aūt q̄d obicit q̄ in vno pctō sūt due corruptiões: ⁊ ita duo pcta. rñdemus q̄ vna ē ibi p alterā ⁊ ppter alterā. vbi aūt vnū

In quo ꝑsistit pctm̄. ppt alterū: vtrobiq̄ tñ vnū. Q̄d ptz. q̄ penes li. ar. resident auctoritas mouendi mēbra. vñ cōsensus eius in illicitū pficit pctm̄. vnde ⁊ ibi ē vna malicia pfecta

Ad vltimū ⁊ quo ad imputationē vnica inūgitur penitētia. Ad hoc aūt quod vltimo cōcludebat q̄ eadē est potētia corrupta ⁊ incorrupta ibi. dicimus q̄ verū est ⁊ bene possibile est hoc. q̄ ē incorrupta q̄tū ad viā supiorē: corrupta aūt q̄tū ad viam sensualitatis. Sic iudeus odio habet christū inq̄tū christus ē: diligit tñ inq̄tū

Nō exēplū deus est. q̄ d̄ū diligit q̄cq̄d potest diligere. Et sicut tu diligis istum ⁊ odis. diligis quia bñficus est: odis q̄ interfecit patrē tuū: si ītras p̄ris tui interfectorē.

ꝑ hāc solutionem aī. Ex hoc pz q̄ malū est corruptio naturaliū. Sz videt hoc esse falsuz. q̄ sicut dicūt phisici Coitus moderatus acuit intellectū. quod patet et p hoc q̄ est via ad intellectū. ḡ remoto impedimento a sensu: remouet ⁊ ab intellectu. et cum remouent superflui humores remouet impedimentū sensus: ḡ ⁊ intellectus impe-

Solutio. dimentū. Solutio. Ad hoc dicim⁹ q̄ duplex ē intellectus: sicut inuit aug. sup illō ps. Mane astabo tibi ⁊ videbo. dr glō. videbo itellectu adherēte. Duplex est ergo intellectus. scilz adherēs ⁊ non adherēs: vel realis ⁊ noīalis. quod idem est. Adherēs siue realis intellectus est qui trāsit a vero in bonū. Intellectus nō adherēs siue noīalis est qui sistit in vero. Intellectus ḡ noīalis bene acuit per coitū siue fornicationē. Realis aūt nequaq̄. imo a timore. Realis intellect⁹ est in bonis ⁊ ꝑtēplatiuis. Noīalis aūt i malis mḡris sacre scripture. sicut fuit in Balaā. de quo dr Homo cui⁹ obturatus est oculus. s. realis. ⁊ videt tñ visiōes dei visiōe noīali. Intellect⁹ realis ꝑfundit in sensum ⁊ delectationē. Noīalis aūt nō in sensum vel in delectationē ꝑfundit: q̄ delectationē habet in tpalibus: ⁊ ita delectari in summo bono nō potest: eo q̄ impeditur per aliam delectationē. Intellectus realis ē in fide. sm q̄ dicit aug. Credere est beatitudo. et trāsit in affectum ⁊ intellectus donum.

Duplex intellectus.
Intellect⁹ adherēs
Intellect⁹ noīalis.
In balaam
Augustin⁹

Tractatus decimusseptimus.

Prima q̄o hr tractat⁹.

Circa quartā questionē de malo. q̄rit primo An aliq̄d pctm̄ sit maius alio in gñe. Q̄d nō videt: quia nullū pctm̄ in gñe est aliquantū deteriate. sicut homo inq̄tū hō nō est alicuius quātitatis deteriate. igitur ex quo nullū malum est aliquātū in gñe: nullū malū est alio maius in gñe. Cōtra. Q̄is malicia q̄ est in fornicatione est in adulterio ⁊ alia ꝑterillā. ergo adulteriū sm se ⁊ in gñe suo maius pctm̄ est q̄ fornicatio. Solutio. Si sic intelligatur in gñe: hoc est sm gñalitatē siue vniuersalitatē. i. gñaliter ⁊ vniūsaliter maius peccatum est q̄ fornicatio adulteriū. falsa est intelligētia. quia nec sic nec ecōuerso. Nam neq̄ ois fornicatio est maius q̄ oñe adulteriū. nec ecōuerso. imo se habent vt excedētia ⁊ excessa. q̄ aliqua fornicatio talibus pōt circunstātijs vestiri q̄ maius pctm̄ est q̄ adulteriū. et ecōuerso potest esse q̄ aliq̄d adulteriū sit maius fornicatiōe. Si aūt sic itelligat in gñe id ē sm naturā gñis. i. sm ꝑpriā naturā ⁊ dr̄iaz specificam statuentē ipm in gñe suo: maius ē adulteriū q̄ fornicatio: sic ē ver⁹ intellect⁹. Q̄d xo obicit q̄ malū in gñe non est aliquātū p̄cise ⁊ deteriate: igit nullū maius ē alio. non sequit cōcessa prima in vno sensu. ⁊ aperta instātia. Mons inq̄tum mons nō est alicuius quātitatis deteriate ⁊ p̄cise: nec miliū sīliter. ḡ mons in gñe nō est maius q̄ miliū. Maius enī et minus nō determiat quātitatē aliquā ⁊ ꝑcedit acsi deteriaret.

Af q̄ non.
In oppoⁿ
Solutio.
Fornicatio ⁊ adulteriū cōparant.
Adulteriū maiꝰ est fornicatione.
Ad primū.

Secunda questio.

Secundo querit vtrum malicia gñis sit equalis alicui malicie singulari. Videt q̄ nō. q̄ malicia singularis surgit ex gñe ⁊ circūstantijs: ḡ ois malicia singularis maliciā gñis excedit. Sed cōtrariū videt p auctoritatē bti petri dicēt⁹ q̄ magis peccāt xp̄iani redeuntes ad vomitū: q̄ generales fornicatores. Et gñales fornicatores intelligit (vt videt) illos qui non habēt aliquam circunstantiā aggrauātem: sed solam maliciā. quox fornicatio (vt videt) equalis est fornicationi in gñe. Itē aliqua ē fornicatio q̄ per circūstātias diminuitur: aliqua per circūstātias aggrauātes auget. igitur aliqua est in medio: et illā potest aliq⁹ tenere: ⁊ illa est malicia gñis p̄cise. ⁊ inde vt prius. Item potest esse q̄ aliqua fornicatio nullas hēat circunstātias aggrauātes: sed oēs dirimētes. et inde vt prius. Sed q̄ nulla sit equalis malicie gñis patet. q̄

Af q̄ non.
In oppoⁿ q̄ bīz petrū
Secundo.
Tertio.
Iteruz af.

sit aliqua singularis illa pōt diminui p remissionē voluptatis ⁊ circūstātias diminuētes. Ex hoc sequtur q singularis aliqua malitia pōt eē minor q malitia generis. Sz hoc est ipossibile q aliqua malitia singularis adequet malitie gn̄is vel minor sit ea: imo ipa malitia gn̄is minor est minima. Q̄ nō cōcedimus. Ad obiecta dicendū est q gn̄ales fornicatōes vocāt que nullam circūstātiā accidētalē preter naturalē addiderūt

Soluttio.
Ad primuz p oppositū

Ad aliud dicim⁹ q nō dicūtur circūstātie aggrauatiue vel diminutiue habito respectu ad malitiā gn̄is: sz ad malitias singulares. imo aggrauās circūstātia dr respectu diminuēt: ⁊ diminuēs respectu aggrauātis. Ad aliud dicim⁹ q nulla pōt sumi a deo diminuta per circunstantias diminuentes quin ipa sit maior q malitia generis.

Ad aliud

Ad tertiū.

¶ Conclusio sequens ex predictis.

Scda q̄stionis hui⁹ capit. Aff q sic.

EX p̄dictis manifestū est q fornicatio in gn̄e minor est q aliqua singularis fornicatio. Cōsequnt querit vtr in infinitū sit minor: videt q sic. qr q̄tūcūq decrescat siue remittit illa singularis fornicatio qualibet demōstrata adhuc tn̄ est fornicatio i gn̄e minor.

Probatio

Sz ista singularis pōt in infinitū decrescere vel remitti. qd̄ ꝓbat: qr ei⁹ remissio vel decremētū attēdit fm decremētū vel remissionē volūtatis q̄ in infinitū pōt remitti: qr nō est aliqua adeo pua q̄n posset esse i duplo minor ⁊ triplo ⁊ quadruplo: ⁊ sic ascēdēdo. Pōt ei in infinitū ascēdere ad infinita. Si g̃ ista singularis volūtas q̄ est in ista singulari fornicatione potest in infinitū remitti: ⁊ ipa fornicatio silr. ⁊ q̄tūcūq remittat fornicatio in gn̄e est minor ea: g̃ fornicatio in gn̄e ē in infinitū minor. Q̄ si cōcedat ex hoc sequtur q q̄libet circūstātia in infinitū aggrauet pcm̄ ⁊ q̄lz sciētia: ⁊ hoc falsū est apte. qd̄ ꝓbat p hoc q iste demōstrato q̄cūq sciēte magis tenet se abstinere a pcto ex p̄cepto dei q̄ ex sua sciētia. g̃ maior est malitia sua ꝓpt trāsgressionē p̄cepti q̄ ꝓpt sciētiā suā: g̃ circūstātia sciēte non aggrauat pcm̄ ei⁹ in infinitū. silr nec aliqua alia circūstātia. Dicim⁹ igr q re vera sicut supradictū est q sicut vtr est fm oēz opinionē q fornicatio gn̄is minor est q̄ aliqua singularis: sz nō in infinitū. Nō enī in infinitū pōt decrescere vel remitti singularis fornicatio vel ei⁹ volūtas: lz posset in infinitū accedere ad infimā vel ad minimā. qr decremētū vel remissio ꝓprie nō attendit fm accessū ad infimā: sz secm recessum a supremo Albedo enī mediocris lz in infinitū possz accedere ad minimā: qr nō scdz aliquā ꝓportionē q̄n scdz minorē. non tn̄ in infinitū remitti. nec in infinitū minor esse q̄ suprema. Et q ita debeat esse ostēdit p hoc qd̄ dicit aristote. q vnūqd̄q̄ mēsurat optio sui gn̄is. vt oēs equi optio equo: ⁊ oēs hoies optio hoie. Q̄n scdz accessū ad optimū sui gn̄is dr q̄d melius alio: ⁊ secm recessum ab eo dr alter min⁹ bonū. malū aūt nō habeat accessum ad bonū: sz elōgat ab eo dr mag⁹ vel min⁹: qr magis elōgat vel recedit. qr malū est ipa amissio aut corruptio siue diminutio imaginis dei: ⁊ ita elōgatio ab ipo bono. Pz igr q hec argumētatio nō valeret hec fornicatio secm voluntatē suā pōt in infinitū accedere ad infimā: g̃ pōt in infinitū remitti.

Probatio

Nō diligēt aristoteles

q̄re vnū dr magis malum alio.

¶ Tertia questio principalis. Ca. iij.

Aff q non. In oppm

POstmodū q̄rit vtr fornicatio in gn̄e sit aliq̄ta: videt q nō: qr pōt esse cū maiori vel minori intētione q̄d nō pōt esse si esset aliq̄ta. Sz q sic: ꝓbat per hoc q singlar⁹ fornicatio q̄ ꝓstat ex gn̄e ⁊ circūstātijs est aliq̄ta. Mō enī in infinitū argumētat p circūstātias si ergo totū est finitū: igr totū est aliq̄tū q̄d̄ p circūstātias appositū est aliq̄tū est ⁊ finitū. igit resīduū hec ē malitia gn̄is aliq̄tū est ⁊ finitū. hoc etiā aliter ꝓbat. Ponat enī q aliq̄s peccet ita q in ipo non sit aliqua circunstātia loci vel tpis addēs malitie. Sz in hoc cōsistat pctm̄ q̄d̄ est ꝓtra rationē ⁊ in rōnabili volūtario siue in rationali volūtate. ex quo surgit malitia gn̄is videt q ita possit eē: qr pōt esse q circūstātia tpis nō augeat pctm̄ nec circūstātia loci: qr si locus delectabilis auget ⁊ loc⁹ grauis diminuit videt q loc⁹ mediocris nec auget nec diminuit. Et ita hoc pctm̄ habebit malitiā gn̄is tantū: ⁊ ita tantū erit p̄cise q̄tū ⁊ genus et ita cū ipm̄ sit aliq̄tū ⁊ gen⁹ est aliq̄tū. Ex hoc sequt cōtrarū ei⁹ q̄d̄ dictū est supra. q malitia gn̄is minor est qualibet malitia singulari. Preterea si ista fornicatio tāta est p̄cise q̄nta est fornicatio in gn̄e: g̃ secūda fornicatio vel tertia vel q̄rta quā iste cōmittet in hoc instāti equalis erit fornicatōni gn̄is. Sz ꝓbo q imo debet esse minor: qr ista quarta minor est q̄ prima: qr ignorātia siue excecatio diminuit eā ⁊ pria erat equalis fornicationi in gn̄e: igr ista minor est q̄ fornicatio in gn̄e. qd̄ est aperte cōtra p̄dicta. Propt hoc dicēdū q re vera scdm opinionē fornicatio in gn̄e est aliq̄tū malū lz sit cū maiori vel minori intētione. Hoc enī nō ipedit q̄n habeat aliq̄tā malitiā: ⁊ ego loquor de fornicatione in gn̄e. nō scdm q in gn̄e idē est q in vniuersali: sed scdz q in gn̄e dr fornicatio q̄ nō habet aliquā circūstantiā preter essentiā gn̄is. Ad aliud dicendū q nulla fornicatio singular⁹ est equalis fornicatiōi gn̄is vel minor ea: sz oīs maior sicut supra ꝓbatū ē. Q̄n dicēdū q null⁹ pōt cōmittere tantū pcm̄ precise q̄tū est gen⁹ pctī: qr nullus est q̄n habeat aliquā circūstantiā et si nō respectu sui stat⁹: tn̄ respectu alteri⁹ q̄ est vel pōt esse. Nullus enī est qui nō habeat rationē excellētiorē aliquo q̄ est vel qui esse pōt. Sūma hui⁹ solutionis p̄cedētis est q fornicatio in gn̄e est minor qualibz singulari: ⁊ q ipa est in qualibet singulari et in qualz augmētat per circūstantiā tpis vel psone vel scientie vel ordinis vel etiā p circūstantiā que est intēsio naturalis spēi. s. habitudinis naturalis: ⁊ scdz hāc solutionē nō dr circūstātia augēs vel diminuēs nisi respectu alteri⁹ circūstantie augētis vel diminuētis ⁊ nō respectu gn̄is: qr scdz hanc solutionē malitia gn̄is minima est. Aliter posset dici ⁊ bn̄ q malitia gn̄is est equalis alicui malitie singulari. vt si esset creatus aliq̄s in mtnimis naturalib⁹ ⁊ nō haberet aliquā p̄rogatiuā respectu alteri⁹ nec haberet aliquā accidētalē circūstantiā naturalibus supadditā si peccaret talis solo gn̄e peccaret. Dico autē illū in minimis naturalib⁹ creari qui scdm nature sue capacitatē ⁊ largitatē dr nō esse susceptiuus minor⁹ naturalū. Sz opponit cōtra istā solutionē qd̄ prius opponebatur. s. esto q aliquis sit in cōsimili statu ⁊ peccet scdo vel tertio q iste minus peccat solo gn̄e pctī: igr malitia gn̄is est minor i isto q̄ in p̄cedēti. g̃ precedēs pctm̄ nō erit equale malitie gn̄is. Et dicēdū est ad hoc scdz istā solutionē q i pctō hui⁹ hois est malitia gn̄is. Sz nō gn̄is pleni ⁊ integri sz min⁹ pleni. sicut dr q hō curtatus pedib⁹ hō est ⁊ si non plenus hō aut integer. ⁊ sicut dicit btūs bernar. q homines mali non sunt: quia non pleni homines. Secundū autem illā solutionem dicitur circunstātia magis augens vel diminuens respectu generis nō respectu alterius circunstātie minoris vel maioris.

Secūdo

Tertio.

Solutō p̄z ad primuz.

Ad aliud

Aff p̄t dici

q̄s minim⁹ in nāt̄alib⁹

Aff ꝑ hanc solutionē.

Solutio.

Bernard⁹.

nota ista diligenter qr dubia sunt

¶ Quarta questio principalis. Ca.iiij.

Arca quartū capitulū q̄rit vtrū fornicatio in genere sit magis malū q̄ supbia vel ecōuerso. Videtur q supbia sit magis malū. qz dicit grego. q spiritualia pctā minoris infamie: sz maioris culpe. igr superbia est maioris culpe q̄ fornicatio: et ita est magis malū. Itē maxima supbia est magis malū q̄ maxima luxuria. igr per doctrinā aristotelis supbia est simpliciter magis malū q̄ fornicatio simplr. Itē per superbiā peccat hō ꝓprie z primo z imediate in deū. sicut dicit eccl. Initiū supbie hois est apostatare a deo. per fornicationē aūt peccat hō in suum corpus. sicut dicit apls. Qui fornicat in corpus suū peccat. Sed magis malū ē simplr peccare in deū q̄ i creaturā: igr supbia simplr est magis malū q̄ fornicatio simplr siue in gñe Sed cōtra. Fornicatio in gñe est mortale pctm: quia ois fornicatio est mortale pctm: z supbia in gñe nō est mortale peccatū: qz aliqua superbia est venialis vt in anis glia est venialis. Sed oē peccatū mortale magis malū est q̄ illud qd nō est mortale: g̃ fornicatio in genere est magis malū q̄ supbia in gñe. Itē supbia i genere est venialis peccatū. qd ꝓbatur per hoc q supbia in se cōsiderata sine aliqua circūstantia aduentē extrinsecus semp est veniale. Omnis enī totū est in induis: igr cū aliqd indituiduū sit veniale pctm ꝓpter gen̄ nō erit nisi veniale illud indituiduū. igr z ipm genus cū sit pctm erit pctm veniale. Sz fornicatio in genere est peccatū mortale: igr fornitatio in gñe est magis pctm sive mai⁹ malū q̄ supbia in gñe. Itē supbia est pctm: g̃ mortale vel veniale. nō mortale: igr venia le: z indevt pr⁹. Solutio. Aliqd dr mai⁹ in gñe trib⁹ modis. Prīo vt dicā mai⁹ malū alio in gñe. i. fm natura ipi⁹ gñis sive gñaliter qd idē est. Et fm hoc fornicatio in gñe nō est maius malū q̄ supbia in gñe vel cōuerso. imo scdm hoc sūt excedētia z excessa: qz fm significationē hāc ad hoc q aliqd sit mai⁹ malū alio: oportet q quodlibet ꝓtentū sub illo gñe sit mai⁹ malū quolibet cōtento sub alio gñe. Vñ scdm hoc hec ē falsa Adulteriū in gñe est magis malum q̄ fornicatio simplr in gñe. Scdo dr aliqd magis malū alio in genere. i. in sua natura cōsideratum nō habito respectu ad aliquas circūstātias: z fm hoc accipit superbia large ad supbiā veniale z mortale. Si aūt acciperet stricte ꝓ supbia mortali: tunc verū esset q fornicatio est minus peccatū q̄ supbia. z supbia mai⁹. Scdm autē significationē ei⁹ qd est in gñe: et fm q supbia sumit large ꝓ venali z mortali cōcedim⁹ q fornicari est maius malū in gñe q̄ supbia in gñe: qz velle excellentiā suā hoc ipm cōsideratū scdm se in gñe veniale est. z iō abstractis oibus circūstātijs pz q fornicari est maius malū in gñe q̄ supbire. Tertio dr aliqd maius malū alio in gñe. i. scdm posse gñis qd est potens in magis malū indituiduū scdz naturā suā q̄ aliud scdm q probat aristoteles q equus simplr melior est asino. quia optim⁹ equus est melior optimo asino scz vere posse equi. Sic enī intelligit aristo. Alioqn nulla esset probatio: qz cōtingente q oēs equi essent mali. optimus asinus esset melior quolibet equo: et hoc sensu supbia in gñe est maius malū q̄ fornicatio in gñe: qz natura hui⁹ gñis pōt in mai⁹ indituiduū: qz maxima supbia est mai⁹ malū q̄ maxia fornicatio. Per hanc distinctionē pz solutio ad obiecta. qz vtraq; istaruz est vera. Fornicatio in genere est mai⁹ malū q̄ supbia in genere: z supbia in gñe est maius malū q̄ fornicatio in genere. Q̄ aūt dicit greg. intelligendū est de peccatis mortalib⁹. Eodē modo ad illud eccl. Initiū superbie ꝛc. Verū enī est q superbia mortalis in genere mai⁹ malū est q̄ fornicatio in gñe: non tantū tertio modo sed scdo. qz supbia magis ꝓtra deū est q̄ fornicatio. Supbia enim potentiā dei z dignitatē sibi arrogat dū auctoritate sua dñari vult rationalis aia q̄s soltus dei est. vt dicit aug. in sexto libro musice. Primo aūt mō cōstat q neutrū mai⁹ malū alio. Ad alias obiectiones in cōtrariū factas respōdeo q cōclusio vera est in tertia significatiōe. Si autē quer⁊ vtr⁊ superbia in genere sit veniale vel mortale. dicendum est q veniale.

Ad grego.
Ad illud ecclesiastici
Augustin⁹
Ad alia in cōtrarium.

¶ Tractatus decimusoctauus de mendacio. Capitulum primū.

Arca primū capitulū ꝓbat q mendatiū sit mai⁹ pctm in gñe q̄ homicidiū: z loquor de mēdatio qd est cōtrariū veritati qua hō dz esse veridic⁹ ꝓprio nō de capitali mendatio qd est in īfidelitate: de q̄ post dicetur. Sic g̃ ꝓcede in xpm. mēdatiū mai⁹ malū est q̄ maximū homicidiū. qd ꝓbat: qz magis peccauerit iudei in xpi morte mētiēdo q̄ milites in crucifigēdo. vñ in euangelio. Propterea q̄ me tradidit tibi magis peccauit. Sz interficere xpm maximū homicidiū fuit: q̄to enī dignior est q occidit tāto mai⁹ est homicidiū. maximū ergo cōmiserūt mēdatiū iudei cū dixerūt. reus est mortis. Qd mendatiū maius malū fuit q̄ homicidiū maximū: g̃ mēdatiū in gñe mai⁹ malum est q̄ homicidiū. Cōtra. Homicidiū in gñe ē peccatū mortale: mēdatiū vero nō. qz aliquod mēdatiū venale est. Preterea vtrūq; nocet ꝓprio: sed homicidiū magis nocet: igr est mai⁹ pctm. Ad hoc solum⁹ p iteremptionē h⁹. Mēdatiū est mai⁹ malū q̄ maximū homicidiū q̄ ipi iudei iterfērūt filiū dei. Inkfecerūt aūt iudei tpm xpm auctoritate z nō solo mēdatio: qz ꝑcerūt interficere dicētes crucifige: z magis peccauerit dicēdo crucifige q̄ dicēdo re⁹ ē mortis. Utroq; aūt. s. mēdatio z homicidio suo magis peccauerit iudei q̄ milites crucifigētes eū. Judei enī mētiti sūt ex sola iuidia: qz credidert ipm esse messiā. Milites xo ex ignorātia peccabāt. Sz q̄rit de ꝑdicto mēdatio z de ꝑdicto homicidio iudeor⁊ qd fuit mai⁹. videt q mēdatiū fuit mai⁹ qz fuit pctm spūale. Homicidiū aūt carnale g̃ cū cetera sint paria mai⁹ fuit pctm mēdatij in eis q̄ homicidij. Q̄ ā eēnt paria pz: qz ex eadē iuidia siue libidine mētiti sūt z inkfecerit z ꝓtra eādē pſonā vtroq; pctō peccauerit. Preterea cū pctm dicat mai⁹ aliquadruplr q̄rit quo illor⁊ modor⁊ homicidiū iudeor⁊ dicat mai⁹. Nō ei pōt dici mai⁹ prio mō: qz ex eque ītēsa volūtate mētiti sūt z inkfecerit. Nec scdo mō vt videt qz nō fuit ibi priuatio melioris ordis. qz in vtroq; fuit puatio ordis quē debuerit hīre iudei ad xpm sibi ꝓmissū. z ita videt q homicidiū nō fuit mai⁹ q̄ eor⁊ mēdatiū. Et ex hoc seq̄t q homicidiū in gñe nō ē mai⁹ pctm q̄ mēdatiū in gñe. Solutio. Sicut dictum est ad euidentiā taliū conclusionū semp recurrēdū est ad virtutes oppositas talib⁹ vicijs z per hoc apparebit ei⁹ malitia cui⁹ sit in pctō cōtrario. Cōstat aūt q homicidiū cōtrariū est caritati: mēdatiū autē veritati. dignior autē z melior est ordo q̄ est in caritate q̄ qui est in tali veritate. nō tm ꝓpt hoc q tā caritas q̄ ei⁹ effect⁹ nūq̄ excidet sed erit in patria in actu z in habitu. sed ordo veritatis qua hō est veridic⁹ in actu nō erit i pria sed etiā ꝓpt hoc q caritas i se dignior ē q̄ talis virtus

Prima q̄o
Ad primo.
In euāgelio.
In oppm
Secundo.
Solutō ad primū.
Pctm iudeorum.
Arguitur.
Probatio
Secundo.
Solutio.
Malitie g̃uitas cogn̄scit ex magnitudie virtutis q̄rie.
Caritas et virtus comparātur.

qz immediate est in bonū ꝓp ter qđ oīa bona facit in caritate cōmunia qđ non cōuenit virtutibus spūalib⁹

Homicidiū ē grauiꝰ mendacio.

Patet igr ꝙ in homicidio est priuatio melioris ordinis ⁊ est priuatio ordinis magis debiti ꝙ in mēdacio Et ita ptz quare homicidiū sit maius malū in gñe ꝙ mendaciū.nō tantū tertio mō sed etiā scđo. Ⓠ autē obiciť ꝙ mendaciū est pctm̄ spūale ⁊ homicidiū carnale.dicēdū ꝙ falsū est. Carnale pctm̄ dr qđ tūc facit delectari in carne. Sed homicidiū nō habet delectationē in carne: sz in vindicta. Ex libidine enī vindicte ꝓcedit eius actꝰ. Hula enī et luxuria solū mō sūt peccata carnalia. Sz obiciť cōtra illud qđ dictū est in solutione prima. Scđm talē solntionez videť sequi ꝙ ꝓdigalitas ⁊ auaritia sunt paria pcta:qz eidē virtuti scz largitati opponūtur. Sed cōtra. In ꝓdigalitate magis de refulgētia diuine bonitatis sicut dicit aug. qz ꝓdigus cōicat bona sua in quo imitať quodā mō deū licet sinistrā habeat intēţionē. Et ad hoc dicendū ꝙ auaritia maiꝰ pctm̄ est ꝙ prodigalitas:qz ibi est priuatio plurīū ordinū. Cū enī largitas ordinet ad primū cui cōicanda sūt bona ⁊ ad res q̄ cōicāde sūt: ⁊ ad res dupliť ordinet hō scz ne in eis delectet ⁊ ne eas retineat. In auarita priuatur vterq; ordo: qz res ipsas que create sūt vt bonitates suas effluāt retinet et incarcerat auarꝰ. ꝓpť qđ dicit dñs i osee Liberabo linū meū ⁊ lanā meā. sed in ꝓdigalitate non priuať ordo iste. Et iusdē aūt determinatōis sūt iste q̄stiones quaꝝ vna est vtr maius sit mendatiū in genere quo mēntiti sunt iudei dicētes Reus est mortis. ꝙ homicidiū quo auctoritate et precepto interfecerant eum dicentes. Crucifige. ⁊c.

Cāhōicidiū Hula⁊ luxuria.

ꝫ ptꝰ dictū arguitur.

Augustinꝰ

Solutio.

Auaritia ⁊ ꝓdigalitas

Dñs i osee

De superbia et infidelitate.

Ultia q̄stio

Ultimo queriť de vicijs spūalibus. ⁊ queriť de superbia ⁊ infidelitate vtrū sit maius in genere.

Arguitur.

Videť ꝙ infidelitas:qz infidelitas est priuatio dignioris ꝙ aliq̄d aliđ vicīū:qz est priuatio fidei. Fides aūt gñat spē.spes aūt caritatē:igr fides est aliqua cā ⁊tutum.ꝙ dignioz.ꝙ infidelitas est priuatio dignioris ꝙ

Secundo.

superbia:ꝙ est maius pctm̄. Itē infidelitas magis punit ab ecclesia ꝙ aliud pctm̄ ⁊ iuste:ergo maius pctm̄ est

Tertio per augustinū.

Itē infidelitas est priuatio melioris boni ꝙ superbia: igr est maius pctm̄. Itē ꝓbatio prime. Dicit ei aug. in libro de vera religione ꝙ credere est btitudo. Nō solū vt intelligatur ꝙ cām vt volūt quidā: sed etiam essentialiter. Nō credere aūt mors est eterna:igiť infidelitas est recte priuatio melioris boni ꝙ superbia qz et si supbia priuet btitudinē non tamē directe:igr

In oppoⁿ

infidelitas maiꝰ pctm̄ est ꝙ supbia. Cōtra. Maximū pctōz supbia dr. Ām a delicto maximo mūda me. i. a supbia:ꝙ superbia est maximū pctm̄.igr est maius ꝙ

Secundop gregoriuz.

infidelitas. Itē supbia est directe ꝓtra deū vt dictū est vt dicit grego. Supbia erecta ceruice pugnat cōtra

Tertio.

deū:infidelitas aūt nō.⁊ inde vt prius. Itē maxia superbia maius malū est ꝙ maxima infidelitas:igr supbia in genere maius malū est ꝙ infidelitas. Itē pctm̄

Quarto.

in spiritū sanctū est irremissibile. infidelitas est remissibile pctm̄:ꝙ peccatū in spiritū sanctū est maius. Itez

Quito per augustinū.

dicit aug. ꝙ tanta est labes illius pcti ꝙ humilitatem penitētie subire non pōt. sed infidelitas de facili subit humilitatē penitētie. qđ ptz in idolatria q̄ est infidelitas q̄ in primitiua eccla facile ⁊ sepe remittebatur: quia facile conuertebātur idolatre. ergo peccatum in spiritum sanctū est maius peccatum ꝙ infidelitas.

Consequēter videť ꝙ fraternū odiū sit maius peccatū ꝙ infidelitas vel aliquod aliud spūaliū. qz sicut odiū dei se habet ad pctā que sūt in deū: ita fraternū odiū ad peccata q̄ sunt in proximū. Sed odiū dei maximū est pctm̄ inter pctā q̄ sunt in deū:igr fraternum odiū maximū est inter pctā q̄ sunt in primū:ꝙ maius iuidia ⁊ oībꝰ aliis q̄ possūt eē in primū. Itē tm̄ pctm̄ ē fraternū odiū vt ꝓpter ipm dicāť redire pctā. ꝓpter infidelitatē nō dicūtur redire: igr fraternū odiū ē maius pctm̄. Ecōtra videť ꝙ infidelitas est maius pctm̄ qđ pz in pctō desperationis qđ est pctm̄ infidelitatis. Credere ei ꝙ maius sit pctm̄ aliqđ ꝙ dei mia infidelitas est sicut pz in chayn qui dicebat ꝙ maioz est iniq̄tas mea ꝙ vt veniā merear. Sed huiꝰ infidelitati annexa est maioz pena ꝙ pctō fraterni odij:⁊ hoc ex dei iusticia est infligente in pñti tali pctō prelibationem pene infernalis q̄ est vermis cōscientie quē tā patiūť desperātes: ꝙ cū hoc pctm̄ sit magis penale ꝙ fraternū odiū maiꝰ est pctm̄. Solutio. Ad primū respōdem⁹ ꝙ tres sūt modi dicēdi pctm̄ esse maiꝰ in gñe alio. sicut ꝓmo dictū est. Scđm primū modū supbia ⁊ infidelitas sūt excedētia ⁊ excessa. Scđm aūt secūdū modū infidelitas est maius pctm̄ in gñe ꝙ supbia. Nō valet tm̄ quoddā argumentū qđ ad hoc fiebat hoc.s. infidelitas maioꝝ pena punit ⁊ iuste:igr est maius ꝙ supbia. Nō enī magis punit ꝓpter maioꝛtatē pcti ꝫ ꝓpť pñs:qz alios inficit. Est enī morbus cōtagiosus et leuis volatilis:⁊ pz simile in adulterio ⁊ furto. Magis punit furtū ꝙ adulteriū. ꝓpť hoc ꝙ fures interficiūt et tm̄ furtū minus pctm̄ est ꝙ adulteriū. sicut dicit salomon. Ad hoc aūt qđ obiciť.s. ꝙ supbia dr peccatū maximū dicim⁹ ꝙ hoc dr duab⁹ de causis. Prima est ꝓpter gñalitatē suā:qz supbia prima est de redeūtibus a deo:⁊ vltima de accedētib⁹ ad deū. Alia cā est qz ipa dr maximū pctm̄ esse iter capitalia. tm̄ aliquod nascit ex capitalib⁹ qđ maius est. Ad hoc aūt qđ obiciť ꝙ infidelitas nō est recte in deū:ꝫ supbia. dicendū ꝙ falsū est:imo infidelitas directe est in deū. qz directe ⁊ imediate aufert ei cultū debitū ⁊ oīpotentiā vt est in idolatria. Supbia aūt ꝓprie appetit dñari. et hoc ē respectu ꝓprioꝝ. Ad hoc aūt qđ obiciť ꝙ maxima supbia est maiꝰ malū ꝙ maxima infidelitas. Dicendū ad hoc ꝙ verū est:ꝫ hoc nō est fm naturā gñis supbie:ꝫ ex circūstātia. ꝓpter hoc scz ꝙ diabolꝰ prudēs ⁊ sciēs regnū dei ipugnat illđ eo ꝙ scit esse regnū dei. Preterea hoc cōtingit ex diuersitate subiectorū qz forte si superbia maxima ⁊ infidelitas maxia esset in diabolo:maioz tm̄ esset eiꝰ infidelitas. Ad hoc aūt qđ obiciť de pctō in spiritū sanctū. dicimus ꝙ infidelitas ⁊ pctm̄ in spiritū sanctū sunt excedentia ⁊ excessa. Scđm primū modū dicēdi maiꝰ pctm̄ est in gñe. sed fm modū pctm̄ in spiritū sanctū est maiꝰ. Notādū tm̄ ꝙ aliqđ peccatuz in spiritum sanctū est infidelitas vt desperatio sicut patuit in opponēdo. Ad hoc autem qđ obiciť de fraterno odio. dicimꝰ ꝙ nō valet. Odiū dei est maximū inter peccata que sunt in deum: ergo odium fraternū ⁊c. qz in odio dei est priuatio optimi ordinis ⁊ etiā plurīū ordinū. Sed plurīū ordinuz est priuatio in aliquo peccato qđ est in spiritum sanctuz scilicet in impugnatione caritatis fraterne vel agnite veritatis ꝙ in fraterno odio. Ad hoc autem qđ obiciť ꝙ propter fraternum odium redeunt peccata. Dicim⁹ ꝙ hoc non dr ꝓpter hoc ꝙ sit maiꝰ pctm̄ ꝙ alia.

Sexto.

Septimo.

In oppoⁿ

Chain.

Solutio. Ad primū.

Ultima rō nō ꝓcludit.

Adulteriū est grauiꝰ furto.

Ad aliud q̄ re superbia dr maxia.

Ad aliud

Ad aliud.

Alia causa

Ad aliud

Nota hec.

Ad aliud

Ad aliud

sed dicitur quo ad quandã coadaptationem. Instat enĩ vt eadẽ mensura remetiet hoĩ a deo qua ipe mensurat ꝓmo: ꝙ cũ non velit ei remittere irã: iustũ est vt deus ei irã suã nõ remittat. de infidelitate autẽ et
Primũ argumentũ. odio dei postea patebit. Videt ꝙ odiũ dei maꝰ sit pctm̃ ꝙ infidelitas: qz odiũ fraternũ est maximũ peccatũ inter pctã que sunt in ꝓximũ: ergo odiũ dei est
Scdo ar. maximũ pctm̃ inter pctã que sunt in deũ. Itẽ odium dei est maximũ pctm̃ in diabolo. Est enĩ maius pctm̃ ꝙ superbia. qđ patet: qz odiũ dei est priuatio melioris boni scz melioris virtutis: qz caritas ꝙ superbia q̃ est priuatiua humilitatis: igr̃ est maius pctm̃ cum sit priuatiuũ melioris boni: igr̃ odiũ dei est maius pctm̃
Tertio. spualiũ. igr̃ est maius ꝙ infidelitas. Itẽ odiũ dei magis mouet ad opera ꝓtraria virtuti ꝙ infidelitas: igr̃
Quarto. est maius malũ. Itẽ odiũ dei est priuatiuũ dei ꝑm ꝙ deus finis oĩm est ⁊ qm̃ bonus. vñ ꝓfitemini dño qm̃
Augustinꝰ bonus. infidelitas aũt nõ sic. Dicit enĩ aug. ꝙ qui ex infirmitate credit christũ nõ esse deũ peccat in patrez nõ in spiritũ sanctũ ⁊ tñ ifidelis est: ergo odiũ dei ma
In oppom tius pctm̃ est ꝙ infidelitas. Contra. Fides est pria virtutũ ⁊ cã: qz alias generat ⁊ dignissima est. Est enĩ ai
Secundo. rationalis ad deũ ⁊ etiã prima cognitio ⁊ maxia virtutũ: ꝙ infidelitas cũ sit eius priuatiua est maius peccatũ ꝙ odiũ. Itẽ fides est cognitio veri ⁊ nõ solũ cognitio veri sz etiã cognitio boni inq̃tũ bonũ sicut veri inq̃tũ verũ. Credo enĩ ꝙ deus est sũme bonꝰ: ⁊ ita motus fidei est in verũ inq̃tũ verũ: et in sũmũ bonuz
Tertio. inq̃tũ sũmũ bonũ: igr̃ per priuatõnẽ maioris boni nõ põt ꝓbari ꝙ odiũ dei sit maius pctm̃ ꝙ infidelitas q̃ est priuatio maioris boni vel equalis: igr̃ infidelitas est equale malũ vel maꝰ ꝙ odiũ dei. Itẽ infidelitati
Solutio. annexa est maior pena ꝙ odio dei: ꝙ maius peccatũ. Solutio. Dicimꝰ ꝙ odiũ dei est maꝰ pctm̃ in gñe ꝙ
Prima cã. infidelitas tribꝰ de causis. Prima est difficultas que est in fide. In nulla enĩ virtute est a deo difficilis motus sicut in fide. Hoc enĩ est vnũ de tribꝰ mirabilibꝰ.
Bernardꝰ. sicut dicit btus bernñ. Tria enĩ sũt mirabilia. ſ. ꝙ virgo peperit: ⁊ deꝰ hõ qđ homo credit. vñ dñs. Si potes credere: oĩa possibilia sũt credẽti. In caritate aũt
Scda cã. hensũ mouet ⁊ gñat sui appetitũ. Alia cã est ignorãtia. Qui enĩ discredit aliq̃ articulũ deceptꝰ est aliqua fantastica ratione ꝑ quã fallit ⁊ fit ignorãs: ⁊ hec
Augustinꝰ ignorãtia excusat aliq̃tulũ. In odio aũt dĩ nõ ẽ ignorantia: qz si odit oportet ꝙ cognoscat. vñ dicit augu. ꝙ inuisos possumꝰ diligere: incognitos nõ. sicꝫ nec incognitos possumꝰ odire. Tertiũ est: qz odiũ dei ma
Tertia cã. gis mouet ad opa cõtraria virtuti q̃ infidelitas. Ex
ad obiecta. his ptz solutio ad obiecta: ⁊ ptz ꝙ nõ valet argumentũ primũ. fides est maxima virtutũ: igr̃ infidelitas est maximũ viciorz. qz difficultas q̃ est in fide facit ꝙ non
Ad aliud. tantũ peccet infidelis q̃tũ deũ odiẽs. Ad hoc aũt qđ scdo obicit ꝙ infidelitas est priuatio equalis boni vl maioris ꝙ odiũ. dicimꝰ ꝙ si sit priuatio equalis boni non tñ eque debiti. Qui enĩ odit deũ cognoscit: ⁊ ex hoc magis deberet diligere. Qui aũt est infidelis nõ cognoscit articulũ ꝓpter quẽ nõ creditũ vz infidelis.
Ad tertiũ. Ad tertiũ dicimꝰ ꝙ nõ valet hec argumẽtatio. maior pena annexa est infidelitati q̃ odio dei. ergo maꝰ est peccatũ. Dicimus enĩ ꝙ est pena inflicta q̃nz iudicio
Duplex pena. hoĩm: quandoq̃ iudicio dei. ⁊ hec duplex. quedã substantialis: quedã accidentalis est. Item pena annexa est pctõ. De sola aũt pena inflicta iudicio dei recte sequitur ꝙ si maior infligitur maius est peccatũ. Non autẽ de annexa sequitur. Maior enim est pena luxurie q̃ superbie. ⁊ tamen luxuria minus est peccatum ꝙ superbia.

Tractatus decimusnonus. Ca. i.

Multiplex diuisio pcti

Dicto de pctõ ⁊ eius diffinitione. dicendũ est de eius diuisione qđ multipliciter diuidit. diuidit q̃nz bimẽbri diuisione. vt omẽ pctm̃ ex amore vel timore. q̃nz trimẽbri: vt omne qđ est in mũdo aut est concupiscẽtia carnis. ⁊c. Et sup apoca. iobis habetur ꝙ dicũtur tria principalia esse vicia cõtra q̃ pugnam⁹ auaritiã/ vanã gloriã/ cupiditatẽ. q̃nz quadrimẽbri: vt in peccatũ cordis/oris/operis/ꝓsuetudinis. ꝓpter qđ quater dicitur in cantic̃ Reuertere reuertere ⁊c. Et in hiere. in principio. vt euellas ⁊ dissipes ⁊c. q̃nz in septẽ vicia capitalia. Primo dicẽdũ est de illa Oẽ
Prima q̃o Af primo. qđ est in mũdo ⁊c. Queritꝰ vtrũ fiat diuisio ꝑ spẽm. qz si sic: erit insufficiens. qz nec ira nec inuidia nec accidia sub aliquo triũ illoꝝ cõtinetur. Si per radices
Augustinꝰ contra. vnica est tantũ radix libido. ſ. vt dicit aug. in libro de li. ar. Itẽ scdm apostꝫ. Cupiditas est radix oĩm maloꝝ: nõ igitur tres. Itẽ ibi incensa igni ⁊ suf-
Scdo aug. fossa. augu. ponit duas radices. ſ. timorẽ et amorem. Timor nõ continetur sub aliquo illoꝝ. nec ecõuerso
Tertio. igit male posite sũt tres. Itẽ alia ratione videt ꝙ tm̃ sunt due. ſ. luxuria ⁊ supbia. qz filij israel intrauerunt terrã promissionis superatis tantũ duobꝰ regibꝰ scz rege amorreoꝝ. i. amaricãtiũ: ⁊ rege basan. i. turpitudinis. i. superbia ⁊ luxuria. ergo si his superat̃ ascendimus in hierusalẽ ad quã viciũ nõ intrat: ille due radices sunt oĩm. Preterea septẽ sunt capitalia vicia q̃
Quarto non sunt genera vel spẽs aliorz: sed radices. qz ab his oĩa oriũtur. ⁊ hec oĩa nõ cõtinent̃ sub illis tribus vel illoꝝ aliquo nec ecõuerso. vt videtur de inuidia/tra/et accidia. Item q̃nz sunt q̃ timẽtur. infamia/iopia/
Quinto. infirmitas/inimicitia/mors. ꝙ q̃nz eis opposita diliguntur. qz maxime in his q̃ inuite amittim⁹ et volentes acquirimus versantur quattuor affectiones: gaudium de habito/dolor de amisso/spes de habendo/timor de amittendo vel nõ obtinẽdo. Sũt aũt q̃nz desiderabilia: vita/amicitia ⁊c. Cũ ergo scdz illa tria desiderabilia sint tres radices: igr̃ eadẽ ratõne circa hec
Baruth quinq̃ ⁊ quinq̃ radices. vt amor vite et amor amicorum. Amor enĩ vite radix est plurimoꝝ. vñ baruth. Juuenes viderunt lumen ⁊ perierũt illi. ſ. q̃ semper volunt esse in floze iuuentutis. Respõsio. Ad primũ
Solutõ ad primum dicimus ꝙ prima argumẽtatio non valet: qz ille tres continẽtur sub illa vnica. Ad scdm dicimus ꝙ timor
Ad scdm. multa generat mala ĩmediate. non tamen ponitur radix: qz hunc timorẽ semp alius libidinosus amor generat. ⁊ agit̃ hic de ꝑmaria radice. Ad tertiũ dicit̃ ꝙ
Ad tertiuz species ponitur pro genere. superbia pro spualivicio luxuria pro carnali. Ad quartũ dicimus ꝙ ira et inuidia ⁊ accidia ex aliquo amore libidinoso procedunt
Ad quartũ et ista septẽ ad tria redigũtur. Ad q̃ntũ dicimꝰ ꝙ et si sint q̃nz desiderabilia: nõ tñ q̃nz radices ꝑmarie de
Ad quintũ quibus hic agit̃. Vita enĩ ⁊ naturaliter diligit̃: et tũc sine vicio. nec hz ꝑm̃ sc̃vel delectationẽ vel aliã ꝓsuetudinẽ ĩclinatẽ aĩmũ ad diligẽdũ nisi alio libidinoso ꝓcedẽte amore. sicut luxuriosi vt diuti⁹ suã possint explere libidinẽ amãt se et vitã suã. vnde amor sui ponit̃ luxurie filia. Idem dicimus de amore amicorum

q̃re aliq̃ q̃rũt amicos

q aut est naturalis: aut si est libidinosus ẽ ex aliquo precedẽte amore libidinoso. Sũt enĩ q̃ querũt multos amicos vel ob supbiã vel inanẽ gloriã vel ob cupiditatẽ vt inde timeãtur ⁊ plura acquirãt. Sicut ei dicit augu. In potẽtijs honorũ dignitatibꝰ nõ queritur nisi excellere vel preesse. Añ penes hec licet distingãtur nõ distinguit pluralitas radicis. Sed cõtra hoc videt esse qđ dicit aug. in scõo libro cõfes. dñe singula vicia puerse nitũtur imitari te: vt supbia in dñio cũ tu solus sis dñs. Ambitio in honorũ cũ tu solus honorãdus: g̃ cũ diuersa ponãtur vicia supbia ⁊ ambitio in potencijs ⁊ honorũ. nõ idẽ libidinose queritur nec in his idẽ vicijs ꝓsistit qđ est ꝓtra ꝓmo dictũ

Augustinꝰ

ꝓ ꝓdicta aꝫ p augusti.

Secundo. Solutõ hꝰ

ꝓterea querit quare penes honorẽ nõ distinguit vna radix vt penes dñationẽ. Dicit q honor q̃q̃ ꝺr ipa dignitas siue ipa excellẽtia: ⁊ sic ambitio idẽ q superbia. Jtẽ honor q̃q̃ idẽ est q honoratio q̃ fit vel a corde vel ab ore vel a manu: ⁊ ꝑm hoc idẽ est ãbitio

Aliter aꝫ.

q inanis gla q̃ est filia supbie: ⁊ sic ꝑz solutio. Jtem bonũ finis est oĩm: qr vt dicit diony. Dis agẽs intendens bonũ agit vel verũ scz vel apparens: ⁊ ita bonũ finis est oĩm actionũ: verũ bonũ oĩm bonor. Apparens bonũ oĩm malor actuũ ⁊ vicior. Sz bonũ tripliciter ꝺr delectabile ⁊ honestũ ⁊ vtile: igr̃ ⁊ apparens bonũ similiter. i. apparẽs delectabile apparẽs honestum apparens vtile. ⁊ sic erũt alie radices prorsus a tribus primis. Dicimꝰ q ꝙto finis vlterior tãto prior vt ꝑz in exẽplo vetule q̃ appetit btitudinẽ: ⁊ ꝓpt hoc deovult seruire: ⁊ ꝓpter hocvult sana esse. ꝓpt quod querit medicinã vadit ad forũ emit olus. Ultimi finis volũtas prima est: ⁊ generat volũtates oĩm q̃ sũt ad finẽ. ꝓpter hoc appetitꝰ vtilis nõ potest esse radix de amore vite vel amicorum.

verũ bonũ triplex.

Sitr appẽs

Solutio.

Secunda questio.

Aꝫ q sic.

Secundo.

Solutio. Ad aliud

ꝓbat illud multiplr.

Augustinꝰ

Secũdo querit de curiositate vtrũ sit vna alia radix. Naturaliter quidẽ omẽs hoies scire desiderant ⁊ q̃q̃ sapere plus q̃ opz. Augu. in scõo libro de li. ar. originẽ pctĩ ostẽdens sic ait. Volũtas aũt auersa ab incõmutabili bono ⁊ cõt et cõuersa ad ꝓpriũ bonũ aut exterꝰ aut interꝰ peccat. Ad ꝓpriũ cũ sue potestatis vult esse. Sitr ad exterius cũ alior ꝓpria vel quecũq̃ ad se nõ pertinẽt cognoscere studet. Ad inferius cũ volũtatẽ carnis diligit atq̃ ita hõ supbus aut curiosus aut lasciuus affectus ab alia vita excipit ⁊c. Si ergo triũ ex equo positor primũ est vna radix scz supbia. vltimũ scz voluptas carnis est alia. tertiũ scz curiositas erit ⁊tia radix. Quare g̃ penes hoc desiderabile nõ erit vna radix. s. curiositas. Hec ꝓterea tres sunt vires irascibilis cõcupiscibilis rationalis. penes duas distingũtur due radices. quare nõ penes rationalẽ. Solutio. De amore sciẽtie vt de amore vite et amicor dictũ est. Ad scõm dicimꝰ q cũ in cõsensu qui est rationis consũmet pctĩ invi rationabili: sunt oẽs tres radices tanq̃ scz in iperãte. Jtẽ cũ quis appetit scire plus q̃ oportet vtrũq̃ scz ⁊ scire ⁊ excedẽtervolũtarie agit: g̃ si ibi est pctĩ erit ex ꝓpria libidine ipi sciẽtie: ⁊ ita sine alia libidine pretacẽte curiositas erit pctĩ. Jtẽ cũvnãquãq̃ creaturã possit aliquis facere deũ suũ. vt dicit augu. qr qđ quis magis diligit illud colit: g̃ et scientiã p se. ⁊ inde vt priꝰ. Jtẽ quidã diligunt scire vt alios doceãt. talis volũtarie trãsit ⁊ apponit illũ finẽ: g̃ põt non apponere finẽ illi sed sistere ibi vt diligat scire ꝓpter ipz scire. Jste fruit creatura quia amore inheret illi rei ⁊ ꝓpter se: ergo ibi ẽ fruitio. g̃ pctĩ. nõ ex alia libidie: ⁊ ita curiositas erit radix. Jtẽ solet ita distingui q aliquis vult scire vt excellat ⁊ illud supbie est. alius vt sciatur: ⁊ illud ianis glie. aliꝰ vt lucret: ⁊ illud cupiditatis. aliꝰ vt ꝑsit alijs illud caritatis. aut ꝓpter ipm scire: ⁊ illud curiositatis. Sed cõtra. Si curiositas est vna radix: igitur cũ oĩ pctõ vt malũ sit libido dñat. vt dicit aug. Jbi erit libido: ergo amor rei eiꝰ quã quis inuitus amittere potest. Sed hic nõ est amor nisi scientie: igr̃ scientiaz quis inuitus amittere põt: qđ est falsũ. cũ sit in aia perfectio vt virtus. Jtẽ ẋtus et sciẽtia sũt perfectões aie sed oĩs perfectio dignior est eo qđ perfict: ergo cum q̃s mouet in sciẽtiã mouet in superꝰ. ergo nõ est ibi casus si non mouet in inferiꝰ sine casu: aut nõ est pctĩ et inde vt priꝰ. Jtẽ scientia est bonũ quoddã delectabile: sed nõ sensus. g̃ spũale ⁊ delectabile intellectus naturaliter. Ergo sicut cũ sensus naturaliter delectat in suo delectabili nõ est pctĩ. ita nec si intellectus in scientia cũ naturaliter in ea delectet. ⁊ inde vt prius. Jtẽ virtus et sciẽtia sũt due ꝑfectiones aie: ⁊ virꝰ ex se libidinose non põt diligi. qr eadẽ dilectione diligit deus ⁊ virꝰ vt dicit orige. g̃ nec sciẽtia a simili p aliꝺ virtus põt diligi ex libidine vt ipocrita continentiã. ꝓpter hoc dicimus q curiositas nõ est radix. Ad primũ ⁊ ad scõm dicimꝰ q si ita cõtingat q illud erit ex libidine. Ad tertiũ dicimꝰ q illa fruitio cũ sit naturalis nõ erit pctĩ sicut in eo cui ex sola naturali pietate placent opa mie nõ est pctĩ. qr natura nõ est cõtraria gr̃e: sed via ad ipam. Ad quartũ dicimꝰ q illa distinctio est magistralis. Non g̃ est curiositas radix: sz tñ est pctĩ. ex alia tñ libidine sicut multa talia sunt pctã. vt patet in eo qui occidit hoiem vt habeat hereditatẽ inuitꝰ a cupiditate trahit ad homicidiũ qđ displicebat in se. Jtẽ cũ quidã error sit pctĩ. queritur vtrũ sit vna radix qđ videt: quia vt dicit diony. Omis agens intendit bonũ. bonũ scz vel apparẽs bonũ: igr̃ et in concupiscentia omni qua appetit aliquid illud appetit intendens q id sit bonum. igitur appetit vt estimat sibi bonũ. igitur falsa opinio siue error semper precedit. Sed secundũ hoc videtur q in primo peccato luciferi hec falsa opinio precessit quando appecijt preesse: quia existimauit illud sibi esse bonum. Et ita error in omni peccato precedit: ⁊ ita erit radix cum scilicet dicat philosophus q omnis peccans errant. Jtem in ecclesiastico. Ubi sunt multa sompnia multe vanitates. id est vbi sũt multe false opiniones multe false concupiscentie et vere quas nos multos oportet relinquere. Dicimꝰ de lucifero q potuit estimare preesse esse bonuz sibi: ⁊ fuit hec opinio peccatum et superbia intellectus. vel solum estimauit preesse bonum et hinc appecijt: ⁊ sic error non precessit. De errore autẽ distingo. aut est in articulis ⁊ est semper peccatum scilicet infidelitas. vel indeterminatis moribus. vt qui dicit pudicitiam malũ: fornicationẽ bonum. De quibus dicit ysayas. ve qui dicit bonum malum. quia hoc de rebus accipitur non de personis et semper peccatum. Sed cui virtuti contrarium dubium est. Sed non potest esse radix: qr sẽp est ex alia libidine. qr cũ scientia faciẽdor sit naturalis sp error iste ꝑmꝰ iuasit. vel ex cupiditate vel luxuria vel ex aliq̃ vicio. postea ex amicitia vl successiõe. Error in psonis

Tertio.

Quarto.

Origenes.

Opinio doctoris.

Ad primũ et scõm.

Ad tertiũ.

Ad quartũ

ꝙo incidẽs.

Dionysius

In oppoᵐ

Secundo.

Solutio.

Triplex error.

Ysayas.

Error in psonis.

qñcz non est pctñ. Nam opinatio qñcz violẽta vt cũ video aliquẽ fornicãtẽ velim nolim credo illũ malũ Sed si habeã indicia ꝓbabilia ⁊ ex iuidẽtia inclinor potius ꝙ sit malus ist: eerror iste volũtari⁹ est ⁊ pctñ tentatõis hũane. Sed nõ est radix: qz ex alio vicio ꝓcedit error in factis idifferẽtibus. vt cũ credit ds ꝙ dicie sint sibi bone nusqz ex se est pctñ ꝓpter qõ dicimus ꝙ error simplr nõ est radix.

Error de se nõ est pctñ

¶ Tertia questio.

Aſ ꝙ sic.

ITem querit de ifidelitate vtrũ sit radix. Sit alt quis simplex bon⁹ absqz pctõ mortali. aliqs hereticus alloquit ipm ⁊ tandẽ ꝑ multas rõnes discredit in articulo. hec ifidelitas nõ est ex aliquo pcõ ergo erit radix. Itẽ sup hoiem. si nõ venissem ⁊ locut⁹ non fuissem pctñ nõ haberẽt. glosa: scz infidelitat. Aug. Merito hoc posuit: qz hoc retẽto oia retinẽtur. ꝛc. Sed hoc solet dici de cã et effectu: igit videt ꝙ hoc pctñ sit cã alioz: ⁊ ita radix.

Secundo. Augustin⁹

Ad primuz

Ad ꝓmũ dicim⁹. Qz enĩ vt ꝓbs ait. vox oim est deũ esse. Itẽ ⁊ apls. ppe ẽ vt vbũ in ore tuo ꝓpe est ĩ corde tuo vt dixi. Infidelitas ꝓmo vel ex cupiditate vel auaricia vel ex luxuria ob repsit. vt hiere. dicit. Postea ualuit vel ex successio nevel amicitia: ⁊ ideo hic radix nõ ponit pctĩ. Ad ꝓm dicimus ꝙ de hac vr ꝙ cõuenit oĩ pctõ. ideo scz qz hius cõtraria est fides q̃ cor mũdat: ⁊ ideo quasi ex natura sui ꝑ cõtrarietatẽ hac sublata oia tollũtur. Itẽ qz fides infrenat hoiem ne abeat libere post concupiscentiã suã: ⁊ ideo hec soluit habenasvt libere cuꝛꝛat ꝑ cãpos licẽtie. iõ vr ꝙ hoc retẽto. ꝛc. Itẽ dicit aug. in libro de fide ad petrũ scõm q̃litatẽ vite cuiuscunqz siue bone siue male dabit retributio. male autẽ vite qualitas ab ifidelitate ꝓcedit q̃ ex origialis pctĩ reatu ũtiũ sumpsit: igr infidelitas est initiũ oĩs pctĩ. Itẽ si credere est initiũ oĩs boni: ꝯ discredere initiũ omis mali. Dicim⁹ ꝙ per primũ pctñ tenebre facte sũt sup faciẽ abyssi. Infidelitatẽ ergo hec vocat aug. vel defectũ quẽdã seu ꝓnitatẽ ad male credẽdũ vel difficultatẽ ad bonũ. Hec ꝯ infidelitas ꝑ modũ ꝓuationis cã est oĩs pctĩ: sz per modũ radicis cõcupiscẽtia. Sicut cecitas causa est ꝙ iste in foueam cadat: facit circa hoc qõ dicit in euãgelio ꝙ ideo hec fecerunt: qz neqz sciuerũt patrẽ meũ neqz me. q. qz nõ crediderũt.

Item quare

Ad idem

Tertio.

Quarto

Euasio.

ꝺ quã aſ.

Euasio.

Cõtra quã.

Solutio.

Ponit tres causas

Ad argũm tuz de hñte caritatẽ.

ꝺ ꝓdicta aſ

Solutio. nõ ordinãt vicia sicut virtutes

Iterum aſ

Alia ratio

Opinio doctoris.

Exemplũ.

¶ Secundũ capitulum.

Hic facit ꝗt tuor princiꝑaſ de superbia.

Supbia secundũ aug. ꝺ diffinitionem aſ.

Secundo. Tertio.

Quarto. Quinto. Cõfirmat.

In oppom

Secundo.

SEquitur de septimẽbri diuisione q̃ est in. vij. capitalia vicia quor oĩm vr supbia regina. Unde primo dicendũ est de supbia hoc ordine. primo quid sit supbia. scõo quõ est initiũ omis pctĩ. tertio de speciebus supbie. quarto de q̃titate ei⁹. Dicit aug. ꝙ superbia est amor ꝓprie excellẽtie. Sed hoc nonvidet pctñ: qz tres sũt nobis fines scõm tresvires: verũ rationalis: bonũ cõcupiscibilis: honor irascibilis. Si ꝯ amorvertivel amor boni nõ est pctñ: igr nec amor honoris: ꝯ dignitatis vel excellẽtie. Itẽ btũ paupes: qñ ipor est regnũ celor. Itẽ sermo dei de regalib⁹ sedibus venit appetit⁹ regie dignitat ⁊ sedis nõ est pctñ et inde vt pri⁹. Itẽ qui epatũ desiderat. ꝛc. Itẽ velle excellere qñcz bonũ est: qñcz est malũ. igr in se nõ est malũ. Itẽ excellere est idifferẽs sicut comedere ⁊ loqui: igr velle excellere sicutvelle loqui. ⁊ indevt pri⁹ Sed cõtra. Qui epatũ desiderat bonũ opus desiderat. ibi dicit glosa. Opus dicit non dignitatẽ. q. d. amare dignitatẽ malũ est: sed bonũ amare seruitutẽ. Item oẽs hoies natura sunt pares: ergo cõtra naturã est ꝙ vnus ꝓeest. igr velle ẽsse hmõi. nõ ergo bonũ cũ nõ sit ex virtute nec ex natura: sz est ex libidine. igitur est malũ. qz oẽ volũtariũ in nobis vel est a natura vel ex virtute vel ex libidine. Propter hoc dicim⁹ ꝙ amor ꝓprie excellentie est pctñ. Qui enĩ amat expresse vt prosit ꝓprĩũ nõ amat sed cõe. Itẽ appetit⁹ illi⁹ excellentie qua oia sub pedib⁹ nris erũt subiecta. vt dr in psal. qñ oia erũt nra vt dicit apls. qz illa nõ est ꝓpria: qz vniuersalis non est pctñ. ⁊ sic soluit primũ scõm ⁊ tertiũ. Ad quartũ dicim⁹ ꝙ nõ valet. velle excellere qñcz ẽ bonũ qñcz malũ: ꝯ nõ ẽ malũ scõz se. Instãtia. Interficere qñcz est bonũ qñcz est malum. igitur. ꝛc. Ad quintũ dicimus ꝙ nõ est simile. qñ comedere loqui ⁊ hmõi naturalia sunt: ⁊ ad hec mouet qñcz natura. Sed excellere cõtra naturã est: vñ ad hoc nõ mouet natura nec virtus: sed libido.

¶ Secunda questio.

Aſ ꝙ sic.

In oppom Euasio

ꝺ quã aſ.

Ad idem

Tertio.

Quarto Euasio.

ꝺ quã aſ.

Euasio.

Cõtra quã.

Solutio.

Ponit tres causas

Ad argũm tuz de hñte caritatẽ.

ꝺ ꝓdicta aſ

Solutio. nõ ordinãt vicia sicut virtutes

Iterum aſ

SEcũdo queritur si est initiũ oĩs pctĩ: qz vr in eccl. initiũ oĩs pctĩ supbia est. ⁊ vr ibi in glo. f. ꝙ hec est initiũ oĩs pctĩ cui⁹ septẽ sũt filie. Sed si hoc obicit qz vt dicit apls. Cupiditas est radix oĩm pctõr: quia vtrũqz non põt esse initiũ cuiuslibet pctĩ. Si dicas sicut mgr in sentẽtijs ꝙ ibi est distributio inter genera singulor. ꝛc. Opponit de luxuria. qz nõ est pctñ qõ qñcz ex ea nõ surgat: qz ⁊ gula/rapina/furtũ/periurĩũ idolatria: ꝯ põt dici ꝙ est ũtiũ oĩm pcõr. Preterea si talis eẽt distributio ad q̃d dicit ꝙ si ẽ ista philargia ponitur ista species ꝑ genere. Nã amor pecunie qñcz mala oia operat. Itẽ si dicat ꝙ supbia sit initiũ omis pctĩ. ponatur ꝙ aliqs habẽs caritatẽ vidẽs mulierez cõcupiscit eã ĩã est mechatus eã in corde suo cõcupiscẽtia hec ex qua supbia ꝓcedit. Item quare superbia erit initiũ oĩs pctĩ. Si dicat qz amor ꝓprie excellentie est quasi amor sui: ⁊ ad sui amorẽ ꝓnus est hõ. Contra. Amor sui siue vite presentis est filia luxurie si forte dicat qz proni sumus ad appetendũ honorẽ. Sed similiter proni sum⁹ ad appetendũ bonũ: ꝯ cũ in luxuria/auaritia appetatur apparẽs bonũ: erunt hec pari ratione initium oĩm pctõr. Dicimus ꝙ superbia secundum ꝙ est crimen speciale est initiũ cuiuslibet peccati: ⁊ hoc ꝓpter tres causas simul ĩctas. s. quia amor ꝓprie excellentie est amor sui ad qõ est hõ pronus. Item qz ad honorẽ appetendũ sumus ꝓni. Itẽ quia honore habito seu prelatione habet omẽ delectabile ⁊ carnis et oculor: sed non ecõuerso. Ad hoc qõ obicitur de habente caritatẽ dicimus ꝙ iura aptãtur ad ea que frequẽtius accidunt. Sed cõtra predicta obicitur. Homo rectus ⁊ bene ordinatus magis appetit verũ bonũ in ratione boni ꝙ quidlibet aliud igitur homo curuus magis appetit apparẽs bonum ꝙ aliquid aliud. Sed in luxuria vel auaritia appetit apparens bonum. in superbia apparens honor: igitur magis appetitur qõ in his diligitur ꝙ quod in superbia diligitur. Dicimus ꝙ illa argumẽtatio nõvalet. quia in virtutibus est ordo sed nõ invicijs: ⁊ si enĩ fides sit prima in virtutibus: non tamẽ infidelitas. et si superbia est regina viciorũ: non tamen humilitas est regina virtutum sed caritas. vt dicitur in libro de conflictu vicior et virtutũ. Tamen contra dicit sup Lucã. xviij. duo hoies. ꝛc. In glosa ibi dr ꝙ hũilitas regnat. Itẽ dicit aristo. ꝙ delectatões carnis naturales sũt: ⁊ idcirco magꝭ infestãt: at appetitus honoris

nō est naturalis: igr magr appetit delectabile carnis.

Solutio. Sz ad hoc dicim⁹ q᷑ t naturaliter apptim⁹ honores.

¶Questio incidens.

Ar q᷑ non. ITem queritur quare superbia dicatur regina vi-cioꝝ. Si qz est primū et initiū pcti: igit fides dz dici regina virtutū: qz est prima virtutū. Sed tn non dicit regina: sed caritas vt dicit aug. in libro de cōflictu virtutū t viciorum. Si qz mouet omia alia vicia ad suū finē: qz gulā et luxuriā. ꝛc. Vult enī superb⁹ gllari et excellere in magnis ferculis in pulchriorib⁹ femi-nis ꝛc. Pari ratione erit luxuria regia q᷑ mouet alia vicia ad suū finē. Mouet eī auaritiā rapinā furtū ꝛc.

Glosa. rebus macrescit opimis.i.tristat̄.Et glō dicit.Inuidus dum alienis bōis affligitur:quasi de radijs solis obscuratur.g̃ affligi de bonis alter⁹ siue tristari est

Solutio secūdū aliqs. solitus inuidie.nō igitur eius filie. Solutio.Quidā dicūt ſm hāc ratiocinationē qm̄ in specie idem viciū inuidia et odium.sicut luxuria et adulteriū:vel sicut

Opinio doctoris. fornicatio ⁊ adulteriū.et ꝓpter differētiā in accidēte dicit̄ odium esse ex inuidia vel eius filia.Sed verius dico q̄ inuidia in specie differt ab odio.et horū fines substantiales diuersi sunt vt supradictū est.et inuidia naturaliter p̄cedit vt frequētius odium.vt inuidere possumus alijs quib⁹ nullū malū volumus.si inuidia permanēs fuerit gñat odiū quo alij volumus malū.

Augustin⁹ Inuidia enī que ē dissensio a bono apparēte nocente gñat odiū.et q⁊ vt ait aug.aīa est locus delectatiōis:

Ad scdm. vt obiciat tristiciam gñat odiū quo vult ei malū.quo adepto letatur.Et sic ꝑ solutio ad scdo obiectū.qm̄

Ad tertiū. odium exit a supbia mediāte inuidia.Ad tertio obiectū potest dici q̄ suſurratio ⁊ detractio non differūt nisi ſm statū.et latens dr filia inuidie operta: crescit in rixam:⁊ ē filia ire.Et idē viciū ſm diuersos status

Aliter dr. potest ad diuersas mſes reduci.Vel ver⁹ detractio est filia inuidie.iuxta illud Simul ⁊ detractio mater filia liuoris.et est qm̄ quis malū aperte dicit et palā.

suſurro/biliguis/⁊ detractor Suſurratio qm̄ in secreto:non palam.Biliguis qm̄ malū non dicit:sed qđ bñfactū est inuertit in malū.et sic hi tres differūt.De quib⁹ Ecclīastici.28.Suſurro ⁊ biliguis maledictus.⁊c. Et dr inuidia mater horū

q̄re inuidia est mſ istorū nonvt auaritia rapine piurij:sed q⁊ disponit ⁊ inclinat mentē ad illa,sicut vnū viciū dicit̄ esse causa alterius:

Nota hec tum quia in detrahēte possunt eē diuerse intentiōes: vt illū vilificet ⁊ sic mouet supbia.vel vt nō appareat sic inanis gloria.vel vt bonū quod apparebit nociuū

Ad illud dr exultatiōe. iminuat sic inuidia.vel vt noceat ei sic odium.Ad id quod dicit̄ de exultatiōe: dico q̄ cum dicit̄ de inuido Risus abest.⁊c.hoc nō dicit̄ rōne mſis sed rōne filie.

Aliter dr. Vel dic q̄ exultatio ē de infortunio quod accidit:sed risus ꝓprius inuidie de malo consequit̄ infortunū de pauptate vel infirmitate vl̄ hmōi.Ad illud quod obicit̄ de inepta leticia dicimus q̄ ſm diuersas intē- tiones deteriatas(vt diximus)possunt ibi esse leticie inepte.adulterū dicitur(vt dictū est) de exultatione. et potest dici q̄ exultatio et tristicia sclz: sed ꝓpter diuersos actus diuersimode noīatur.

Ad illud dr inepta leti- tia.

¶Secunda questio vtrum filie inuidie sint sufficiēter assignate.

Af q̄ non. ITem q̄rit̄ de tali diuisiōe.quia videt̄ insufficiēs quia inuidus qui dissentit a bono apparēte nocente:⁊ tristat̄ ⁊ nitit̄ destruere ⁊ hoc vult solū volūtate ⁊ sic est odium.aut verbo ⁊ sic est suſurratio/vel detractio/vel exultatio.Sz sicutverbo ita ope.g̃ ſm opus suum desunt filie inuidie.vt iuxta x̄bū.Ex sola enī inuidia:non p̄cedēte ira vel cupiditate:potest q̄s alteri⁹ domū incendere.Si forte dicat̄ odiū vt vulgo dicit̄.Sed cōtra.Odiū dr volūtas dicendi q̄ opponit̄ pietati:vt amor mali ꝓut opponitur caritati:redit ꝓior obiectio.Si ponit̄ in illa diuisione ꝓut est vo- lūtas nocēdi:g̃ male omittat̄ odiū oppositū caritati. Si ꝓut vtrūq; ꝓprehēdit:nō videt̄ q̄ positio possit sustineri.quia nocere qđ est terminus alterius est in gñe malum:qđ est materia alterius nō est in genere. quia vt dr aristo.Bonū ⁊ malū nō sunt in gñe:ſz sunt genera aliorū.Dicimus q̄ sunt ille q̄ in facto cōsistūt reducunt̄ ad exultationē.Item querit̄ de exultatiōe in aduersis.vtrū de solis aduersis spūalibus videtur q̄ hoc sit odiū qđ opponit̄ caritati q̄ vult bonū spiri- tuale.vt odiū vult malum spūale.⁊ ita eo aduenīēte letat̄ idem de spūalibus et tpalibus simul.quia sicut caritas oīe bonū ⁊ quātūcunq; ita odium oē malū ⁊ quātūcūq; malū.Restat g̃ q̄ exultatio hec cum nō sit odiū erit de solis tpalibus.Quo cōcesso opponit̄ eo q̄ balaā ex sola inuidia peccauit:vt filij israel for- nicarētur:quo facto exultauit:⁊ hec fuit de spirituali aduerso.Dicimus q̄ sicut supradictū est inuidia na- turaliter est de oī bono tpali vl̄ spūali:et si causaliter de solo tpali.Ita dico de exultatōe eius filia.quoniā materialiter est de omni bono tpali vel spūali:etsi sp tēporale moueat.Sed est vt supradiximus de malo extrinsecus aduenīēte:aut de ablatiōe rerum suar: de infirmitate ⁊ si qua hmōi sunt.Sed odiū est de eo qđ intus accedit:vt de pauptate aut debilitate.Sicut obiectio potest fieri de tristicia in prosperis.⁊ eadem erit solutio.Et dicimus q̄ inuidia vnū viciū carnale ⁊ spūale ⁊ capitale a fomite exit plerūq; imediate vel mediate supbia que non est capitale viciū:sed videt̄ vna ⁊ regina septem capitalium viciorum.

Af q̄ non.

Euasio:cō- tra quā af.

Solutio.

In oppm

Solutio.

¶Tertia q̄stio huius capituli vtrum ira sit vicium capitale. Ca.2.

Af q̄ non. SEcūdo q̄rit̄:si est vicium capitale.Qđ nō videt̄ quia vt dr Inuidia est audax mēdax lese cōcu- piscētie.vt cum auaro auferuntur diuitie:luxurioso femine:guloso subtrahūtur epule.Et si hoc videt̄ q̄ singula vicia cōsequat̄ ⁊ ex his oriat̄.non g̃ erit capi- tale.Sed videt̄ q̄ ex sola supbia oriat̄.qm̄ cū auarus

Secūdo af tracit̄ de oppressione ⁊ de violentia:furto:rapina:et de diminuto tristat̄.⁊ hoc est supbie.et ita videtur q̄ ira exeat a supbia vbi et tracit̄ pro cōcupiscētia lesa.

In oppm Quo ꝓcesso.Cōtra.de illo cui dolo ⁊ furtim res au- feruntur tracitur:⁊ cum est ibi alia oppressio violēta.

Solutio. Dicimus q̄ semp vel frequētius ira vicium mortale sclz ira deliberata est ex supbia.quia vt ꝑbs.Cum vis

trascibilis diſcōfortat:timet/deſperat.cum ꝛo cōfortatur:ſperat/audet/iraſcit.Ergo qui iraſcit ſp prius eſtimat ſe poſſe obtinere ſe ſuperiorem eſſe.et ideo mento ex ſupbia eſt ſemp et dicit audax mendax cōcupiſcentie leſe.

ꝙd audax

¶Tractatus viceſimusſecūdus ꝓtinēs ſex capitula.

SEquit de ira.Querit vtrū iraſci ſimpliciter ſeu in ſe ſit malū:ꝛ cuiuſmōi ſitvicium.ſcōo quō ſit capitale vicium.tertio cui ꝛtuti opponat.quarto de perturbatiōe q̄ annexa eſt ire.quīto de ſpēbus quas ponit damaſ.ſexto de eius filiabus.¶Primo videt q̄ iraſci ſimpliciter ſit malū.qm̄ eſt pmiſſiōis vt ꝺr ibi. Iraſcimini ꝛ nolite peccare.Sꝫ malum tm̄ pmittit.

Af primo.

Itē iubemur cohercere motū ire ſi ſurgat.vt ibidē dicitur.ꝛ qō malū eſt ſolū debemus cohibere.Item ibidē ꝺr q̄ venialis eſt ira q̄ non ducit ad effectū.Sꝫ nichil veniale niſi malū.igitur illa ira q̄ non ducit ad effectū eſt mala.ſed cōſtat q̄ illa q̄ ducit ad effectum mala eſt ꝛ mortalis.ꝑ oīs ira maluꝫ ſimpliciter ſiue iraſci ſimpliciter. Item dicit dionyſius q̄ ira in cane laudabilis vtpote ſue nature cōuenīēs:quia eſt aīal cuſtoditiuū.in hoīevituperabilis:vtpote ſue nature diſſonū.Eſt enī homo natura aīal manſuetū. Itē ira eſt appetitus cōtrarij doloꝛis.ſedvelle alij doloꝛē eſt velle alij malū.ſed malū eſtvelle alij malū.igit iraſci in ſe malū. Itē ira eſt appetitus vindicte.Sꝫ ait dñs Michivindictam ꝛ ego retribuā.vt legit.ix.in principio.f.f.lxx.vbi habemus Appꝛopinquauerūt viſitationes tue.ꝑ appeterevindictā qō̄dā malū eſt. Itē Leuitti.xix.Non q̄ras vltionē:nec memoꝛ ſis iniurie ciuiū tuoꝝ.Sed hoc eſt iraſci ſm hanc diffinitionem. ergo iraſci in ſe malū. Sed ꝓtra.Appetere vindictā ſm q̄ hic accipit.i.vel p ſe vel p alū poteſt eē bonuꝫ ꝛ malū.per altum bonū:quia opus iuſticie.qꝛ vindicatio eſt vna ſpēs iuſticie ſm tullū.et poteſt eē malū qm̄ per ſe in caſu nō cōceſſo a iure.ꝑ eſt indifferēs. Itē vt ꝺr in predicta glō.primus motus ire qui ſurgit in nobis nō eſt in ptāte nra. Item eſt inuincibilis.ergo videt q̄ iraſci ſimpliciter nō eſt malū. Item videt q̄ ira idem ſit q̄ odiū.qm̄ ira eſt appetitus ꝛrij doloꝛis qui doloꝛ eſt malū pene ꝛ ira malū.ꝑ ira ē appetitus mali:et ita amoꝛ mali qō ē odiū. Solutio.Dicimus q̄ iraſci pꝛout ꝺr ira appetitus contrarij doloꝛis in ſe malū eſt.ſicut velle p̄eſſe:velle laudari in ſe vel ſimpliciter malum.Sed ſm q̄ ira eſt appetitus veri eſt indifferēs.Nā illud ſm aug.Michivindictā.tē.locū habet vbi nec per ſupioꝛē nec per alū ius michi fieri poteſt illud leuiti.qm̄ recōciliatio fctā eſt.Sed cōtra hoc ſic.Qō in pīa diffinitione diffinit eſt ſimpliciter malū.qō in ſcōa indifferens.ꝑ non idem in ſpecie hic inde diffinit.Sed dico q̄ non idem ſm idem eſt diffinitū.Ad aliud dicimus q̄ ira eſt appetitus contrarij doloꝛis iungendi doloꝛē ꝓtra doloꝛē.vt ipſe actus ſit pīa ꝛ ꝓpꝛia materia ire.at ipꝫ malū ē materia odij.

Secundo.
Tertio.
Quarto
Solutio.
Auguſt. exponit illud ꝛ hoc af.
Solutio. Ad aliud.

¶Tertium capitulum.

TErtio querit cui virtuti opponit.Videt q̄ patiētie.quia ita ꝺr Iſidoꝛus ſup Deutero.7.vt in coꝛde nſo fornicatiōis caſtitas obtineat locū : furoꝛis patiētia locū:triſticie ſalutaris leticia Sꝫ caſtitas ꝓtraria eſt fornicatōni: triſticie leticia ſalutaris.ergo pumū. Item videtur q̄ ſit cōtraria iuſticie cuius eſt

Tertia q̄o Af primo.
Secundo.

vindicare pꝛout oꝛtet:qꝛ vindicatio eſt eius ſpēs. ergo appetere vindictā ꝓut nō oꝛtet erit iuſticie que eſt cōtraria iuſticie. Item videt q̄ ſit cōtraria ire per zelū cuiꝰ eſt vellevindicare pꝛout oꝛtet.igitur erit vicij oppoſitū.Sꝫ hoc eſt ire vicij.ꝑ primū.ſicut velle dare pꝛout nō opꝫ eſt vicij oppoſiti ſcꝫ ꝑdigalitatis. Item videt q̄ opponat māſuetudini.qm̄ ille māſuetus eſt vel mitis quē non rancoꝛ vel ira afficit. ergo māſueti eſt nō affici ira pꝛout opꝫ eſt māſuetudinis.Sꝫ ire vicij eſt iraſci pꝛout non opꝫ.ergo ſicut motꝰ ſunt ꝓtrarij ita ꝛ radices ſcīlz ira ꝛ māſuetudo. ſicut dare pꝛout nō oꝛtet et nō dare pꝛout opꝫ:ſed dare ꝛ retinere ſunt vicij ꝛ virtutis cōtrarij ſcꝫ prodigalitatis ꝛ largitatis. Itē ſm hoc videt q̄ ira p zelū ꝛ māſuetudo ſint vna virtus ꝛ eadē:quia habēt vnū vicū ſcꝫ trā vicū cōtrariū.Nam vnū:vni tm̄ eſt ꝛrium. Item ire per zelū pꝛout opꝫ māſuetudinis nō iraſci pꝛout opꝫ.ꝑ ſicut dare pꝛout opꝫ:nō dare pꝛout opꝫ ſunt eiuſdē virtutis.ita iraſci pꝛout opꝫ:ꝛ non iraſci pꝛout opꝫ eiuſdē.ꝑ primū. Itē hic ſunt duo extrema dare ſuperflue:non dare ſupflue.i.minus retinere.ꝛ vtrūq̄ vicij inter hec duo media laudabilia.ſcꝫ dare pꝛout opꝫ:non dare vt opꝫ.et vtrūq̄ vnius virtutis. qui ab altero ſcꝫ a dare dicitur largitas:ab altero ſcꝫ nō dare dicit parcitas ꝛ vnica q̄dē virtus.igit a ſimili cū hic ſint duo extrema.iraſci ſupflue:non iraſci ſupflue ſcꝫ nūq̄.et vtrūq̄ vituperabile.Silīter inter hec erūt duo media laudabilia ſcꝫ iraſci ꝓut opꝫ.ꝛ erunt eiuſdē virtutis ab altero ſcꝫ ab iraſci dicta māſuetudo.Quo ꝓceſſo.eadē rōne ira per zelū erit patiētia. quia ſicut ſe habet manſuetudo circa oppꝛobꝛia:ita patiētia circa coꝛporis aduerſa.Quo cōceſſo.Cōtra. ¶Patiētia eſt ſpēs foꝛtitudinis.ira p zelū iuſticia.igit hec nō eſt illa.cum iuſticia non ſit ſub foꝛtitudine vel ecōuerſo.Solutio.Dicimus q̄ ira vicū opponit ire per zelū.Ad primū dicimus qm̄ patiētia nō opponit directe ire:ſed qm̄ per quādam conſequētiam excludit iram.Qui enī equanimiter tolerat illata incōmoda de facili nō iraſcit.idcirco dicit locū teneat ire potiꝰ. Ad ſcōm patet ſolutio.Ira per zelū eſt iuſticia.ira ei oppoſita iuſticia q̄dā.Ad quartū ꝛ quintū ſoluimus per interēptionē.dicimus enī q̄ non iraſci pꝛout opꝫ nō eſt māſuetudīs ſed equanimiter pati oppꝛobꝛia. et ex hoc ſequit nō iraſci.Et ꝓpter hoc ꝺr in glō.ſup math.q̄ mitis ira vel rancoꝛe nō afficit.Sꝫ cum ꝛria habeāt eſſe circa idem.i.circa eādem naturā.quoniā vicū ſm q̄ ſupfluū ꝛ diminutū inoꝛdiat.virtus media oꝛdinat ponēs ꝛ cōſtituēs medium.vñ opꝫ q̄ ſint circa eādē.et ira p zelū iraſcit vicijs.ira vicū nature. ꝛ hec non ſunt eadē vident non eſſe cōtraria.Sed ad hoc dicim⁹ q̄ cum dico iraſcit vicijs nature.nō pono per datiuos materiā:ſed circūſtātias.ſicut cum dico dare diuiti.dare paupi.ſm hoc videt q̄ ira per zelū inter iram vicū ꝛ vicū ei oppoſitū qō ꝓſiſtit in diminutione. Sed ꝛ.Ariſtoteles in ethicis ꝺr q̄ hūilitas media eſt inter iracundiā et iraſcibilē.non ꝑ ira.cum hec ſit ſpēs iuſticie:ꝛ illa foꝛtitudīs. Solutō.Ariſoteles ponit ibi nomen cauſe pro noīe effectus.hūilitas facit q̄ hūilis nō iraſcit qm̄ debet:nec cui.et ſic de alijs.Itē facit q̄ iraſcit pꝛout debet.que oīa ſunt ire per zelū:ideo quia hūilitas cauſat eam.et ſic ariſto. cām poſuit pro effectu. Sꝫ cum dixit q̄ veritas q̄ eſt virtus qua aliqs dicit veridicus.i.vera dicēs de ſe et de his q̄ ad ſe ptinēt habet vicū oppoſitū in ſupfluo

Tertio.
Quarto.
Solutio.
Ad primū.
Ad ſcōm.
Ad quartū et q̄ntum
ꝛ hoc af.
Solutio.
Iterum af
Solutio.

supbiā.qđ esset falsuz:nisi poneret causa pro effectu. Ex supbia enim est seu inani gloria qđ vere idem est sit q homo supabundet dicendo de se vera:ꝛ tamen non est proprie superbia vel inanis gloria.

¶Quartum capitulum.

Quarta q̄stio.

Af q sic p glosam.

Quarto queriť de pturbatiōe.vtrum oīi ire sit annexa:vel ire inq̄tū ire. Af ire vicio sit ānexa cōstat. Item videť de ira per zelū.quia glosa dicit q hec turbat mētis oculum:vt postea reddat clariozē sicut colliriū oculū cozpalē.ꝛ ita omni ire est annexa perturbatio.ꝛ ita ire fm q ira. Sz cōtra. Jra p zelū fuit in chzisto q̄ est virtus:qñ eiecit vendentes.ergo perturbatio.ꝛ non sensualitatis sed rōnis.quia ira per zelū q̄ est virtus est tm̄ rōnis.ğ pturbatio etus solius est rōnis.ğ fuit in rōne perturbatus. Cōtra. Isa. Mō erit tristis nec turb.qz hoc nō posset itelligi de pturbatione sensualitatis fm quā legiť pturbatus fuisse. Item falsum videť dixisse isaias.qz iohēs dt. Mō perturbauit se ihesus. Mō nisi volūtarie.ğ illa pturbatio fuit volūtaria.igitur li.ar.ğ rōnis. Item queriť vnde est q ira purgat mentis oculū. Dicimus q ire fm q ira nō est ānexa pturbatio:sz ire vicio fm naturā infirmi subiecti.quia est in hoīe infirmo.hoc nichil aliud est q̄ suspicatio impotētie siue timoz de infirmitate.qđ idem est.qz timoz est suspicatio mali. Non enī iratus pturbať:quia suspicať ꝛ timet ne se possit vindicare.

In oppom

Sed cōtra hoc est isaias.

Iterum ar

q̄o incidēs.

Solutio.

Mō de xpo

Ad argum tum.

Ad vltimū

Exemplū.

Ad vltimū dicimus q oīs motus penalis qui est ex caritate cadens in aiam eam purgat eo q est cōtrarius radici omnis pcti scilz libidini.idcirco extirpādo radicē pcti ab aia purgat eam.sicut lisciuia q̄ sordes purgat/lauat.quas si non inuenit:vestem clariozē reddit. Dictū est q ire pturbatio ānexa est p quā ita cōtrariať sciētie vt dicūt scti

ℑ dicta ar.

dono spūs sancti que est electio faciendoꝝ. Sed hec pturbatio nō est nisi suspitio vel timoz siue estimatio q non possit vindicare.et hec forsan est veritas q̄dā. Veritas aūt ꝛitatē non excludit a cognitiōe nec cecitatē inducit.vt dt Aug.in libro de pfectione iusticie Infirma mēs est que qđ faciendū est vel cecitate non iuidet vel difficultate nō prebet. Sic ğ per hāc suspitionē nō est sanitas in aia per quā impediatur videre quid facīēdum.et ideo fm hoc ira nō est cōtraria scie dono nec ꝓpter malā volūtatē:sic omni pctō ꝓtrariū eēt donū sciētie.

Solutio.

Augustinꝰ

Dicimus q ibi est duplex estimatio: seu timoz seu suspitio illa quā diximus. Item alia q̄ estimat illū qui iniuriam intulit inimicum vel timet seu suspirat:q̄ inimicitia est vnū eoꝝ que timenť sicut infirmitas.ꝛ hec estimatio vel suspitio falsa sp. Mali enī qui nos exercent nō sunt reputādi inimici:qz sunt flagellū vt dicit Aug.quibus dñs flagellat quē recipit:ꝛ lima qua limat in electis rubiginem pcti.ergo hec falsa suspitio caliginē ꝛ cecitatem inducit ꝛ illam perturbationem.

¶Tractatus vicesimustertius.

Sequiť de spēbus ire quas ponit damas.et sunt tres vt dicit. Fel siue fellea passio inauia q̄ significatur:scilz ira simplex ira pmanēs q̄ inauia dicit vel a permanēdo vel a meōrie tractādo. Item ira tēpus vindicte obseruās. Fellea aūt passio est eius cui circa coz est sanguinis ascensio ꝛ ex acutis vapoꝛibus fellis feruēs. Cum enī nobis iniuria inferť vel estimamus inferri tristamur:ꝛ ex cista fellis stricta exalanť acuti vapoꝛes vsq ad coz qui sanguinē circa coz accendūt ad appetitū repūctiōis seu vindicte.vñ dicit q fellea passio est habēs principiū ꝛ motū:qua scz ē desiderū repūctionis principiū scz ascensionē sanguis. Sz quō spēs he distinguūtur. Nūqđ ira trāsiens:ira pmanēs sunt eiusdē spēi:sicut sunt luxuria pmanēs luxuriosa trāsiēs. Item ira que tps vindicte obseruat ꝛ que nō obseruat:nōne eiusdē spēi sunt? Dicimꝰ q sic.sit ista diuisio ex accidēs.sicut dicit q homo thebanꝰ:homo romanus sūt diuerse spēs hoīs.qđ innuit idem post ponēs in diffinitiōe ire in qua oēs ꝓueniūt scz Jra est audax vindex ℑ legē. Sed iter obiciť sicut damas.q fel siue fellea passio est passio mixta. Sz cōtra vt dicit hec est habēs principiū scz ascēsionē sanguinis motu scz desideriū repūctionis.primū non est in aia sz scdz solū:ꝛ est simplex passio. Item sicut dicit damas.duo sunt in aia:rōnale et irrōnale.primū qđ imperat. Itē irrōnale duplex.vnū qđ est inobediens rōnali sicut ꝛ dicit.i.pulsatiuū per actionē scz inspirādi ꝛ expirādi siliter nutritiuū/augmētatiuū/formatiuū. Obediens duplex:cōcupiscibile scz ꝛ irascibile. Si igitur ira est passio mixta:igitur ex cōcupiscentia ꝛ ira. Et videť q ita dēat dici q ideo dicť mixta:qz ibi duplex passio cōcupiscētie ꝛ ire. Appetit qui irascitur vindictā:qđ est desiderū repunctionis. Itē appetit delectari in vindicta vt hec sit cōcupiscibilis:sicut volumus cognoscere deum in deo cognito.et hec non sunt vnius virtutis: sed primū fidei:scdz caritatis cuiꝰ est desiderū fruēdi deo. Scdz hoc erit ire appetitus vindicte inq̄tū vindicte.sed cōcupiscētie erit desiderū delectādi in vindicta. Sed ℑ. Fellea passio est (vt dixi) habēs pncipiū ꝛ motū qui ē desiderū repūctiōis q ascēsio sanguis preceſſit ad cōmouendū desiderū illud.vnde dz Fel ꝓmouet iram. Nullus alius modus preceſſit qui eēt delectādi in vindicta abstinētia.et ita eiusdem tantū virtutis est ꝛ abstinere de abstinēdo vl in abstinēdo. Idem de castitate.ğ siliter eiusdē vicij est desiderare vindictā:ꝛ delectari in vindicta. Itē ira est desiderū vindicte scz inq̄tū boni.qz qui irascitur illū qui iniuriā infert vl quem estimat iniuriā inferre estimat dignū angustia.ꝛ ita in eo est desiderū vindicte vt boni scz delectabilis. Sed qui appetit vinum vel dulce vel in vino delectari vel in dulcedie vini idē appetit ꝛ vult: igitur a simili.qui desiderat vindictam vel delectari in vindicta idē volitū hoc frui vindicta et hec est ipsa libido vindicte q̄ est ira viciū.et ita falsum est q vnū sit concupiscibilis:altez sit ire. Nec est silē qđ inducit de fide ꝛ caritate. Cum quis enī vult cognoscere deū ꝛ delectať in deū cognouit deū.non dico in cognitiōe dei qđ esset fidei proprie.ꝛ hoc aliqs vult vindicari ꝛ vult delectari in ipsa vindicta:non in alio a vindicta. dicitur tamē mixta passio:quoniā semp ibi est aliqua cōcupiscentia lesa:vt dictum est.vnde ira dicť audax vindex concupiscentie lese.

Prima q̄o

Alia q̄stio.

Solutio.

Quid ira.

Iterum ar

Secundo.

Duplex obediens.

quid appetit q̄ irascit

ℑ hoc ar.

Secundo.

¶Scm capitulum.

Prima qo vtrū ira sit filia ire.

Af q non.

Scdo af de alijs. aristoteles

Solutio.

In oppm

Solutio.

Uellevindicare tvindicare.

Exemplū a simili.

ꝫ ista af.

Augustinꝰ

Jeiunare ē iusticie t tēperantie

Exemplū.

Solutio.

Sed dō q̄rit de filiabꝰ ire q̄ sunt sm glosā. rixe/timor/cōtumelie/clamor/indignatio/blaphemia De rixa primo querit quō sit filia ire. Hec enī est altera a generatiua pene. Qui enī irā ꝓminat nō inferit eam. Nō ergo ira q̄ est appetitus vindicte rixā gnat p mediationē nec p affinitatē vel cōtrarietatē. Item videt q̄ contumelia/clamor/indignatio/blasphemia nō sūt filia ire: sz q̄ sint ira q̄ est vt dicit aristo. appetitus vindicte ꝓpter apparentē examinationē. i. contristationē. Irascēs enī et q̄ sibi infert iniuriā vel quā estimat sibi inferre appetit dolorē. Contra. Estimat eū dignū angustia. vt dicit damasce. at his quattuor angustia infert. t hec est repunitio: sed etꝰ vicij ē velle repunire qō est ire. t repunire qō fit in illis quattuor. Sicut etiamsdēvicij est velle fornicari t fornicari velle adulterari t adulterari. igr a simili: velle repunire t repunire. t ita cū his quattuor repuniamꝰ nō sunt filie ire: sz ipa ira. Sic ꝓbat q̄ homicidiū est ira qr occidēdo aliqs sevindicat. sīlr t rapina. Sepe enī aliqs volēs vindicare occidit: alij aufert bona sua. Dicimꝰ q̄ verū est q̄ ira est desideriū repunitionis vel vindicte. t lz vindicare sit gnale: qr vel rapiendo vel occidendo vel opprobriū dicēdo. t cū se vindicat aliquis: tñ volūtas q̄ cadit in istud gnale particulars est et particulare facit viciū. t voluntates q̄ cadūt circa diuersa particularia vt occidere rapere blasphemare particularia vicia generāt. t sic velle vindicare se et vindicare nō sunt eiusdē vicij. Sz ꝑmūviciū. viciū scōm vicia multiplicat. t si enī genus multas spēs cōtineat ꝑdicatione: tñ volūtas q̄ stat in gne nō est generalis ad volūtates q̄ stant in spē. sicut ptz in scientia cogitatione: t quasi in oibus q̄ sūt ratōnis. Sz cōtra hoc obicit. Subuēire egētibꝰ est gnale t executionē recipit in mults. s. potare sitētes: vestire nudos t sic de alijs. tñ qr hec oia cōuenīūt in hāc cōmunē ratōnē scz subuenire egēti in quo est intēsio mie. Omia ista opa spe differētia sunt: tñ vniꝰ virtutis in spē t vniꝰ t eiusdē virtutis est velle subuenire ꝓmo egēti: t vel le potare cibare de carcere soluere: t sic de alijs. ad q̄ scz tenemur ex amore quē habemus ad corpus tenemur iuuare t sustētare: igr a silri. cū vindicare sit genꝰ executionem habēs in multis. s. rixari indignari clamare cōuitiari percutere occidere rapere. q̄ oia conuenīūt in cōmunē rationē. vindicare certa est intētio ire eius: g̃ eiusdē vicij cuiꝰ est velle vindicare. Dicimus qm̄ in vicijs t in virtutibꝰ quedā opa tñ habēt vnā ordinationē ad corpus: q̄dā plures cōparatōnes siue ordinationes. verbi gra. Jeiunīū est afflictiuum quoddā corpis. Jtē ieiunio. i. cibo et potu horis. i. statutis t certis t tēperate sūptis ad suas opationes naturales t volūtarias q̄ in eo exercet humiliꝰ reddit tur. vñ augu. Qui corpus affligūt nō id agūt vt corpus nō habeant sed vt ipm ꝓptū ad diuina seruitia possideant. q̄tū ergo ad hoc qō est afflictiuū corporis ieiunare ē satisfacere. vñ cū satisfactio sit spēs iusticie sic ieiunare est opus iusticie: q̄tū ad scdam ordinationem est opus tēperātie. Et ita idem opus plurīū virtutū. Jdē est in coitu cū vxore: qr potest esse iusticie. item t continētie. Similiter distinguendum in vicijs vtvbi aliquod opus plures habet ordinationes posset esse diuersoꝝ viciorꝝ. vt in occidere hoiem in blasphemare: t sic de alijs. qr in q̄tū ad hoc q̄ ē repunitō possunt esse ire: t q̄tum ad alteram ordinationē sunt alterius vicij. qō non est ira: sed eius filia. vt in operibus misericordie differentibus nō est nisi vna ordinatio q̄tum iuuant et sustentāt. Et idcirco cū illud tantum intendat qui miseretur non sunt nisi vnius tantū virtutis ola opera scz misericordie. sicut fornicari nō habet nisi vnā fornicationē vnde velle fornicari t fornicari. Sed nisi vnū opus particulare diuersas hīet operationes in vno opere possent esse diuersa vicia vt in deflorationē virginis: quia homicidium et fornicatio. ꝛc. et vnum vicium et diuersa. Hec circa talem diuisionem.

Prima questio vtrum timor sit filia ire. Capitulum tertium.

Af q non.

Secundo.

Solutio.

Duplex timor.

quō ira generat timorē

qstio icidēs de clamore

Solutio.

Alia qstio.

Respōsio.

Af de blasphemia.

Solutio.

Nunc de partibꝰ t primo de timore. quomodo ponitur filia ire: quia si posq̄ ille qui vult vindicare se timet ne possit assequi qō amat: pari ratiōe erit filia superbie inanis glorie: qr ille timet ne possit excellere qō amat. altus ne possit assequi laudem quam affectat. Et idem de omi vicio vbi est aliquis amor quomodo generat timorem: quia non peꝛmediationem cū per hanc nō assequatur finem suū: imo magis expellitur a fine suo. Jtem nō per affinitatem vel similitudinē: quia ira est corruptiua timoris: sed nec per contrarietatē: quia sit contrarius dono scientie: ergo non est eius filia. Solutio. Jlle timor quez diximus nō est filia ire: sed est comes cuiuslibet vicij Ubicunq̄ enī est amor ad minus illicitus sequitur timor: vel de non adipiscendo amato vel de amittēdo Sed est ibi naturaliter alius timor. s. inimicitie que est vnū de quinq̄ que timentur. Semper enī quivult se vindicare timet hīe inimicū. sicut q̄ alij benefacit expectat eū habere amicū. generatur aūt ab ira nō per similitudinē: sed affinitatē vel vicinitatē. sicut humilitas mansuetudinē. Queritur quid sit clamor i quo a rixa et cōtumelia differt t quomodo generetur ab ira. Et dicimus q̄ est immoderata exultatio vocis timorem incutiens. vt quādo dns in domo sua iratus immoderate vocē exaltans toti familie timorē incutit. Ex quo patet differentia a rixa que est in cōminatione pene t cōtumelia que est in exprobratione turpium et inhonestorū. et generatur ira per mediationem qm̄ semper angustiatur quibus irascitur: timorem enī semper sequitur mentis sicut species que est expectatiua boni semper iocūdat: t ita est mediatio. vnde in clamore ira suū sequitur finez. Querit quid sit indignatio. t dicimus q̄ est assertio vel mente vel voce. seu assertio vtilitatis eiꝰ cui irascitur: quare hoc fecit michi ribaldus ille: ille talis: qō maxime illuz angustiat sc̄z hec abiectio t vilificatio t generatur ab ira per mediationem. Sed obicitur quomodo blasphemia sit filia ire. quia hec est quādo de deo vel de sanctis maledicimus. t quid ad iram que est desiderium repunitionis in eo qui nobis intulit iniuriam re vel appetitu. Dicimus q̄ iratus non solum ei qui intulit iniuriam irascitur: sed et ei cuius auxilio vel auctoritate vel consilio reputat esse factum et vult eum repunire. Sed qō est summa stulticia hic turbatꝰ credit deū hoc ei fecisse vel scm̄ petrū. et iō turpia dicit qō est demētia magna: deū qm̄q̄ talis videt cōtristare et cōtristat lz nō vere. sicut cū qs exprobrat viro sctō

Glosa. ipm ꝙtū in se contristat: sed nō vere. qz vt dicit glosa Qui non amat gloriā non timet infamiā.

¶Contra predictā diuisionē arguit.

Secūdo Tertio. ITem videt ꝙ diuisio p̄dicta insufficiēs sit: qz vt ptz p predicta homicidiū est filia ire. Itē ysido. ponit eā filiā ire. Item opponit de odio qđ naturali ter seqtur cū quis irascit vult ei dolorē ⁊ penā: et ita malū et amor mali. Itē videt ꝙ odiū sit capitale vi-

Quarto Quinto ciū vt ira: qz ex qua causa ira ꝓcedit ex ea odiū ⁊ equi distāter: scz ex cōcupiscētia lesa. Si ḡ vnū capitale ea dem ratione ⁊ aliud. ¶Preterea caritas est caput om nium virtutū. Itē cū quis se vindicet ⁊ ore ⁊ opere frequēti ope ꝙ ore. videt ꝙ filie ire maxime illius q̄ tēpus obseruat ad vindictā eque vel magis in opere cōsistat ꝙ in sermone. Sed glosa nō assignat nisi illas

Ad vltimū que i ope: igit insufficiēs fuit illa enumeratio. Ad hoc vltimū dicim⁹ ꝙ verum est ꝙ et filie ire in ope consi stūt nec hee ptermittūtur: scz sub rixa cōtinētur vt ap

Glosa Ad illd de homicidio paret ad galath. in fine. Ire rixe. ⁊c. glosa. qñ exteri⁹ se pcutiūt. Ad illud qđ de homicidio obicit dicim⁹. qñ hic precipue fellee passionis filie ponūtur: ⁊ p̄me tantū que si in opere cōsistūt sub rixa cōtinentur q̄ est in vulneratiomb⁹ ⁊ percussiomb⁹ quas seqtur homi-

De odio ꝺz cidiū. ⁊ ꝓpt̄ hoc glosa: qz homicidiū nō posuit quasi inter filias: qz nō est de primis. Ysido. alia ratione po suit de odio. Dicim⁹ ꝙ nō est filia: sed comes ire. ⁊ est odiū vbi nō precessit ira. vñ pot⁹ filia inuidie ponit. Itē si sit comes ire. nō tñ est capitale viciū vt ira: nec vt caritas virtutū. Caritas enī naturalē hz audaciaz ad oīa aggrediēda ⁊ tolerāda. q. iustus vt leo ꝓfidit odium. q. timiditatem habet annexam: sed ira auda ciam. vnde videt audax dicitur. Idcirco quia alia potius ꝓmouent suum finem: ideo multa ꝺz gñare.

Glōr ysido. vident ꝺrij. Solutio. Alia q̄stio. Solutio. Itē glosa ponit sex filias. ysido. tres. igit hic supflu⁹ vel ille diminutus. Non seqtur. nā sex ad tres redu cūtur. Ad clamorē contumeliā indignationē blasphe miā reducit ⁊c. Sz quare tot posuit igit ⁊ nō plures? Dicim⁹ vt dicit dama. ꝙ delicie aut sūt tm̄ spūales. s. spūs scm̄ se. aut medievel mixte spūs ⁊ corpis. i. spi rit⁹ in corpe sol⁹ corpis nulle: sic ⁊ tristicie. Cū ergo filie ire precipue quas p mediatōnē gñat in repuni-

Cōtristabi le duobus modis con tristat. tione cōsistāt. ad has merito oēs est reducere. Cōtri stabile duob⁹ modis angustat. vel expectatōne illius vt in timore q̄ angustiat. Est enī expectatio cōtrista-bilis sicut spes exaltat q̄ ē expectatio boni vel p ipi⁹ presentiā. sicut ⁊ bonū his duobus modis delectat. Licz dicat dama. ꝙ leticia sit penitētia boni ꝙ ad tri sticiā corporalē seu mixtū ad rixā que in pcussiomb⁹ cōsistit ois talis filia ire reducitur. Itē cū timor incu tiatur distincte per rixā: indistincte per clamorē. ⁊ nō pluribus modis. omnis repunitio que sic infertur p expectationē contristabilis: vel ad rixam verborum vel clamorez. Vere aūt repunit faciens presens con-tristabile. Ideū quis intulit refert ad contumeliā vel indignationē: quarū vna verbo vilificat: alia mente vel vna explicādo conuicia: alia non explicādo. si au xiliator em irati iudicio referre ad blasphemiā de ti-more non loquitur quem non generat hoc modo vt dictum est.

¶Tractatus vicesimus quartus conti nens quinq̄ capitula.

SEquitur de accidia. Primo videndū est quid sit ⁊ an sit viciū. Scdo cui virtuti sit contrariū. Tertio an sit capitale viciū. Quarto cui vicio in su-perabundātia sit oppositū. Quinto de filiab⁹. Inde sic. Augu. dicit ibi super ps. Oēm escā abhoīata est aiaꝝ eoꝝ. ⁊c. ꝙ accidia est tedium boni: ⁊ econuerso si bene assignauerit. Sed omne pctm̄ est tediū boni vt patet per singula. Luxuria enī abhominatur in vindi ctam carnis ⁊ refugit: ⁊ quelibet virtus abhoīatur ⁊ refugit suū contrariū. ita ⁊ viciū similiter, sīvni sicut febricitanti corporaliter re vera dulce est amarum ⁊ ipm refugit ⁊ abhominatur: ⁊ ita febricitāti spūaliter qđ dulce est spūaliter videtur amarū: ergo sic omne peccatū est accidia. Nō est ergo vnū viciū spūale ⁊ ca pitale. Item damasce. Accidia est aggrauās: sed in-uidia est tristicia aggrauās. ꝓstat ꝙ tristicia similiter erit aggrauās: quia omne peccatū aggrauat sicut vir tus subleuat. Et preterea pēne dicūtur quibus vola mus sursum. sed peccatū suo pondere premit. Unde iniquitates mee sicut onus graue: ⁊ iniquitas dicitur sedere super talentū plūbi: ergo accidia est inuidia: q̄ male in hac diuisione adinuicē distingūtur. Itē aug. in libro de moribus eccleśie dicit ꝙ ois virt⁹ est amor ordinatus: ergo a cōtrario. Omē viciū est amor inor-dinatus: ergo accidia est amor inordinatus. Item vt dicit aug. Omē peccatū est voluntariū: ergo accidia est voluntaria: ergo est volūtas vel cū voluntate vel in ea est volūtas. Sed omis volūtas est boni vel ap-parētis boni: ergo accidia est amor vel in ea est amor Item virtus ⁊ viciū scm̄ pm̄ fiunt circa delectatio nes ⁊ tristitias. ⁊ hoc est generaliter dictū de omi vir tute et vicio: ergo ⁊ accidia est circa delectationes et tristicias: ergo ei est delectatio ⁊ tristicia annexa. Sz amori hec annectuntur: igitur accidia est amor. sed amori iest leticia scz in p̄sentia rei amate. vñ in puer. xiij. dicitur. Desiderū si cōpleat delectat aiam: ergo in accidia est leticia siue delectatio. ⁊ accidia est tristi cia: ergo in tristicia est leticia. Solutio. Dicimus ꝙ tediū boni scm̄ ꝙ est generale ⁊ comes est cuiuslibz vicij seu ē dispositō cuiuslibz vicij. Sz tediū boni put est graue in cōsideratōne infirmi siue difficile est sol⁹ accidie. Est enī accidia ꝓprie prout de ea loquuntur sancti diffidētia de implēdis mandatis dei per q̄ ventur advitā. Accidiosus enī cōsiderat mādata dei que multa sibi videtur ⁊ difficilia ⁊ grauia ⁊ q̄ diu nō pos sit ferre. vnde diffidit de his iplendis. qđ sepe contin git in monachis mandata ⁊ obseruātias plurimas si bi graues ⁊ difficiles intuentibus. ⁊ hec diffidētia sp generat tristitiā spūaliter aggrauantem mentē sicut confidentia que est spēs fortitudinis delectat et gau dium generat. vnde Spe gaudentes. Si ergo secū-dum essentiā sui nominetur dicetur diffidentia de im plendis mādatis. Sed quādoq̄ a cōsequēte noīatur et dicitur tristicia vt diximus de inuidia. Ad secūdo obiectū dicimus ꝙ inuidia est tristicia aggrauās ge-nerali tristicia que est cuiuslibet vicij: sed nō particu-lari tristicia. Ad tertio obiectū dicimus ꝙ accidia est amor ⁊ omis virtus amor vt fides cuius est credere et velle credere. Similiter inq̄tū amor eius est velle credere: sed inq̄tum fides eius est credere. sic ⁊ acci-die. vult enim diffidere quando diffidit vt ꝺz. ¶Pecca tor cum venerit in profundum peccatorū contemnit id est sine fine vult peccare. In hoc enī est aliqua de-lectatio: sicut ei q̄ ex tristicia vult mori inest ei aliqua delectatio orta absorpta a maiori tristicia. Currit e-nim ad laqueū volens. vel potest dici cū sicut dicitur. Si diuicio delectatio inest aliqua. accidia est viciū: igit

¶Prima q̄o vtr̄ accidia sit pctm̄ spe ciale.

Af ꝙ non.

Secūdo p damascenū

Tertio.

¶Psalmista

Quarto p augustinū.

Quinto p augu.

Sexto.

in puerbijs

Solutio.

Duplex te dium.

Accidia q̄d est.

Exemplū i monachis.

Quō noiat dupliciter.

Ad scm̄

Ad tertiū.

Si arguat

et ineſt leticia.fallatia eſt ſcōm accidēs. tamen pōt cōcluſio concedi ſi ſcōm hoc noiet: ſecus ſi a ꝑte.

Soluttio.

¶Secunda queſtio.Ca.ij.

Vt q caritati.

QVerit cui virtuti opponit: videt q caritati ſic. Quor effect⁹ cōtrarij:ipa ꝗq contraria.ſz accidia facit q homo abhoiet bonū nec delectetur in illo Sz ecōtra.caritas facit vt delectet in bono. Si dicas q accidia facit abhoiari bonū nō ſcōm q bonū:ſz ſm q graue.Caritas aūt facit vt delectet in bono ſcōz q bonū.Videt q hoc ſit falſū:qz ibi dicit augu.q caritas facit oia bona vel facilia: ḡ caritas delectat in bono ſcōz q graue vel difficile.Itē ad idē p expulſionē qz videt q accidia ꝑ caritatē expellat et ei ſuccedat cū expellit:qz ōr ab aceo aces.Per hāc enī tranſit aīa in acetoſū ſapozē. Hoc aūt nō niſi p expulſionem ignis ſpūalis.ſicut vinū nō fit acetoſū niſi p euapozationē ptiū igneaz Ignis aūt eſt caritas:ḡ loco caritatis ſuccedit accidia:igr opponit illi. Cōtra.math.vi. ibi Bti qui eſuriūt t ſitiunt iuſtitiā: ḡ fortitudini opponit accidia. Itē yſido. ſup deutero. Loco accidie incolat fortitudo. Propter hoc dicim⁹ q opponitur fortitudini ſiue cōfidentie de iplendis dei mādatis t nō caritati:qz caritas eſt de bono ſcōm q eſt in quiete et nō eſt de bono ſcōm q eſt in agere. Sed vez eſt q generat alias virtutes t dat oībus dulcedinē t iocunditatē fidei.ꝑpter qd etiā difficilia vidētur facilia.vñ nō delectat caritas in bono ſcōm q in agere niſi ſcōz q gnat cōfidētiā de qua ōr a dño.Cōfidite qz ego vici mundū.t illud.In dño cōfido: t btūs vir q cōfidit in dño. Et ſic pz q nō ſūt effect⁹ cōtrarij caritatis t accidie.ſed inuidia q triſtat de bono ſcōz q bonum vt dictū eſt ſupza. Ad ſcōm obiectū dicim⁹ q facere acredinem in aīa cōuenit cuilibet pctō mortali ſcōm q ē dei offenſa t ſm q aīam interficit. Et ſic omē pctm eſt cōtrariū caritati:tñ hoc appzopziat accidie:qz diffidētia gnat deſperationē t tozpozē circa p̄cepta.vñ plus hz acredinis:t ideo qd eſt cōmune illi appzopziat.

Quō caritas ē in bono.

Ꝑ hoc ar ꝑ augustinū.

Secundo.

Exemplū.

In oppom

Secundo.

Solutio.

Ꝓ ſm q

Ad ſcōm.

¶Tertia queſtio.Capitulū tertiū.

Af q non.

QVerit vtrū ſit vitiū capitale.videtur q nō.dicit gloſa.Ira turbata gnat triſtitiāvel accidiā:igr eſt ex ira:igr nō eſt capitale viciū. Itē ex hoc videt q nō ſit pctm:qz oē pctm vel eſt libidovel eſt ex libidie Sz hec nō eſt libido nec ex libidine:ſz ex ꝓturbatiōe ire ꝙ nō eſt libido. Itē ex hoc videt q male fit ſupza aſſignata accidia Scz accidia eſt de iplēdis mādatis diffidētia ꝑ que venit ad vitā:imo videt q ſit diffidētia reſpectu alicui⁹ tpalis cōcupiſcētie. Ira enī turbata gnat accidiā vt dixi.ira eſt audax vindex cōcupiſcētie leſe.Cū enī ds concupiſcit excellere vel hre gram inter aliōs t ōr ei cōuiciū traſcit:qz cōcupiſcētia ledit et ex hoc triſtat et ex triſtitia cū videt q nō pōt aſſeq̄ qd deſiderabat diffidit q illud nō poſſit hre:ḡ diffidētia eſt reſpectu rei tpalis quā cū nō pōt cōſequivult repellere ꝙ ſibi nocēt ad aſſeq̄ndū illud.Dicimus q accidia ſcōm q a ſctis accipit nō eſt niſi diffidentia de iplēdis mādat⁹ dñi ſicut ꝓbāt auctozitates iſte ſupza et ſup illū locū.Bti q̄ eſuriūt t ſitiūt iuſticiā.Et ē viciū capitale lz ex ira ꝓueniat ſepe.Licz enī vnū viciū capitale ſepe ex alio oziat nichilomin⁹ ē capitale: qz ex gula ozit ſepe luxuria:nichilomin⁹ tñ eſt capitale. Sed cā qre eſt capitale hec eſt.qz eſt vel pōt eē ex ſuperbia vel fomite:t pōt eſſe ꝓncipiū ad multa vicia. et hoc eſt in accidia.Freqnter enī ꝓuenit ex ſuperbia pura et fomite.verbi gra.Aliqs eſt inter frēs.videt q alij habēt aliquas gras quas nō pōt aſſequi et per hoc videt q non poterit excellere triſtat t diffidit.et ꝑterea proni ſum⁹ ad malū t ad remiſſe agēdū:t ꝑterea ex hac naſcūtur plura pctā.t ideo eſt capitale. Ad ſcōm dicim⁹ q accidia ex libidine eſt. Ad hoc qd dicit q eſt ex ꝓturbatōne ire verū eſt:ſz mediāte libidine. Interuenit enī alia libido ꝑ qd triſtat. aliter eī triſticia nō gnat accidiā: imo non aliter eſſet triſticia niſi libido adeſſet.verbi gra. Aliqs eſt in claustro et vellet bñ agere.videt murmurātes ꝙ eum deridēt t cōuiciātur triſtatur t iraſcit:qd ex libidine eſt:qz qui nō querit gram nō ſentit cōtumeliā:t ex illa triſticia cadit in diffidētiā vt nō poſſit bene agere inter eos. Aliqn aūt ex libidine luxurie vel cupiditat⁹ t amor⁹ parentū ſubintrāte hmōi gnat onus religionis. Vñ amaz eſt ei eſſe ibi: t qz nō habet delectationē tpalē in claustro nec ſpūalē (cū aīa nata ſit ad delicias)incipit vagari ꝑ claustrū t verboſus eſſe:nō aliquid facit tēpoze opoztuno.t ſi facit:facit contra coz.t ita advltimū exit vt luxurietꝫ in mūdo. Ad tertio obiectū dicimus q accidia vel diffidētia dupliciter pōt accipi.vel cōiter vel ſtricte. Stricte accipit ſcōm q eſt de mādatis iplendis.t ſcōz hoc eſt vnū viciū capitale. Large ſm q diffidentia iplēdoz mādatoz vel repellendi alia q̄ contra noſtrā volūtatē accidūt. t ſcōm hoc yſid. cuz dixiſſet q eſſent ſeptē capitalia vicia ex ſeptēplici fomite poſuit triſtitiā diuidēs ab accidia. vñ accidiā et diffidentiā cōiter acceptā diuiſit in duo. In diffidētiā mādatoz iplēdoz q̄ ꝓprie ōr accidia.t diffidētiā aſſequendi qd cupimus: vel repellēdi qd obſtat:t ſic uidit triſtitia contra accidiā.et ſic patet ſolutio ad tertium per diſtinctionem.

Per hec ad primū.

Ad ſcōm.

Quō accidia gnat ex libidine

Ad tertiū.

Accidia dupliciter capitur

Iſidorus.

¶Quarta queſtio..Ca.iiij.

Af q nulli

QVerit cui vicio ꝑ ſupabūdātiā opponit accidia cū enī ſit triſticia pmanēs ex eo q diffidit ds ſe nō poſſe iplere mādata ei opponet leticia ſpiritualis quā habet ds in mādatis. Sz cōſtat q illa leticia ſpiritualis nō pōt eſſe nimis abundās:qz cū ſit gaudiuz ſpūale bonū eſt q̄tūcunq; ſit imenſa. Itē ſi accipiat accidia accidie act⁹.ſ.diffidētia de auxilio dei.ꝓbat q nullus pōt de eo nimis cōfidere.qz ſcriptū eſt Beat⁹ vir qui cōfidit in dño. Dicim⁹ q accidia eſt nomē act⁹ cū ſua actōne paſſione. Unde ſi ds velit ſumere viciū ei oppoſitū per ſupabūdantiā dz ſumi act⁹ ille.ſ.confidentia qua hō confidit de implēdis mādatis de viribus ſuis t auxilio dei. Unde dicimus q accidie opponitur nimia cōfidētia de ſuis viribus t auxilio dei ſicut apparet in illo qui non eſt multū exercitatus in bonis operibus t vult ad arcē contēplatōis aſcēdere cū oporteat eū ꝓ̄io ſe exercere in cāpo actiōis. Hui⁹ ꝑſonā gerebat petrus cū ait. Si oportuerit me mori tecū non te negabo.vbi aug. Auis ſane pennis volare nititur.t in exodo.

Secūdo

Ꝓſalmiſta Solutio.

Nimia ꝓfidētia oppo nitur.

Petrus Augustin⁹

¶Quinta queſtio.Ca.v.

Af q ſic.

QVerit vtrū accidia ſit maximū pctm.videt q ſic qm oē qd maxie vulnerat aīam eſt pctm maximū. Sz accidia maxie vulnerat:igr eſt maximū pctm Probatio ꝓme. Omē pctm vulnerat: t ideo ē peccatū quia vulnerat. quia inde eſt malū.ſ. quia nocet vt dicit aug. ꝓbatio medie i eccliaſtico. Omis plaga eſt triſticia cordis. Item omē illud qd maxime facit

Augustin⁹ Secundo.

aiam descẽdere in infernũ est maximũ pctũ. Sz accidia est hmõi.qz vt dicit ysido. pondus in spiritib⁹ est tristitia cordis. Itẽ quod maxie separat aiam a deo est maximũ pctũ:ꝛ tale ḋd est accidia. qz sicut letitia maxime cõiũgit et facit aiam fortẽ:ita tristitia maxie reddit eã debilẽ. Dicimus ꝙ accidia non est maximũ peccatũ;sz desperatio.ꝑ qđ dicit. Omis plaga est ꝛc. gñaliter põt intelligi ꝛ spãliter. Si gñaliter fm ꝙ dicim⁹ ꝙ cuilibet pctõ naturalit est annexa tristitia: qz oñe peccatũ plagat aiam. ꝛ ex illa plaga est pena tristitie q̃ est cõsũmatio illi⁹.sicut sanitas aie cũ incipit a virtute ꝛ pficit p leticiã. tũc est sensus. Ois plaga.i. omẽ pctũ tristitia est:ꝛ sic nõ quelibet tristitia ẽ pctũ tristitia.i. q̃ est in desperatõnẽ q̃ est filia accidie. ꝛ sic nõ opz ꝙ sit maxi mũ peccatũ. Ad scõm dicim⁹ ꝙ illud solũ est maximũ peccatũ: qđ effectiue maxie descendere facit. Sz nõ quod formaliter: qz tristicia põdus est ꝛ formalit facit descẽdere:ꝛ qđ sic facit descẽdere nõ est peccatũ sicut letitia spũalis q̃ formaliter facit ascẽdere nõ est virtus. Sitr ad illud qđ maxime sperat ꝛc. Dicim⁹ ꝙ falsũ est si intelligat effectiue ꝛ formaliter ꝛ gñaliter Sed si de prima causa effectiua verũ est. Si de imediata falsũ est. qz in opposito pz ꝙ letitia est q̃ maxie cõtungit deo.nõ tñ est virtus: sz caritas q̃ effectiue et primo cõiũgit deo.illa maxime est virt⁹.cõiũctio formaliter contigit letitia effectiue est caritas:sz letitia imediate. Ad quartũ soluendũ qđ maxime debilitat aiam est maximũ pctũ.verũ est effectiue.

Isidorus Tertio.

Solutio. Ad primũ.

Que tristitia est maximum pctũ

Plaga desperatiõis. ꝺ dictuz isidori aꝰ.

Solutio.

aliter dr negãdo miorez.

Dupliciter intelligit.

tristitia naturalis ꝛ tristitia voluntaria.

Ad scõm.

Ad aliud.

Letitia et caritas tungũt deo differenter.

Ad quartũ

¶ Tractatus vicesimusquintus continens duo capitula.

Primo q̃o vtrũ malicia sit filia accidie.

Reprobat dictũ alioꝝ

Queritur de filiabus accidie. Primo de malitia si sumitur vt dicit tullius. Malitia est exultatio de dãno primi siue pprio modo. Inuidie est filia.vt dicit greg. Si scõm ꝙ sumit aug. Ro.i. p volũtate machinãdi malũ ex ira potꝰ pueniet vel ex auaritia si(vt dicũt quidã)malitia est amaritudo mẽtis qui etiã dicũt ꝙ accidia est amaritudo mẽtis ex displicentia spũalis actionis pueniẽs. Hoc nichil est: quia hoc in omni peccato sequitur prout dicit aug. ꝙ ex accidia prouenit talis malitia: vt patet in monacho. abbas cõminatus est ei:trascitur/tristatur. Primo intendit vt repellat a prelatione. ꝛ cũ diffidit tandẽ machinatur malũ ꝛ ppinat potionẽ. Nõ videt ꝙ sit filia accidie.qm̃ ex spe confidẽtia. vñ aplꝰ. Spe fortes.et confidẽtia spẽs est fortitudinis:igitur ex desperatiõe diffidentia.nõ ergo ecõuerso. Dicim⁹ ꝙ nonvalet argumentũ ꝓpter duas causas. Prima qm̃ in cõtrarijs non est semp consequentia in ipo:sed qñq̃ a cõtrario Preterea regula aristo.locũ habet in cõtrarijs naturalibus. In volũtarijs nõ tenet:qz vnũ viciũ nõ est ex alio de necessitate:quia non sũt cõnexa sicut virtutes. Instãtia. Ex fide est castitas:ꝑ ex infidelitate est luxuria vel ecõuerso. Itẽ desperatio ꝓcedit ex considera tione magnitudinis pcti cuiuscũq̃. sicut ille ḋ dicit. Maior est iniq̃tas mea. ꝛc.ergo nõ est filia specialis alicui⁹ particularis vicij. Itẽ spes est ex quocũq̃ merito ꝛ cuiuscũq̃ virtutis: ꝑ desperatio etiã ex quolibz pctõ potest nasci.qđ verꝝ est:sed semp nascit mediãte diffidentia visa magnitudine pcti diffidit implere digñã penitentiã: ꝛ ita semp est filia accidie q̃ est diffidentia.

Exẽplũ monachi cõtra abbatẽ.

Solutio.

quõ vz ꝓña in cõtrarijs

¶ Scõa questio de pusillanimitate ꝛ alijs filiabus accidie: et vtrum pusillanimitas sit filia accidie. Capitulũ scõm.

Sequit de pusillanimitate:ꝛ videt ꝙ non sit filia accidie:imo videt ꝙ potꝰ temeritas . quia qui desperat sicut fur dicit. Nõ sũ moritur⁹ nisi vna morte et aggredit grauia periculosa ꝛ difficilia. ꝛ sic fit audax ꝛ temerari⁹:non ꝑ pusillanimis. Solutio. Recte dr filia accidie vel diffidẽtie:qz accidia ẽ diffidẽtia non solũ de auxilio dei:imo ꝛ hoim ꝛ virtũ ꝓpriaꝝ.vnde gl̃osa. Accidia siue tristicia ꝓbat nõ esse vñ gaudeat cũ oẽs hoies sibi amaros ispiciat. Alñ aliud est de desperatione:aliꝺ de diffidẽtia.qz desperãs q̃ñq̃ ꝓfidit in suis viribꝰ vel hoibꝰ:ꝛ ideo fit temerari⁹.sz accidiosus de nullo. Sequtur de rãcone q̃ ẽ odiũ inueteratũ. sed odiũ filia ẽ inuidie. Dicim⁹ ꝙ odiũ simplr est filia inuidie:sz scõm hũc statũ est filia accidie q̃ est quasi irreuocabile.iuxta illꝺ in eccl. Est amicitie reuocatio excepto cõuicio iproperio plaga dolosa ꝛ misterioꝝ reuelatõe. De torpore circa ꝑcepta q̃rit.videt ꝙ non sit filia accidie: sz cuiuslibet vicij: qz luxuriosꝰ torpet circa ꝑcepta castitat⁹.gulosus circa ꝑcepta abstinẽtie Solutio. Torpor põt dupliciter accipi.ꝓ cõtẽptu seu negligẽtia seu abhoiatione respectu preceptoꝝ:ꝛ hic ẽ gñalis in omni peccato. vel potest accipi pro quadaz insensibilitate qua homo nõ potest induci per verba vel per verbera ad executionem mãdatoꝝ dei. sicut dicit hieremyas. Percussisti eos ꝛ nondum.ꝛc.et in ꝓuerbijs loquitur homo secundũ hunc statũ. Percusserunt me ꝛ non sensi ꝛc. Sequitur de euagatione mentis ad illicita:quia videtur hec sequi oĩa peccata. Sed dicimus ꝙ duplex est euagatio generalis et particularis.particularis sequitur omne peccatũ:qz luxuriosus ad illicita carnis vagatur . et sic de alijs. Sed generalis generaliter ad omnia est solius accidie. Qui enĩ absorptus est a profundiore tristicia cũ anima locus sit delectationis ꝛ in se non habet foras vagatur per omnia vt in alio delectetur. et hec euagatio generalis solius accidie est ꝛ non dicit peccatũ sed statum peccati.

Aꝰ ꝙ non.

Solutio.

Desperans ꝛ accidiosꝰ dr̃ñt.

Aꝰ de rancore.

Solutio.

de torpore aꝰ ꝙ nõ sit filia accidie

Solutio.

Torpor caꝑ dupliciter.

Hieremias

de euagatõne mẽtis aꝰ

Solutio.

Duplex euagatio generalis ꝛ particularis.

CTractatus vicesimussextus.Ca.i.

De potentia li.arbitria ꝓncipaliter ꝙrunt

DIcto quid sit liberꝫ arbitriū ⁊ q̄ peccata sunt ex eo.seqtur de potestate liberi ar. Circa qđ ꝓuidēdū est vtrū li.ar.ꝑ se sine oi gr̄a possit se mouere ad opa de gn̄e bonoꝝ. Scđo de potētia credēdi vtꝫ ipa sit naturalis:⁊ dicit q li.ar. Tertio de opib⁹ malis vtrū sint ex solo arbitrio: ita q nō a deo.

Triplex bonum.

Notandum ergo q tria sūt gr̄a operū bonoꝝ.Est enī opus bonū natura solū.vt comederet filia.⁊ hoc pōt li.ar. sine gr̄a.Est op⁹ bonū meritoriū vite eterne.De hoc denūciant scti q non pōt in hoc sine gr̄a gratū facīte qm̄ oia talia ꝓcedūt a caritate vel ex fide operante ꝑ dilectionē.Est opus mediū qđ dicit de gn̄e bonoꝝ vt dare elemosinā ꝓpter deū.declinare a malo ⁊ facere bonū ꝓpter deū.De hoc dubitat vtꝫ li.ar.sufficiat sine gr̄a ad ꝓducendū ex se talia opa. et sup hoc sunt opiniones.

Prima quo. Due opiniones.

Quidā dicunt q li.ar.non sufficit ⁊ distinguūt duplicē gr̄am scz gratū facientē q̄ est cōcausa operū meritoriorū: ⁊ gr̄am excitantē q̄ est cōcausa operū de gn̄e bonoꝝ in eis q̄ sunt in pctō mortali.Cū enī hō dormit in mortali gr̄a excitās excitat ipm ad bonum vt euigilet et surgat.

Prima ꝓ. Prima ꝓbatō auctoritatib⁹.

Hoc nitūtur ꝓbare auctoritatibus ⁊ rationib⁹.Dns enī dicit in euāgelio.sine me nichil potestis facere.⁊ ysay.xxvi. oia opa nr̄a opat⁹ es in nobis dn̄e.De auctoritates gn̄aliter loquunt de oibus bonis opibus.⁊ ita videt q nō sine gr̄a pōt hō facere aliqđ opus bonū.

Auctoritas hieremie.

Q̄ aūt non pōt hō declinare sine gr̄a a malo.ꝓbat auctoritate hiere.q̄ dicit.Miserationes dn̄i est q nō sum⁹ consūpti.

Secundo.

Et ita declinare a malo ē a mia dei.Itē bonū natura suā hz ꝓpriā radicē.Sicut bonū meritoriū suā ꝓpriā:ḡ et bonū in gn̄e qđ est in numero suā habet ꝓpriā:igr̄ eius radix nec est natura nec gr̄a gratū faciens:ḡ eius radix est gr̄a excitās.

Tertio.

Preterea hoc opus de gn̄e bonoꝝ alio est ⁊ alio est bonū:q̄ nō est per essentiā bon⁹.Sed a potētia est:ḡ a potētia nō potest esse bonū.restat ergo q a gratia.

Quarto

Itē due sūt partes iusticie.s. declinare a malo ⁊ facere bonū:igr̄ si ꝑ li.ar. pōt hō declinare a malo ⁊ facere bonū:igr̄ per li.ar.pōt hō perfecte esse iust⁹. Sed iustis debetur vita eterna.qm̄ iusti ipetuū viuent igr̄ per liberū arbitriū potest hō mereri vitā eternā

In oppm

Hec ergo heresis pelagiana.Cōtra. Li.ar.est liberū et ad bonū ⁊ ad malū.aut ad bonū tm̄ vel ad malum tantū.Si ad malū tm̄:ḡ nō est liberū.qm̄ libertas ad malū nature seruitus est:ḡ est liberū ad bonū:

Secundo.

ḡ ꝑ se est potēs in bonū sicut i malū. Itē dicit aug.q li.ar. datū est tm̄ ad bonū ⁊ nō ad malū.sed datū est tale q per illud pōt fieri malū: ḡ ꝑ accidēs se hz ad malū.sz ꝑ se ⁊ substātialiter ad bonū: ḡ magis se hz ad bonū q̄ ad malū.Sed ꝑ se sufficit ad malū: ḡ et ꝑ se ad bonum.

Tertio per augustinū.

Itē nichil ita est in ptāte nr̄a sicut volūtas vt dicit aug.igr̄ li.ar.est potētissimū ad velle.igr̄ per se ⁊ ex se est potens ad velle opus bonū: ⁊ volūtas est cā sufficiens bont operis: igr̄ li.ar.per se sufficit ad bonum opus.

Quarto.

Itē sicut vires apprehensiue se habēt ad recte cōprehendendū siue ad recte cōsiderandū res ⁊ scientias:ita vires motiue ad recte operandum ⁊ ad virtutes. Sed vires apprehēsiue sufficiūt per se sine gratia ad recte considerandū ⁊ ad scientias cōparandas per intellectū ⁊ voluntatē ⁊ ad scientiā de deo ꝑ visibilia.vt dicit aplūs de pbis:ḡ a simili motiue sufficiunt ad recte operandum sine gratia ⁊ ad virtutes.

Paulus

Primi dicunt.

Quinto.

Ꝫ aplm.

Sexto.

Septimo.

Octauo

Solutio. Dicim⁹ q̄ re vera si furiosus non habet ex toto li.ar. ligatum peccat ⁊ magis vel minus: fm q̄ magis vel minus ligatū est eius li.ar. Ille aūt furiosus in quo ex toto ligatum est li.ar. nullomodo peccat nisi qñq̄ habet lucida īterualla. De dormiēte siīter dicimus q̄ nō peccat: sed debet se reputare pctōrē. quia talis pollutio solet ꝓcedere ex immūdis cogitationibus in statu vigiliarū. quandoq̄ talis pollutio ex natura exonerāte se ex supfluis humoribus ꝓtingit. qñq̄ ex immūdis cogitatiōibus p̄cedētibus. Qui autē patit talē pollutionē suspicari debet q̄ ꝓuenerit ex īmun= dis cogitatiōibus. et ideo debet penitere ⁊ lauare se aqua lachrimaꝝ: sicut exigit auctoritas predicta. In tali enī casu locū habet qđ dicit btūs greg. Bonarū mentiū est ibi culpā cognoscere: vbi culpa nō est.

ad obiecta Eñ ꝓuenit pollutō no cturna.

Gregorius

Ad scām.

Ad scdo obiectū dicim⁹ q̄ in loth nō erat ex toto ligatū li.ar. per ebrietatē. Qđ ꝯ dicit Nō sensit qñ ꝯcubuit filia. dicimus q̄ non sensit. i. paꝝ sensit. Auctoritates aūt que dicūt q̄ non peccauit: intelligēde sunt q̄ non peccauit cōparatiōe illius pctī qđ cōmisisset: si sciens ⁊ prudēs cognouisset filiam. Nec est silē de furioso ⁊ lamech: quia furiosus non mouetur motu volūtatis sicut lamech ⁊ loth mouebantur motu volūtatis qñ lamech fecit homicidium ⁊ loth incestum.

Loth pec= cauit cōꝯ= scēdo filiaꝫ.

De lamech

Ad tertiū. Exñsi mor tali ꝑtvita= re mortale ꝛveniale

Ad tertio obiectum dicimus q̄ ille qui est in pctō mortali non habet absolute īpotentiā vitādi pctm̄ mortale: īmo simplicit̄ habet potentiā vitādi pctm̄ veniale ⁊ mor= tale: sed vix potest vitare per magnū tempus q̄ non peccet maxie venialiter.

Ad quartū

q̄ ille ductus ab īfantia ad paganos: cum venerit ad tempus adultū nō habet impotentiam credēdi īmo potest credere. quia si faceret qđ in se ē dñs illuīaret eū ⁊ ita crederet. ⁊ ita differētia eius est ad furiosum.

Ad qnto obiectū dicimus q̄ re vera iste habet idem pctm̄ ignorātie qđ ꝓius hēbat: sed nō omittit noua omissione ex eo q̄ nescit qđ tenetur scire.

Ad quintū

Ad vltimo obiectū dicimus q̄ re vera iste (demōstrato furioso) tenet lege diuina: tm̄ qñ ipse fornicat nō ipse hō facit ꝓtra legē dei. quia ipse inq̄tū homo non operat: sed inq̄tū brutū animal. non ex potētijs humanis sed tm̄ brutalibus. Eñ sicut ōt apls. Non ego operor illō: sed qđ habitat in me pctm̄. Ita potest dici q̄ iste fu= riosus nō opat illud: sed qui habitat in eo furor vel brutalitas vl carnis corruptio.

Ad sextuz.

Paulus Furios⁹ nō peccat tpe furie.

Itē sit q̄ iste ex culpa sua cecidit in furiam ⁊ adulteretur. iste non peccat sic adulterādo: sed peccaret nisi esset furor qui precessit ex culpa sua. et ita videt q̄ ex culpa sua reportet lu= crum.

Ꝫ dicta aſ.

Solutio. Solutio. Dicim⁹ q̄ ō tūc lucrū reportaret sic. sed non est ita. Non enī ille vt hō facit adulteriū illud. i. hāc actionem qua cognoscit alienā qui ꝓius culpam cōmisit: sed brutū operatur illam actionē.

Iterum aſ

Itē sit q̄ deus īfligat hoi ꝓpter pctm̄ aliqđ furiā incurabilē. Probatio q̄ hoc possibile est. quia hoc pctō meruit iste penā eternā: ꝯ hoc pctō meruit quātālibet penā temporalē. scz iste furor incurabilis est pena tpalis: ergo pro pctō potest ei deus īfligere furiam incurabilē penā. ponat. Iste nō potest peni= tere de pctō suo. hoc est magna pena inflicta a deo. ꝯ iste meruit hāc penam. Cōtra. Hoc pctm̄ est remissi= bile de natura sui: igitur eo non merebit quis vt nunq̄ possit penitere de illo. quoniā si hoc esset: esset causa impotētie penitēdi: ergo non esset remissibile de sui natura. Restat ꝯ q̄ iniuste agit cū eo: si pro hoc pctō inferat ei deus furorē incurabilē. Forte dicet q̄ deus non potest ei inferre talem penam pro pctō. qm̄ hoc eēt cōtra mīam dei. Cōtra. Hec pena ē vtilis isti. qm̄ si eēt sine furore magis peccaret. ꝯ nō est cōtra mīam dei q̄ talis pena inferat ei: cum sit vtilis ei. Qđ conce= dimus hac ratiōe. Nec valet hec argumentatio. Iste meruit hanc penā hoc pctō q̄ nunq̄ possit penitere: ergo hoc pctm̄ nō est remissibile. Vel hec. Hoc pctm̄ est remissibile: ꝯ eo nunq̄ merebit quis vt nunq̄ peni= teat. quia deus non infligit quālibet penā quā posset iuste infligere: tamen pctō mortali non merebit homo determiate nisi penam eternam: sed tpalē merebit non determiate et absolute. tm̄ ꝓ eo infert deus qñq̄ penā tēporalē scilz ꝓpter correctionē vel aliam causam. et quātācunq̄ inferat iuste infert: quia maiorē meruit.

Euasio

Ꝫ hanc aſ

Solutio. Nec argu= mētatio nō valet.

¶ Prima questio huius capituli. Ca.2.

Hic querit quattuor. Aſ q̄ sic.

Sequit de omissione. ⁊ primo vtrum omissio sit pctm̄ actuale vel non. scdo vtrum teneamur ad impossibile. tertio vtrum dormiēs peccet omittēdo. quarto vtrum omissio finis sit pctm̄. Circa primū sic. Dis iusticia est facere bonum vel declinare a malo. et sumat hoc verbū declinare non prout significat pure priuationē: sed prout significat actum. ergo per locū a cōtrarijs Dis iniusticia est facere malū vel declinare a bono. ⁊ sumatur hoc verbū declinare positiue sicut prius. sed omne facere malū vel declinare a bono est pctm̄ actuale: ergo dis iniusticia est pctm̄ actuale. sed dis omissio est iniusticia: qm̄ sicut iusticia cōprehēdit oēm virtutē. sic enim accipiebatur prius hoc nomen

iusticia.ita iniusticia comprehēdit oñe vicium.ergo oīs omissio est pctñ actuale. Item deus est promior ad miserendū ꝙ ad condēnandū:sed nullum hoiem remūerat deus ꝓ declare a malo:nisi motus liberi arbitrij sit ibi.ꝯ per locū a maiori deus nullū hoiem condēnat pro declinare a bono:nisi motus liberi ar. sit ibi.ergo qñ condēnat hoiem pro omissiōe:opz ꝙ in omissiōe fuerit motus li.ar.ꝛ ita omissio est pctñ actuale.ꝛ ita omne pctñ erit actuale.Cōtra.Facere qđ lex dei prohibet est pctñ:ergo non facere qđ lex dei iubet est pctñ.sed hec est pura priuatio.ꝯ pura priuatio est pctñ:igitur nō omne pctñ est actuale. Itē nullū preceptū est prohibitio vel ecōuerso:ergo nullū facere bonū est declinare a malo.ꝯ ꝓ cōtrariū nullū facere malū est declinare a bono.sed declinare a bono est omittere:ꝯ omittere nō est facere malū. sed oī pctō actuali facit homo malū:ergo omittere non est peccatū actuale. Item deus p̄cepit isti vt det hodie elemosinam.sit ita.et iste tota die fecit opera indifferētia.inde sic.Deus p̄cepit isti.ꝛc.et nō dedit: ergo omisit.ꝛ ex hoc est culpabilis.hoc cōstat.ꝯ illa omissio est pctñ.sed nō est actus:qñ nullū actū fecit hodie nisi indifferētē:ergo illa omissio non est pctñ actuale. Solutio. Dicimus ꝙ hec argumētatio non valet Omnis iusticia est opatio boni vel declinatio a malo:ergo oīs iniusticia est opatio mali vel declinatio a bono:ſm ꝙ declīatio importat actū et sumit vniformiter.ꝛ hoc ideo cōtingit:quia plura exigunt ad opus ℣tutis ꝙ ad opus vicij.qñ ad opus ℣tutis nō tm̄ exigit genus operis:sed oēs circūstātie bōe. sed ad eē vicij sufficit genus pcti vel omissio alicui⁹ circūstātie.ꝓpter qđ dicit Aristoteles ꝙ difficile est inuenire medū:facile aūt diuerti a signo siue a centro. Propter hoc priuatio q̄ est sine motu li.ar.nō est meritoria neq; opus ℣tutis.sed alia priuatio sine omni motu est demeritoria. Ad scō obiectū sīliter pz solutio.qñ re vera deus ē ꝓnior ad remūerādū ꝙ ad condēnādum:quia est promptior ad remūerandū opa virtutis ꝙ ad ꝯdēnandū opa vicij.Et ideo licet non remūeret propter priuationē:tñ cōdēnat ꝓpter priuationē.quoniā aliqua priuatio est peccatum:sed nulla priuatio est virtus vel opus virtutis.

aristoteles

pura omissio est pctz.

Ad scām.

¶Scda questio huius capituli.vtrū aliquis obligatur ad impossibile.

Arca scām capitulū primo probat ꝙ nullus ad impossibile obligat sic.Oñe volūtariū subest libero arbitrio:sed omne meritorium vel demeritorium est volūtariū:ergo omne meritorium vel demeritorium subest li.ar.Item omne qđ est in p̄cepto vel ꝓhibitiōe est meritorium vel demeritorium:ergo oñe quod est in precepto vel prohibitione subest li.ar.ergo nullum impossibile est in precepto vel prohibitiōe.sed oñe qđ sub tentione cadit est in precepto vel ꝓhibitiōe: nullū impossibile est in precepto vel ꝓhibitiōe:ergo nullū impossibile cadit sub tentiōe.ergo ad nullum impossibile tenemur.Primā propositionē cōstat eē veram per diffinitionē eius qđ est volūtariū:quoniā voluntariū est qđ subest libere volūtatis arbitrio.ꝛ ita omne volūtariū subest libere volūtatis arbitrio. Assumptio primi sillogismi ꝓbat multiplicit.cōstat eni ꝙ omne meritū est voluntariū.qz omne meritū primo ꝛ principaliter cōsistit penes voluntatem.qñ sicut dicit btūs aug.Omne pctñ adeo est volūtariū ꝙ si non est volūtariū non est pctñ. Preterea.Virtus ꝛ viciū sunt cōtraria:ergo habēt idē susceptibile.Sz oīs virtus est in volūtario:qñ non est in sensibili ſm ꝙ sensibile:qñ sic eēt in brutis.ergo omne pctñ est voluntariū:ꝛ ita omne demeritoriū est voluntariū. Item sumat opari prout gñale est ad operor ꝛ non operor(sicut dt aug.)ꝛ opatio sīliter.Inde sic.Oīs opatio hoīs aut est violēta/aut naturalis/aut volūtaria:ergo oīs opatio pctī est violēta vel naturalis vel voluntaria.sed nulla actio peccati est violēta vel naturalis:igitur oīs operatio pctī est volūtaria.sed oñe demeritoriū est opatio pctī:ergo oē demeritoriū est volūtariū. Q; aūt hec sit vera Omne qđ est in precepto vel ꝓhibitiōe est meritorium vel demeritoriū cōstat.quoniā ad hoc precipit aliqđ vt eo quis mereat.ad hoc ꝓhibet aliqđ:ne eo quis demereat. Item ad idē.Adam in prio statu nō potuit peccare venialiter:sed in scdo statu potuit peccare venialiter per primos motus.Illi ꝯ motus fuerūt veniales in scdo statu:qui erāt mortales ſm primū statū.cuius causa est sola infirmitas.ꝯ sola infirmitas soluit adā a tentione primorum motuū.qñ cum prius teneret vitare illos:mō nō tenet vitare.qz nullus tenet vitare veniale pctñ.ꝯ si sola infirmitas soluit tētionē vel obligatōez:ex q̄ infirmitate nascit difficultas resistēdt primo motui nō impossibilitas.ꝯ multo fortius vbi est impossibilitas soluit tentio.Forte dicet ꝙ impossibilitas illa ideo nō soluit tentionē:quia ex culpa sua se ingessit in illā impossibilitatē. Cōtra.Infirmitas ade licet ex culpa sua se ingesserit in eā soluit tētionē illius ad qđ primo tenebat:ꝯ multo fortius impossibilitas soluit tensionē in hoc casu:licet ex culpa sua se ingesserit ī talē necessitatē. Item ebrietas p̄cedēs excusat adulteriū sequēs.non nisi inq̄tū ligat rōem. igitur cum ex hoc pure excuset ꝙ ligat rōem:quāto magis ligat rōez tāto magis excusat.ergo si ex toto ligat ex toto excusat.ꝯ si ex toto impotēs ē ratio vti actu suo soluta est ab omni tentiōe:vt in furioso qui ex culpa sua cecidit in furorē:vel in ebrio.ergo si in talibus vbi prorsus ligata ē rō impossibilitas soluit tentionem:eadem rōne vbi est impossibilitas soluet tentionē. Itē lex dei est benignissima:ergo q̄tū in se est neminē ligat ad ī possibile. Preterea.eadē lex posita ē bonis ꝛ malis:ꝯ ſm se ad idē ꝓsus ligat bonos ꝛ malos.sed bonos nō ligat ſm se nisi ad possibile:ꝯ nec malos.ergo lex diuina q̄tū in se est non ligat nisi ad possibile.cōstat aūt ꝙ ipsa ligat ſm se ad vitandū mortalē motū libidinis.sed si vitat mortalis motus libidinis:aut vitat qñ est mortalis aut non.igitur lex diuina ligat q̄tū in se est ad hoc ꝙ vitet motus libidinis mortalis qñ est mortalis aut nō.ꝯ ligat ad hoc disiunctū q̄tū in se est.sed vna pars illius disiūcti est impossibilis:ꝛ lex diuina q̄tū in se est nō ligat nisi ad possibile.ergo nō ligat q̄tū in se est nisi ad alterā ptē disiūcti.ergo q̄tū in se ē ligat ad hoc ꝙ vitet motus libidinis mortalis anteq̄ sit mortalis:ergo ligat ad hoc ꝙ vitet qñ est venialis. Qui ꝯ pmisit motū libidinis ꝓcedere donec esset mortalis:omisit siue contraxit maculā omissionis ex eo ꝙ nō vitauit motum libidis quz erat venialis.Sz illā maculā nō cōtraxit ante.A.Sit a.instans in quo primo motus ille fuit mortalis:qñ in nullo instanti ante.a.posset dici ipm cōtraxisse maculam omissionis.quia adhuc poterat

Augustin⁹ scō ad idē

Tertio per augustinū.

Quarto.

Euasio.

ꝑ quam ar.

scō ad idē

Tertio ad idem.

vitare ne fieret mortalis in.a. Igit cōtraxit maculā omissionis ex eo q nō vitauit ante.a. illū motū: dum erat venialis. ergo non cōtraxit maculā omissiōis ex eo q nō vitabat tūc motū illū: sed ex eo q ante.a. nō vitauerat. ℊ non tenebaꝫ vitare motū illum in.a. sed

In oppoⁿ ante.a. et ita non tenebaꝫ ad ipossibile. Cōtra. ponaꝫ q aliqua vouerit ℵgitatē ꝛ postea fornicaꝫ. inde sic. Ista vouit virginitatē ꝛ non est absoluta a voto. qm̄ pctm̄ suum non absoluit eam: quoniā sic de pctō suo reportaret lucrū. ℊ adhuc teneꝫ ad votū virgitatis.

sed impossibile est istam esse virginē: igitur teneꝫ ad

Secundo. impossibile. Item iste teneꝫ reprimere motū libidis anteq̄ sit mortalis vel postq̄ ē mortalis. Nō p̄t̄ est dici q teneaꝫ reprimere motū libidis anteq̄ sit mortalis. qm̄ inde sequereꝫ q declinare teneretur a pctō veniali. ꝛ ita pctm̄ venale eēt in prohibitione. quod falsum est. Restat ergo q iste teneꝫ reprimere motū libidis postq̄ est mortalis. Simus ergo in.a. et a. sit instans in quo p̄mo motus ille est mortalis. inde sic.

Tertio. Iste teneꝫ reprimere motū istū: sed motū in.a. ipossibile est q reprimat ipe in.a. cum a. sit. ℊ tenetur ad impossibile. Item quilibet teneꝫ cōteri de pctis suis qm̄ hoc est preceptū: et illud preceptū potest aliquis omittere. hoc nō est dubium. ponaꝫ q omittat illud preceptū in a. Inde sic. Ille omittit in a. ex hoc q nō cōteriꝫ. Aut tenetur cōteri in a. aut non. Si nō: ergo non omittit in a. ex hoc q non cōteriꝫ in a. Si dicit q tenetur cōteri in a. Sz hoc est impossibile: cum assit.

Quarto ergo teneꝫ ad impossibile. Itē ponaꝫ q iste fornicet. inde sic. Iste teneꝫ nunq̄ peccare mortaliter: ℊ teneꝫ abstinere semp a pctō mortali: ℊ teneꝫ abstiere in a. a peccato mortali. Sit. a. instans in quo fornicaꝫ. Sz impossibile ē q abstineat a pctō mortali in a. quoniā

Quinto fornicaꝫ in.a. ℊ teneꝫ ad impossibile. Itē quilz teneꝫ credere. aliquis potest omittere ex hoc q nō credit. ponaꝫ. Iste omittit in hoc instāti ex hoc q nō credit in hoc instāti: ℊ tenetur credere in hoc instāti. Eodē mō tenetur/sperare/diligere/ꝛ cōteri de pctis suis in hoc instāti: ergo teneꝫ moueri istis ꝗttuor motib⁹ in hoc instāti. sed hoc est ipossibile per se. ergo aliquis teneꝫ ad impossibile p se. Qđ oīs negāt. licet dicāt q multi teneant ad impossibile p accidēs: tm̄ dicūt q

Solutō ali nullus teneꝫ ad impossibile per se. Solutio. Quidā quorum. dicūt q tenemur ad impossibile p accidēs. tm̄ dicūt q

Opinio do nullus teneꝫ ad impossibile p se. Sed qz nobis videꝫ ctor' q nul q ad obiectiōes que facte sunt non posset sufficiēter l⁹ teneꝫ ad rñderi: nobis videꝫ q nullus teneꝫ ad ipossibile siue ipossibile. per se siue p accidēs. Ad primo obiectum cōtra hoc

Ad primū. dicimus qm̄ illa que fregit votū virginitatis non est absoluta a voto: tm̄ non teneꝫ ad virginitatē sz teneꝫ ad ꝓtinentiā oīmodā sicut p̄mus. vñ patet q ipa non reportat lucrū de pctō suo. licet non teneaꝫ ad virginitatē vt p̄mus: qm̄ ab hoc absoluit eā ipossibilitas.

Ad scām. Ad scām dicimus q quilibet teneꝫ reprimere motū libidinis anteq̄ sit mortalis: ꝛ teneꝫ reprimere ipm dū est venialis: vt sic declinet a mortali nō vt decliet a venali: qm̄ per repressionē venialis declinat homo

ri diculosa a mortali. Ridiculosa aūt est opinio eoꝝ qui dicūt q opinio. tenemur reprimere motū libidinis dum ē mortalis. Idem enī est acsi diceret q aliquis teneꝫ vitare tunc

hec argum tm̄ ne cadat in fouea: qui iam cecidit in eam. Sz non tatio nō vz valet hec argumentatio Iste teneꝫ reprimere motū libidinis anteq̄ sit mortalis ꝛ nō reprimit: ℊ omittit anteq̄ sit mortalis. Im q hoc ℵbū omittit importat deformitatē ꝛ principaliter significat carentiā actus debiti. dicimus enī q carētia actus debiti ꝛ deformitas q̄ inde prouenit nunq̄ sunt simul. Qm̄ dicimus q impossibile ē aliquē omittere ꝼm hāc significationē. Sz si omittere significet tm̄ deformitatē omissiōis: tūc dicendū est q ille qui non reprimit motū libidis omittit in illo instanti in quo ille motus omissionis incipit eē mortalis: ꝛ omittēs deformitatē omissiōis cōtrahit. Nō ex hoc q nō facit in hoc instāti qđ teneꝫ facere in hoc instāti. sz ex hoc q nō facit in hoc instāti qđ p̄ius teneꝫ facere in hoc instāti vl̄ ante. Sicut si p̄ceptū eēt alicui q cogitaret de deo ante terminū hui⁹ diei. Si nō cogitat nō est culpabilis a terminū huius diei. Nō potest dici q cōtrahat maculā omissionis ante terminū huius diei ita q in aliquo instāti ante. qm̄ inter illud ꝛ terminū diei est aliqđ tps totū in quo potest cogitare de deo et iplere illud p̄ceptū. Patet ℊ q talis argumētatio nō valet. Iste teneꝫ cogitare de deo ante terminū huius diei ꝛ nō cogitauit: ℊ omisit ante terminū hui⁹ diei. Debet enī addi. vel cōtraxit maculā omissionis in termio huius diei. qđ verū est: quia tūc p̄mo fuit culpabilis. Et p hoc

Ad tertiū. patet solutio ad scām obiectū. Ad tertiō obiectū dicimus q aliqs potest omittere ex hoc q nō cōteriꝫ in hoc instāti. non tm̄ dicimus q iste tenetur cōteri in hoc instāti: qz hoc impossibile: et impossibilitas eum absoluit. sed tūc omittit. i. maculā omissiōis ꝯtrahit: quia non cōteritur in hoc instāti: nec est cōtritus cum p̄ius cōtinue teneret cōteri in hoc instanti vel ante. Cum enī homo peccauit nō statim omittit ex hoc q non cōteriꝫ. qm̄ impossibile eēt q statī cōtereret. qm̄

q̄d requirit ad ꝓtitōez ad hoc q aliquis conteraꝫ oportet q p̄ius deliberet cogitādo de peccato suo/ꝛ pena eterna/ꝛ iusticia dei ꝛ hmōi. vñ danꝫ ei indutie a deo: scz tps deliberatiōis. qm̄ si a iudice seculari darentur indutie: multo fortius a iudice spūali. quia benignus est. Sed q̄tū tempus

Sz hō iducias ad ꝓte rendū. precise detur ei nemo scit. Teneꝫ ergo conteri in tpe indutiaꝝ vel in termio illius tpis. et si non cōteriꝫ in tpe illo vel in terio tpis omittet in termio tpis. i. cōtrahit maculā omissionis. Tūc enī p̄mo est vitupe-

Doctrina gñalis. rabilis ꝛ omittit ex hoc q tunc non cōteriꝫ: cum non fuerit p̄ius cōtritus ꝛ tenebatur p̄ius cōteri in hoc instāti vel ante. Si tm̄ fiat vis in hoc q cōtritio exigit tps. quoniā ad hoc q aliquis cōteraꝫ oportet multa p̄cedere vt dictū est. Scām hoc dicendū est q iste nō omittit in terio tpis indutiaꝝ: sed in instāti in q̄ p̄mo efficit impotēs cōteri in tpe indutiarū. Est enī gñalis doctrīa q si aliqs teneꝫ ad aliquā actionē in hac die: si illa actio nō exigat tps ad sui impletionē sed potest impleri in instāti: tūc trahit omissio in terio nō citra. Si aūt illa actio exigit tps ad sui impletionem: tunc cōtrahit omissio nō in terio sed citra in instāti in quo p̄mo efficitur impotens implere actionē illā in hac die. Ad aliud dicim⁹ q cum dr Iste teneꝫ nunq̄ pec-

Ad quartū care mortaliꝫ. hoc ℵbū peccare teneꝫ ibi p̄o futuro tm̄ non p̄o p̄nti: quia id qđ est in p̄nti sive affirmatio sive negatio tā nō subest libero arbitrio. Sicut nullus teneꝫ non peccasse: qm̄ nō subest libero arbitrio. eodē mō null⁹ teneꝫ nō peccare in hoc instanti: qm̄ nō peccare in hoc instanti nō subest libero arbitrio iam.

Tertia questio huius capituli.

Item cū quilibet teneaꝫ credere: querit quādo omittit aliquis ex hoc q nō credit. Et obiciꝫ de

paruulo nō baptizato: vtrū in instanti in quo incipit esse adultus omittat credere. Probat q sic. quoniā si decederet dānaret in iferno sicut adultus. ḡ ppter aliqd pctm̄ mortale. non nisi ppter pctm̄ omissionis: qm̄ peccatū actuale nō fuit in eo. Sz nullum peccatū omissiōis fuit in eo nisi illō quo omisit credere. nulla enī omissione potuit vituperari potiꝰ q̄ ea q̄ omisit credere. qm̄ credere est primus bonus actus ad quē ds tenet. ergo restat q in illo instāti omisit credere.

Af q sic.

In oppm Cōtra. Omisit credere: ḡ tunc tenebatur credere vel prius. sed non prius: qm̄ non erat tūc in statu in quo posset vti li. ar. ḡ in illo instanti tenebat credere. sed hoc impossibile erat q crederet tūc: igit tūc tenebat ad ipossibile.

Solutio. Solutio. Dicimus q nō omisit in statu in quo primo fuit adultus. quoniā ad hoc vt teneat: exigitur tps deliberatiōis. oportet enim cōsiderare creaturas q̄ sunt via ad credendū deū. Ideo dns dat puero indutias qm̄ venit ad adultā etatē: vt ꝓsideret creaturas t cōferat ad creatorē. Nemo autē scit q̄tū tps deliberatiōis dat pcise tali incipiēti eē in adulta etate: sed bn̄ scimꝰ q dat ei aliq̄tū tps deliberatiōis: in quo tpe si non credit cōtrahit omissionē in termio illius tpis. sicut dictū est de cōtritiōe. Omittit enim credere in terio illius tpis: quia nō credit in illo cum prius teneret credere in illo vel ante et nō prius credidisset. qm̄ hoc est omittere sm̄ hāc opinionem sm̄ quā dicimus q nullus tenet ad impossibile. t si moreretur iste homo ante terminū illius tpis iudicaret sicut paruulus non sicut adultus: licet in veritate sit adultus. qm̄ nōdum habuit tps in quo posset facere cōpetenter ea q̄ sunt adulti. Sed sm̄ opinionē illoꝝ qui dicūt q aliquis tenet ad impossibile. omitere est aliqd nō facere incōtinenti in quo tenet aliqd facere. Et notādū q aliqs existēs in mortali tenet credere: sperare: diligere: conteri. sed si est omissor verum est omissionē fidei esse primā in eo: oēm motus fidei naturaliter est prior in iustificatiōe. Sz postq̄ credidit: pōt omittere/sperare/diligere vel cōteri: si negligēs fuerit ad exercendū actus illos. vt patebit in sequēti questione. Ex hoc pz q nullus tenet moueri sil̄ istis quattuor motibus: scilz motu fidei/spei/caritatis/et cōtritionis. qm̄ hoc est impossibile p se. Impossibile enī est aliquē moueri simul istis quattuor motibus. qm̄ sic moueret aia t sil̄ t semel ad diuersa ex eadem parte. i. ex eadem vi. cum oīs motus cōtritiōis sit in aliqua vi aie: oporteret q eēt in eadē cū motu fidei/ vel spei/vel caritatis. t ita si sil̄ moueret istis q̄ttuor motibus: seq̄ret q moueret ex eadem vi ad diuersa. Tm̄ quidā dicunt q simul potest aliqs moueri motu fidei/spei/t caritatis: vt ex diuersis potētijs diuersis motibus moueat sil̄. qd̄ non est incōueniēs sm̄ eos: t bn̄ potest dici ita. Sikiter possibile est q aliqs ex diuersis potētijs moueatur sil̄ motu cōtritiōis t motu fidei: vt in iustificatione impij. In qua autē vi sita sit cōtritio de pctis inferius patebit. Ex p̄dictis videt q quicūq; peccat pctō actuali: peccat pctō omissiōis. vt ille qui fornicat peccat peccato actuali: t peccat pctō omissionis ex eo q prius tenebat vitare motū mortalē libidinis t nō cauit. Ad cōcedimus simpliciter. ad hoc enī data est hoi prudētia t tēperantia: vt per tales ⁊tutes caueat motus illicitos mortales. Sed sm̄ hoc videtur q aliqs habeat infinitas omissiones simul t semel. qm̄ illa omissio est pctm̄ mortale. igit tenet vitare illam t non vitat: ergo ex hoc omittit. t ita si sm̄ hoc ꝓtrahit omissionē: eadem rōne cōtrahit tertiam t quartā ex eo q non vitat. et sic in infinitū. et ita simul t semel cōtrahit infinitas omissiones. qd̄ patet esse falsum. Dicimus q nullus omittit ex eo q non vitat p se eam omissionē. qm̄ omissio non debet vitari sm̄ se sed per aliud. In hoc enim vitat omissio q vitat motus illicitus. qm̄ ex hoc incurrit omissio: q incurrit motus illicitus quē debebat hō cauere. t ideo cauetur omissio quādo vitatur motus illicitus.

Af q sic.

Solutio.

In oppm

Euasio

Cōtra quā

Secūdo

Opinio aliquorum

Ista via est dulcis.

Scōz alios

nemo simꝰ tenetur ad ista q̄ttuor

Opinio aliquorum

Conclusio ex dictis.

ꝫ hoc af.

Tertium capitulum.

Circa tertiū capitulū q̄rit: vtrū dormiens potest omittere. Ad̄ videt. Ponat q abbas p̄cipiat monacho q surgat ad matutinas. ille autē inebriat se et obdormit: nec audit cāpanas: nec surgit ad matutinas. Iste tenebatur surgere t nō surrexit: ḡ omisit. Queritur ergo qm̄ omisit. Si qm̄ dormiebat. Cōtra. Tūc non erat in statu in q̄ posset vti libero arbitrio: igitur tūc nullo mō peccabat. sicut puer nō peccat qz nō est in statu in q̄ possit vti libero arbitrio. Si dicit q omisit qm̄ inebriauit se. Cōtra. Poterat cōteri de ebrietate añ matutinas t surgere tpe debito: igitur adhuc nō omittebat. Preterea. Mondū tenebat surgere qñ vigilabat: ḡ nondū erat inobediēs: igit nōdū erat omissor p̄cepti: ḡ non omisit qñ vigilabat nec qñ dormiebat. ergo simpliciter nō omisit. Ad hoc dicūt quidā q omisit vigilando ex eo q nō posuit in corde sm̄ sollicitudinē surgēdi ad matutinas anteq̄ dormiret. Illa enī sollicitudo euigilasset eū. sicut sollicitudo iuuenis qui sollicitus est pascere accipitrē suum mane: euigilat eum mane. t magistrū sīliter qui sollicitus est surgere mane ad legēdū. Cum igit abbas p̄cipit monacho q surgeret ad matutinas: intelligit ei duo p̄cepisse: scz ipm̄ surgere t ipsam sollicitudinē ad surgere. Sed ꝫ hoc est. qm̄ sine illa sollicitudine potest audire campanas t surgere ad matutinas: ḡ nō tenebat ad illā sollicitudinē. Ad hoc dicimus q cum precipit abbas monacho. ⁊c. intelligit pia conditio: scz si audierit campanas. Añ dicimꝰ q nunq̄ aliquis omittit dormiēdo: tamen si ꝓscientia dictat monacho q sine sollicitudīe nō sit auditurꝰ cāpanas: vel dictat ei q tali hora solet pulsari ad matutinas et q sine sollicitudine surgere non posset. tunc ex hoc q tenet ad opa circūspectiōis tenet ponere talē sollicitudinē in corde suo āteqū dormiat. Si aūt posuit talē sollicitudinē in corde suo anteqū dormiat: t tamē dormit nec audit campanam nec surgit ad matutinas: dicimus q nō omittit. Et nō valet hec argumētatio Preceptū erat ei q surgeret ad matutinas t non surrexit hora debita: ḡ omisit. Et hoc ideo qz non tenebat surgere absolute: sed sub hac cōditiōe si audiret campanas. Et dicimus q qñ inebriauit se nō omisit: tñ ebrietas fuit maius peccatū q̄ si nichil preceptū esset ei. ex eo enī q erat ei preceptū q surgat ad matutinas magis debuit cauere se ab impedimētis: t ita ab ebrietate.

ꝫ hanc af.

Solutio.

Nō diligēt

Ad argum tum.

p̄ceptū aggrauat ebrietatem.

Quartum capitulum.

Circa quartū capitulū querit: vtrum modus sit in p̄cepto. i. vtrū quicq̄d tenet facere: teneat facere ex caritate. Videt q nō. qm̄ aliqs pōt honorare parentes ex naturali pietate sine pctō: qz natura non habet vicii. ergo aliqs potest honorare parētes sine pctō et nō ex caritate. non ḡ tenemur honorare parētes ex caritate, non ḡ q̄cq̄d tenemur facere: tenemur

questio ārti capli.

Af q non.

Secūdo p augustinū.

facere ex caritate. Item aug. dicit q̄ declīare a malo semp vitat penā: sed nō semp merek palmā. ergo fit aliqñ sine caritate ⁊ tamen est bonū: quia vitat penā. ergo possumus declinare a malo non ex caritate sine pctō: ⁊ ita non tenemur declinare a malo ex caritate.

Tertio per gregoriū.

pctō: ⁊ ita non tenemur declinare a malo ex caritate. non ꝯ quicq̄d tenemur. ⁊c. Itē ōt btūs greg. Interī fac boni quicquid potes: vt deus illustret cor tuū ad penitentiā. Ex hoc pz q̄ ille qui ē in mortali peccato potest facere aliq̄ bonū sine pctō non ex caritate: vt

Solutio.

potest facere aliq̄ bonū sine pctō non ex caritate: vt dare elemosinā. ⁊ hmōi. ꝯ q̄cq̄d. ⁊c. Ad hoc dicimus q̄ tenemur ad opa virtutū siue ad opa meritoria nō in specie sed in gñe. qñ sufficit aliquē moueri q̄cūq̄ motu meritorio: siue ille mot⁹ sit fidei/siue spei/siue

Pbatio opinionis.

caritatis siue cuiuscūq̄ alterius ℣tutis. et hoc pbat sic. Iste tenet moueri motu caritatis aliquo instāti. demonstret illud. Iste tenet moueri motu caritatis in hoc instāti. Cōtra. Ille potest moueri motu fidei vel spei sine pctō in illo instāti: ꝯ non tenetur moueri motu caritatis in illo. Hoc modo potest pbari q̄ ad nullū motū specialē alicuius virtutis tenet aliq̄s. qđ

Ꝯ opinionē arguitur.

nullū motū specialē alicuius virtutis tenet aliq̄s. qđ ꝯ opinionē ipsi asserunt. Sed ꝯtra. Non tenet ad opera virtutū nisi q̄ sunt in ꝑcepto. sed opera virtutū specialia ⁊ in speciali sunt in precepto. ꝯ tenemur ad opa specialia

Secundo.

virtutū. Item iste prelatus videt q̄ si fidem predicet multi q̄uertent: si non p̄dicet multi subūtent. Cōstat q̄ in hoc casu tenet iste predicare fidem: ergo tenet moueri motu fidei: ⁊ ita tenet moueri motu speālis

Tertio.

℣tutis. Itē qñ aliq̄s tentat de luxuria tenet resistere tali tentatiōi ⁊ nō potest nisi motu temperātie: ⁊ ita

Ꝓhoc pz īprobatō opinionis.

tenet moueri motu specialis virtutis. Propter has ⁊ hmōi obiectiōes tradim⁹ predictā opintonē nullā esse. Alij dicūt q̄ non tenemur ad opera virtutū siue

Alia opio.

ad opa meritoria. qñ sicut virtutes nō sunt in ptāte li. ar. ita nec opa virtutū. sed sufficit si facimus qđ in nobis ē. sicut ōt btūs greg. Interim fac. ⁊c. Et q̄ sit

Hec opinio ꝓbatur.

verum probat. qñ aliq̄s potest diligere deū naturali dilectiōe sine pctō: igitur non tenemur diligere deū ex caritate. ergo multo fortius nichil aliud tenemur

Secūdo

facere ex ea. Itē idirecte si aliq̄s tenet moueri motu caritatis in aliquo instāti. quer̄ in quo? Si dicat q̄ in q̄ instāti cogitat de bñficijs dei. Sz in eodē instāti poterat moueri motu dilectiōis naturalis ad diligēdum deū sine pctō: igitur tunc nō tenebatur diligere deum ex caritate. Si dicat q̄ in illo instāti tenet diligere deū ex caritate in quo cogitat de bonitate dei. Cōtra. In illo instāti potest ipse moueri motu fidei vel spei. nō igitur tenebat moueri motu caritatis in

Tertio.

illo. Item nō tenemur ad virtutes: q̄ nō sunt in nra potestate. ergo eadem rōne non tenemur ad motus

Cōtra hāc opionē ar.

formatos: q̄ non sunt in nra ptāte. Cōtra. Deformatio operū est in ꝓhibitiōe: ergo informatio ē in p̄cepto.

Secundo.

igitur tenemur ad faciendū precepta ex caritate. Itē p̄cepta nō sunt data nisi ad hoc vt p eorū impletionē acquiramus vitam eternam. qñ propter hoc lex dei dicit testamētū: quia sunt littere hereditatis: vt per eas habeatur hereditas eterna. ꝯ precepta legis dei data sunt principaliter vt eis acq̄ramus siue mereamur vitam eternā: ꝯ tenemur ad mereri vitā eternā. sed mereri vitā eternā est moueri motu formato ad

Tertio.

habēdā illam: ⁊ ita tenemur ad motus formatos. Itē indirecte. Si per legē dei nō tenemur nisi ad motus informes ⁊ p li. ar. potest quilibet moueri motu informi sine caritate. ergo per li. ar. sine caritate potest aliquis seruare totā legē dei. sed si aliq̄s seruat totā legē dei saluabit: igitur aliq̄s potest sine caritate saluari. et ita si non tenemur ad motus formatos: falsum est qđ ōt aplus. Finis p̄cepti est caritas. Itē moyses dicit in Deutero. Juste qđ iustū est exeq̄ris. ꝯ aliq̄s modus est in p̄cepto. Item cum ōt. Diliges dñm deū tuū ⁊c. hoc est preceptū ⁊ modus precepti. Sed hoc potius est preceptū q̄tū ad modū q̄ q̄tū ad actum. qñ actum potest habere quilibet stultus: sed motū meritorū facit modus. ꝯ potius tenemur ad modū q̄ ad actum. Item btūs iacobus ōt Qui offendit in vno fact⁹ est oīm reus. Et ōt ibi glō. Qui offenderit in vno mādato caritatis: oīm est reus. igit tenemur ad implendū mādatū caritatis: ꝯ tenemur ad motū caritatis. non ꝯ tenemur ad motus iformes. Quod cōcedimus his rōnibus dicētes vniūsaliter q̄ quicq̄d tenemur facere: tenemur facere ex caritate. Ad p̄mo obiectum dicimus q̄ hec argumētatio nō valet Iste potest honorare patrē. ⁊c. et non ex caritate: nō ergo tenemur eos honorare ex caritate. Siliter non valet hec argumentatio Iste potest diligere deū naturali dilectione sine pctō ⁊ nō ex caritate: igitur non tenet diligere deū ex caritate. q⁹ licet aliq̄s teneat diligere deum ex caritate: tñ nō tenet ad diligēdū semp eum ex caritate. vñ qñ aliq̄s diligit deū naturali dilectiōe non tenet tūc diligere eum ex caritate. quonīa est in apprehēsione q̄ est tm̄ gñatiua naturalis dilectiōis. Qñ enī aliq̄s apprehēdit beneficia dei siue deum vt beneficū et hoc tm̄ apphendit de deo: talis apphēsio non est gñatiua nisi naturalis dilectionis: ⁊ ideo non omittit tunc si non diligit eum ex caritate. Eodē mō licet aliq̄s teneat honorare parētes ex caritate: tñ nō tenet ad hoc vt qñcūq̄ honorat eos honoret ex caritate. sicut nō tenet aliq̄s ad hoc vt qñcūq̄ diligit deū diligat eum ex caritate. Ex hoc pz solutio ad q̄ttuor prima obiecta. tūc tm̄ tenet homo diligere deum ex caritate qñ habet caritatē ⁊ est in apphensiōe que est naturaliter gñatiua motus caritat⁹. Qñ enim aliq̄s habens caritatē cogitat q̄ deus est summe suauis in quo sunt oēs delicie: tūc tenet moueri motu caritatis in ipsum. ⁊ si tūc non moueretur motu caritatis: omitteret. Nec tūc potz moueri motu naturalis dilectionis: qñ non eēt tunc in eo apprehēsio gñatiua naturalis dilectiōis tantum: neq̄ tunc posset moueri motu alter⁹ virtutis. qñ ex quo apphensio gñatiua caritat⁹ erat in eo: nō poterat tūc esse in eo apphēsio gñatiua alterius virtutis. Ex hoc pz solutio ad q̄nto obiectū. et q̄ ita sit patet: q̄ ōt btūs aug. q̄ fide/spe/ ⁊ caritate colitur deus. cum ꝯ teneamur colere deū: tenemur colere ip̄m motu fidei/spei/et caritatis. Sz motus fidei habet suam apphensionē p̄cedentē q̄ est gñatiua ꝓprie eius: illā scz qua apprehēdit deum vt primam veritatē cui super oīa est credendū. ⁊ hmōi. Silīter apprehensio proprie gñatiua motus spei est qua apphendit deus vt sūma largitas qua seruientes suos liberalissime remūerat bonis eternis. Apphē-sio aūt proprie gñatiua motus caritatis est qua apphenditur deus vt summa bonitas in qua sunt omnes delicie. Eodem mō cuiuslibet virtutis motus habet suā apprehēsionē precedētem: neq̄ tenet hō moueri motu alicuius virtutis nisi qñ habet virtutē ⁊ qñ est in eo apphensio gñatiua motus illius virtutis. Sed cōtra. In q̄lz instāti poterat iste moueri motu fidei: sz si in aliquo instāti poterit iste moueri motu fidei non tenebatur moueri motu caritatis in illo instāti:

Ꝓ paulū.

Quarto p moysen.

Quinto.

Sexto per iacobum.

Hosa.

Solutio.

Ad primū.

Nec etiam nō valet.

A q̄ causat nalis dilectio.

Ad q̄ttuor prima

Qñ tenet hō diligere deū ex caritate

Ad quintū Augustin⁹

Act⁹ fidei spei ⁊ caritat⁹ a q̄ cognitōe fiūt

Ꝓ ista aūt

maxime fm illos qui dicũt q̃ non possumus simul ꝛ semel moueri motibus pluriũ virtutũ.ergo in nullo instãti tenebaꝯ iste moueri motu caritatis.Q̃ autẽ media sit vera probaꝯ.qm̃ si aliqs potest moueri hoc instãti motu fidei:non teneꝯ moueri motu caritatis eodẽ instanti.qm̃ si aliqs implet aliqd mandatũ in aliquo instanti non tenetur adimplere aliud in eodẽ instãti.cum ambo sic implere non possit.ꝛ ita media ꝓpositio ẽ vera.Solutio.Dicim⁹ q̃ media est falsa: siue hec deteriatio in aliq̃ instãti.determiet hoc ῡbũ poterat.siue hoc ῡbũ moueri.sed si ad vtrũq; verbũ ponaꝯ deteriatio:vera est ꝓpositio.Hec enĩ est vera: si in aliq̃ instãti poterat iste moueri motu fidei:tunc non tenebaꝯ moueri motu caritatis in eodẽ instanti. Hec tm̃ etiã vera est cum vna deteriatiõe.si aliqs põt moueri motu fidei in hoc instanti:non teneꝯ moueri motu caritatis in eodẽ.qm̃ verba non possunt modo pertinere nisi ad vnũ instans.sed si ponaꝯ hoc verbũ poterat.ibi cũ vna deteriatiõe:ῡba possunt ptinere ad diuersa instãtia.Ad aliud dicimus q̃ nõ tenemur ad ῡtutes:ideo qꝛ virtus nõ est opus liberi arbitrij. sed opa virtutũ sunt opa liberi arbitrij.et ideo licet non teneamur ad ῡtutes:tm̃ tenemur ad opa ῡtutũ. et ideo qꝛ tentio respicit omissionẽ:omissio ῡo actũ. Est enĩ omissio priuatio boni actus non habitus.Ex predictis ptz q̃ hec argumẽtatio nõ valet.Iste teneꝯ diligere deũ ex caritate ꝛ non diligit eũ ex caritate:g̃ omittit.quia sicut dictũ est:non quotiẽscũq; aliquis diligit:teneꝯ ipm̃ diligere ex caritate.qm̃ aliqd bonũ est diligere ipm̃ naturali dilectiõe.Eodẽ mõ nõvalet hec argumentatio.Iste teneꝯ honorare patrẽ.ꝛc̃.ex caritate:ꝛ honorat eos nõ ex caritate:igitur omittit. qm̃ nullus omittit ex omissione tali diligẽdo deum: nisi cum habens caritatẽ habet apphensionẽ propie geueratiuã caritaꝯ:ꝛ ex dilectiõe dei collatiue videt quid debeat proximo.in tali casu tenetur moueri in proximũ ex caritate motu alterius virtutis.sicut tũc dando elemosinã non ex caritate omittit:tamẽ datio elemosine non est pctm̃.sed omissio motus caritatis est pctm̃:cum non moueaꝯ illo motu quo teneꝯ moueri.Ille aũt qui non habet caritatẽ in tali statu non teneꝯ facere aliqd ex caritate:cum nõ hẽat⁹vñ possit. sed fm ꝓsilũ btm̃ greg.teneꝯ se ꝓparare ad suscipiẽdũ gratiã.et ideo non omittit nisi qm̃ est in mora:vel qm̃ cogitat de deo et de peccatis suis collatiue:tũc enim tenetur dolere de peccatis suis.

Solutio

Sẽsus ꝓpo sit⁹ ꝛ diuis⁹

Ad aliud.

Omissio hec argum̃ tatio nõ vz

Hec silr nõ valet.

De negligentia. Ca.5.

Hieremias

Gregorius in iob.

Sic hz alia trãslatio

q̃o hui⁹ capli qd ẽ negligentia. Aſ q̃ nõ sit indeuotio.

DIcto de omissione:dicendum est de negligẽtia que videꝯ esse quedã omissio.Hieremias dicit Maledictus qui opus dei negligẽter facit.Itẽ btus greg.dꝛ sup locũ illũ Job.Verebar oĩa opera mea. duo ĩ bonis sũt timẽda.desidia ꝛ fraus.Desidiã facit minor amor dei.Fraudẽ facit nimius amor sui:dum pro bñ actis tacita humani cordis gratia vel fauoris aura aut quelz res exterior desideraꝯ.De ista fraude dicit Hiere.Maledictus hõ qui opus dei facit negligẽter vel fraudulenter.De qua diceꝯ postea qm̃ ageꝯ de fine actionũ.Hic aũt dicẽdũ est de negligẽtia siue desidia.Queriꝯ ergo q̃d sit negligẽtia siue desidia. Si dicaꝯ q̃ negligẽtia idẽ est q̃ indeuotio.g̃ quicũq; facit opus dei sine deuotiõe icurrit illã maledictionẽ. ergo si quis dat elemosinã non apponẽs cor incurrit maledictionẽ:licet prius habuit bonam volũtatem.

Cõtra.Illa datio processit a bona volũtate:ergo nõ est pctm̃.igitur per illã non incurreꝯ illa maledictio.

Secundo.

Itẽ illa auctoritas Maledictus hõ qui opus dei negligẽter facit.Aut itelligiꝯ de opibus priuilegiatis tm̃:vt de cõsecratione eucharistie ꝛ baptismo:aut de oĩbus opibus ꝛ solis factis ex caritate:aut de oĩbus bonis gñaliter q̃ sunt in p̃cepto.Si de priuilegiatis tm̃.Sz dicere horas canonicas nõ est tale opus priuilegiatũ.qm̃ aliqs põt dicere horas canonicas sine pctõ:habẽs tm̃ ꝓscientiã mortalis pcti.g̃ quãtũcunq; negligẽter dicat hic nõ incurrit illã maledictionẽ.qd̃ aperte falsum ẽ.Si de solis opib⁹ factis ex caritate: tũc ipossibile est q̃ aliqs incurrat illã maledictionẽ. quia oĩs qui tale opus facit:mereꝯ vitam eternam.ꝛ sic maledictionẽ nõ incurrit.Si gñaliter de oĩbus opibus in p̃cepto legis dei.g̃ quicũq; dat elemosinã sine deuotiõe siue sine diligẽtia:incurrit illã maledictionẽ.qd̃ pz eẽ falsum.Item negligẽter ꝛ diligẽter sunt ꝓtraria:meritorie ꝛ demeritorie sunt ꝓtraria.sz quicũq; facit opus dei negligẽter facit illud demeritorie:ergo quicũq; facit opus dei diligẽter facit meritorie illud.Cõtra.Aliqs exns in mortali pctõ facit opus dei diligẽter:non tm̃ meritorie.Ad hoc dicẽdũ q̃ illa auctoritas itelligiꝯ in pluribus casibus.vel qm̃ aliqs omittit ex toto opus dei:vel qm̃ facit opus dei cum accidia sive cũ murmuratiõe:vel qm̃ aliqs dicit horas canonicas sine deuotiõe ex cõsuetudine.Sed ꝓbaꝯ nullo istor casuũ debet itelligi illa auctoritas.Prio obiciꝯ ꝓtra primũ casum sic.Qui ex toto omittit opus dei nõ facit opus dei:ꝛ q̃ nõ facit opus dei/negligẽter non facit opus dei:et ita non incurrit illam maledictionẽ.Preterea.Negligẽtia ꝛ diligẽtia sunt dispones actionis:g̃ neq; negligẽtia neq; diligẽtia est vbi ex toto omittiꝯ actio.Et sic illa propositio non est intelligẽda in primo casu.Q̃ neq; in secũdo sit intelligẽda probaꝯ.qꝛ aliqs seruus facit opus sibi iniunctum diligẽter:ꝛ tm̃ cum accidia ꝛ murmure.g̃ negligẽter facere nõ est facere cũ accidia ꝛ murmure Q̃ non in tertio casu sit intelligẽda probaꝯ.quoniã qm̃ aliquis dicit primo horas canonicas indeuote:nõ peccat mortaliter.eadem rõne nec scõo nec tertio.et sic de alijs.qꝛ indeuotio nõ est maior scõo vel tertio q̃ primo.Sit ita positũ ꝛ sint eedẽ oẽs alie circũstãtie.ergo cõsuetudo illa non est pctm̃ mortale:g̃ per illam non incurriꝯ maledictio.Solutio.Dicimus q̃ duplex est negligẽtia.Est enĩ negligẽtia qua homo est negligẽs.ꝛ fm hoc negligẽtia est omissio tpis.de qua prius dictum est.Est etiã negligentia qua aliqd diciꝯ facere negligẽter.et fm hoc negligẽtia ẽ omissio alicuius circũstãtie debite ineſſe actiõi quã teneꝯ facere.vt omissio tpis vl̃ modi.Tẽporis:vt cũ aliqs tenetur facere aliquid et tarde facit illd.Cõtra illud qd̃ dicit salomon in ꝓuerbijs Noli dicere amico tuo cras reuertere:cum statim possis dare.Omissio mõi est qm̃ aliqs omittit informare actionẽ suam caritate qm̃ debet eam informare.sicut dictũ est prius.et talis negligẽtia est dispositio actionis:sicut diligẽtia qua aliquis aliqd facit diligẽter.Hanc scõam negligẽtiã copulat hoc ῡbũ negligẽter in predicta auctoritate. Per hoc pz solutio ad oĩs precedẽtes obiectiones excepta illa de cõtrarietate.ad quã respõdemus sic. Negligẽter ꝛ diligẽter sunt cõtraria:meritorie ꝛ demeritorie sunt ꝓtraria.sed omne opus bonum qd̃ fit diligẽter fit meritorie.ꝛc̃.patet q̃ non valet:qꝛ plus

Tertio.

Solutõ alĩ quorum.

Õ expositio nem aĩ.

Secũdo

Ad idem

Ad idem.

Solutõ ꝑz doctorem.

Duplex negligentia

Consilium salomonis

Omissio modi.

Ad oĩa argumẽta ꝓdicta excepto vno.

exigit ad meritū q̄ ad demeritū. Nō in talibus ꝓrijs poti⁹ tenet ꝓsequētia in cōtrario q̄ ꝓsequētia in ipō. vñ potius deberet inferre sic. ḡ omne opus quod fit meritorie fit diligēter. Qđ verū est. quia qđ fit meritorie fit debito tpe. debito mō. qđ est cōtrariū negligentie fm q̄ est pctm̄ mortale. qm̄ nulla negligentia in hac scda significatione est pctm̄ veniale: sicut nulla omissio est pctm̄ veniale. qz fm hoc nō est negligētia nisi omissio circūstātie ad quā tenebat homo. ⁊ ideo hmōi omissio est pctm̄ mortale. Si aūt ad illā circūstantiā non tenet eius omissio nō est pctm̄. tñ posset distingui negligētia que esset indifferēs. vt si aliquis differat opa dei ad q̄ tenet: tamen non intm̄ differt q̄ omittēdo peccet mortaliter. sed si citius operaretur diligētior esset ⁊ magis strenuus in opando. et ideo negligenter opari: qm̄ non multū diligēter aut multū strenue opat. licet aliquātulū diligēter opet: quia nō omittit aliqđ ad qđ teneatur scz vel tps vel modū. Sz obicit. ponat q̄ ille iustificet. Iste mouet motu fidei ⁊ motu cōtritionis: ergo facit opus dei ⁊ subito: qz in primo instanti sue iustificationis. ḡ facit opus dei nulla adhibita diligentia: ḡ non facit opus dei diligēter. ⁊ cōstat q̄ illđ facit meritorie. Nō ergo quicqđ fit meritorie fit diligēter. qđ prius negatum est. quia si ita eēt in p̄dictis ꝓtrarijs non eēt ꝓnītia in cōtrario nec in ipso. quod est contra artē aristotelis.

Mala omissio ꝓpe est venialis

ꝫ hoc aī.

Solutio.

q̄o incidēs.

Solutio.

Nō diligēt

Dicimus ḡ q̄ hec argumētatio non valet. Iste facit hoc subito: ḡ nulla diligentia adhibita facit hoc. fm q̄ diligētia ē opposita negligētie. de qua dr. Maledictus hō qui facit opus dei negligēter. Tñ q̄nq̄ dr diligētia magna p̄deliberatio ad aliqđ opus faciēdū Et fm hoc necessaria est p̄dicta argumētatio. Item queritur vtrū ille qui dicit horas canonicas sine deuotione: teneat eas repetere vel reiterare. Ad qđ dicimus q̄ si dubitat vtrū dixerit eas an nō: tenet reiterare. sed nō est ibi negligētia nisi sit ibi omissio tpis: vt si dicat vltra tps debitū sicut illi qui dicūt matutinas in hora meridiana: vel nisi sit ibi omissio finis vt q̄n tenet referre ad deū ⁊ nō refert: qđ aliq̄n cōtingit licet difficillimū sit determinare quādo hoc cōtingat.

Scda pars huius tractatus continens sex capitula.

Dicto de delicto: dicēdū est de ꝓmisso. i. de pctō actuali. Primo de eius diffinitiōe. Scdo vtrū omne pctm̄ sit volūtariū. Tertio de fine actiōis: scilz quis finis informet. Quarto vtrum peccatū actuale mensuret fm intentionē. Quinto vtrū euētus sequēs aggrauet pctm̄. Sexto. vtrū volūtas ⁊ opus sint idē

qđ pctm̄ fz augustinū.

Diffinitio sic itelligit

ꝓpterea ꝓpter peccatum.

boni. qm̄ hoc solū in nobis est culpabile per quod in nobis imago dei obscurat et destruit. Nec actio nec volūtas dicit mala: nisi qz diminuerit imaginē dei in nobis. De macula aūt querit quid ipsa sit. et dicunt multi q̄ idē est macula aīe q̄ deformitas siue priuatio boni naturalis: et idē est q̄ malicia qua homo dr malus. et hoc maxīe dicūt illi qui dicūt q̄ quicqđ est a deo est. illi solēt dicere q̄ pronitas ad male agēdū: nichil est. Cōtra. Ex frequēti bene agere relinquit in aīa habitus ad bene agendū: ḡ eadē rōne ex frequēti male agere: relinquit habitus in aīa ad male agēdū. Preterea. Videmus aliquos qui nō possunt abstinere a fornicatiōe. similiter fures qui nō possunt abstinere a furto. hoc nō nisi ꝓpter pronitatē illam quā habēt ad male agendū. ḡ habit⁹ ad male agendū est aliqđ. Si cōcedat. Cōtra. Habitus ad bñ agendū est virt⁹: ergo habitus ad male agendū est pctm̄. sed cōstat q̄ habitus ad male agendū non est mala voluntas: nec mala actio vel deformitas. relinquit ergo q̄ habitus ad male agendū sit macula. Qđ etiā ꝓbari potest p locū a ꝓrijs sic. Habit⁹ ad bñ agēdū est pulchritudo aīe quia est virtus: ergo habitus ad male agendū est turpitudo aīe siue macula. ḡ macula nō est priuatio boni. Preterea. Si habitus ad male agēdū sit aliqđ: sequitur q̄ opera demeritoria habēt qualitates sibi substractas sicut opa meritoria. Inde etiā sequit q̄ quia aliqs est malus male agit: sicut quia aliquis est bonus bñ agit. sicut enī ex habitu bono sequunt bōa opera: sic ex habitu malo sequuntur mala opa. Nos dicimus fm oēm opinionē q̄ habit⁹ ad male agendū est aliqđ ⁊ ē macula aīe. sicut habitus ad bñ agendū est virtus ⁊ decor aīe. Tñ non est gñaliter verū q̄ qz homo est malus male agit: sed est gñaliter verū quia bonus est bñ agit. qm̄ in primo male agere nō qz est malus male agit: ꝫ ecōuerso quia male agit malus est. Ex hoc ptz q̄ nō est gñaliter verū q̄ male actiōes habeāt sibi qualitates substractas: ꝫ generaliter est verū q̄ bone actiones habeāt q̄litates sibi substractas. Et ideo potius dr de bonis actiōibus q̄ habeāt qualitates substractas q̄ de malis.

q̄d macula

Opinio alī quorum

ꝓ hanc aī.

Secūdo

In oppm

Secundo.

Tertio.

Solutō fz doctorem.

Nis actus bon⁹ includit aliđ positiuum.

Scda q̄stio vtrum volūtas sit circa pctm̄.

Quam aūt peccatū sit motus interior vel exterior cōtrarius legi dei: interior causa est exterioris. quoniā mala volūtas siue cōcupiscētia est causa male actionis. Et ex hoc ptz q̄ cōcupiscētia siue cupiditas est radix oīm malor. Sed cōtra. Superbia est initiū oīs pcti sicut dr aug. ḡ supbia est radix oīm malorū: non ḡ cupiditas. Item infidelitas est radix oīm malorū. probatio. Fides est principiū oīm bonor. dicit etiā aug. quia infidelitas est pctm̄: quo retento oīa retinent: quo dimisso oīa dimittūtur. ḡ si infidelitas est radix oīm malor: non ḡ cupiditas. Item sup illū locū epistole iobis Quicqđ ē in mūdo: aut est cōcupiscētia carnis/ aut cōcupiscētia oculor/ aut superbia vite. dicit aug. q̄ oēs amatores mūdi non habēt nisi hec tria in quibus oīa vicior gña cōtinent. Aut igit aug. appellat ibi gña materiā: aut gña quasi origies Nō potest dici q̄ materiā: qm̄ non omne pctm̄ ꝓtinet sub vno illorū trium. vt homicidiū ⁊ silia. ḡ vocat gña id est origines. ḡ tres sunt origines oīm malor. non ergo cupiditas ē radix oīm malor. Item septē sunt vicia capitalia: ḡ septē sunt vicia q̄ sunt radices oīm malor. non ḡ sola cupiditas. Item sup illū locū ps.

Af q̄ non.

Secundo.

Cōfirmat q̄ augustinū.

Tertio per Jo. i cano.

Augustin⁹

Quarto

Quinto

Tollite portas principes vras. dicit augu. Due sunt porte mortis. amor mūdanus: ⁊ timor mundan⁹. Et sup illū locū. ps. Incēsa igit ⁊ suffossa. dicit q oia peccata aut nascūtur ex cupiditate male inflāmante aut timore male hūtiante: g cupiditas ⁊ timor sunt due radices oīm malor. nō ergo sola cupiditas. Sz ꝓtra Septē dona spūssti nō sūt ꝓncipia oīm bonor. imo fides/spes/caritas: g septē vicia septē donis cōtraria nō sunt radices capi. oīm malor. quare ergo dīr capitalia cū nō sūt capita oīm malor. Solutio. Ad primū dicimus q cōcupiscētia siue mala volūtas est radix oīm actualiū pctōr. qm̄ est causa efficiēs oīm malr actionū ⁊ in gñe ⁊ in numero. Sed cupiditas. i. amor mūdanus est radix oīm malor. Ideo scz q nō est aliquod gen⁹ pctī qđ non nascat ex cupiditate aliquādo. Nec valet hec argumētatio. Supbia est radix oīm malorum: nō ergo cupiditas. Et hoc ideo: qr cum dr supbia est radix oīm malor vel cupiditas est radix oīm malor: sic cōprehendūtur gña singulorum nō singula generū. Sed si cōprehēdūtur singula generū tūc necessaria esset argumētatio. qm̄ illa diuersa in specie nō ꝓprie esse possunt ⁊ in eodē gñe causa eorūdē numero: sz bñ possunt eē cā eorūdē in gñe diuersor in numero. Similiter dicim⁹ q hec argumētatio nō valet. Infidelitas est radix oīm malor: non ergo cupiditas. vtrūq enī est radix suo modo. Cōcupiscētia p modū cause efficiētis vt dictū est. Infidelitas p modū deficiētis sm q infidelitas est carentia fidei. sicut defect⁹ alicui⁹ mēbri vel alicuius potētie est claudicationis causa in equo. Si aūt infidelitas ē falsa opinio de deo. tūc ptz q infidelitas est cā efficiens oīs pctī in gñe. nichilomin⁹ tñ cupiditas. sicut dr de supbia ⁊ cupiditate. Et ideo dicit aug. q pctō infidelitatis retēto oīa retinētur: ⁊ eo dimisso remittūtur oīa. qđ fit per fidē formatā. Ad tertiū dicim⁹ q cōcupiscētia carnis ⁊ cōcupiscētia oculor ⁊ superbia vite sunt tria genera viciōr. i. tres origines. Nec valet hec argumētatio. Tres sūt radices oīm viciōr: nō ergo vnica radix. qm̄ ille tres advnam reducūtur tanq̄ ad suā causam. Sīlr septē sūt capitalia vicia: ⁊ ita septē origines viciōr. ⁊ tñ vna est origo: qr oēs alie reducūtur ad vnā. s. ad supbiā vel auaritiā. Ex vtraq enī nascūtur oīa alia pctā in gñe. Sīlr respōdem⁹ ad seqns obiectū. qm̄ amor mūdan⁹ ⁊ timor mūdan⁹ sunt due porte mortis. tñ vna est porta: qr vna reducīt ad aliā. Quod enī fit timore amittendi tpalia: fit cupiditate tpaliū. sīlr quod fit timore mort[fit cupiditate hui⁹ vite. Cupiditas aūt est causa timoris mundani.

In oppom

Solutio. Ad primū.

Hec argum tatio nō vz

Ad aliud.

Quō infidelitas ⁊ cupiditas sunt cā malorū.

Augustin⁹

Ad tertiuz

Hec nō vz.

¶ Capitulum secundum.

q̄stio huius capituli. Af q sic.

Secūdo p augustinū. Tertio.

Quarto p aristotelē

q̄nto rōe af

genus hūanū:nō quia exigeret ad hoc ex necessitate satisfactionē ⁊ simplicit:sed ad hocvt melius/leuius/dulcius/competentius liberaret.nichil enī ita dulce est sicut audire q̄ xp̄s filius dei passus est ⁊ mortuus ꝓ redēptiōe gn̄is hūani. Tanta ẋo pena siue miseria quam passus est filius dei pro emēda fuit de iusticia: non ex iusticia.hoc necessitate exigēte sicut dictū est. sed exigente hoc vt cōpetentius fieret liberatio gn̄is hūani. Ad scd̄o obiectū dicimus q̄ Aug.loquit cum quadā suppōne.cum enī dicit q̄ nullus vn̄q̄ potuit saluari sine fide incarnatiōis ⁊ mediator⁹ dei ⁊ hoiz. hoc dicit cum hoc supposito q̄ filius dei eēt incarnādus.qđ quidē ver erat:sed non necessariū. Itē dictū est q̄ deus redemit nos per iusticiā:non p potentiā. Sed ℈. Aplus dicit Nō ex opibus iusticie q̄ fecimus nos:sed fm suā mīaz saluos nos fecit.ḡ deus saluos nos fecit per mīam:nō per iusticiam. Solutio. Non per iusticiam nr̄az fecit nos saluos:sed per iusticiam xp̄i.i.nō per meritū nr̄m sed per meritū xp̄i.qđ meritū xp̄i fuit iusticia q̄tum in se:sed mīficordia q̄tū ad nos.vñ circūspecte dicit aplus Nō ex opibus iusticie q̄ fecimus nos:sed q̄ fecit xp̄istus. Et notādū q̄ cum tres assignauerim⁹ causas quare deus voluit liberare genus humanū per mortē filij sui:cum alio mō posset liberare.alias tres causas superaddimus. Prima est.vt sicut ipe fuit creator gn̄is humani:ita ipse eēt recreator ⁊ redemptor.vt oēs gratie ad ipm retorq̄renk:et flumia gratiaꝝ ad locum vnde exeūt reuerterenk. Vñ ipse dicit per isaiā Ego te feci ⁊ ego ferā.quasi diceret.ego te creaui et ego te p passionē recreabo.vñ ipse iterꝫ dicit per isa. Gloriā meā alteri non dabo.qđ faceret si alius esset redēptor ad quem referrenk gratie liberatiōis. Scda cā est.vt q̄ potēs fuit pditor infunderevirus pcti ⁊ mortis:tam potēs eēt redēptor infundere gr̄amviuificantē.qđ non potuit esse nisi eēt deus.vñ aplus. Sicut in adam omnes moriunk:ita ī xp̄isto oēs viuificabunk. Tertia causa est qr deus in prima creatione fuit in vera possessione generis hūani.vt ḡ possessionē illā quā amiserat per pctm̄ recuperaret:cōueniēs fuit vt proprīū precium daret p qđ redimeret suam possessionē.vt eēt redēptor.i.iterꝫ emptor.i.iterꝫ per emptionē possessor. Itē dñs potuit p aliquē hoiez innocentē de nouo creatū liberare gen⁹ hūanū:et si nō redimere et si placuisset ei.et sic ⁊ alio mō potuit liberare nos q̄ per mortem filij dei. Iste ḡ mod⁹ quo nos liberauit:aut ē melior illo/aut eque bonus/aut minus bonus. Si melior ⁊ potuit alio modo liberare:ḡ potuit dimittere mai⁹ bonū pro minus bono.sed hoc ē opus stulticie ⁊ malicie:scz dimittere maius bonū pro min⁹ bono.ergo nō potuit cadere in deū. Si min⁹ bonū ⁊ ipse dimisit illud.ḡ dimisit maius bonū pro min⁹ bono:ergo nō est optimus nec optime agens.et hoc est falsum. Si aūt eque bonus:et vtroq; potuit nos liberare. ergo nō fuit maior ratio q̄re potius liberauit nos isto mō q̄ alio mō.vel si fuit aliqua rō ille modus fuit rationabilior ⁊ competētior.⁊ ita melior.qđ prenegatum est. Solutō. Iste modus q̄ nos liberauit fuit melior omni alio mō.sed hec est duplex:deus potuit dittere maius bonū pro minus bono.si intelligit cont̄uctim falsa est.qm̄ impossibile ē hoc totū q̄ deus dimittat maius bonū pro minus bono.omni extrinseca ratiōe reōta.si aūt itelligat diuisim:ita q̄ hec dictio potuit respiciat subiectum sine accidēte vera est.qm̄ potuit

Ad scd̄m.

Ꝛ aliud dictū arguit per aplm. Solutio.

Notandū.

Ponit hic alias tres causas.

Isaias.

Secūda cā

Paulus.

Tertia cā.

Iterū Ꝛ dicta arguit.

Solutio. Hec est duplex.

dimittere hoc pro illo.sz si hoc faceret non illud eēt melius. Item dñs redemit nos a diabolo:ḡ per p̄cūm datum diabolo.⁊ dedit se precīū:ḡ dedit se diabolo. Solutio. Hec argumentatio nonvalet.dñs redemit nos per precīū datū diabolo:ergo dedit precīū diabolo.et ē ibi fallacia fm cōsequēs.qm̄ fit ibi ꝓcessus a supiori ad inferius affirmando.qr redimere precio dato supius est dare precium diabolo.qm̄ diabolus detinuit homies in carcere tanq̄ custos.custodi aūt carceris non soluit precīū:sed dño carceris.deus enī est dñs iferni:⁊ ita precīū illō dandū erat et reddēdū deo p̄ri. Ex hoc ptz q̄ deus destruxit regnū diaboli. qđ dupliciter potest itelligi.regnum diaboli.i.dñtūm eius destruxit.quoniā ante passionē xp̄isti diabolus trahebat ad iferos oēs hoies etiā bonos.qđ dñium dñs abstulit ei.tm̄ dominiū illud erat ex permissione dei:nec erat verus dñs nisi vsurpatiue. Alio etiā mō dñabat diabolus mundo.qm̄ plures erāt demoniaci ante aduētū xp̄isti q̄ mō sint. Et ideo dicit diabolus habuisse duas manus.manū attrahētē qua trahebat oēs ad inferos.q̄ amputata est ei q̄tum ad bonos.et manum flagellantē que debilitata est.qm̄ non habet tantam potestatē intrādi in corpa hoiz ⁊ eos vexādi sicut solebat.vexat tm̄ bonos ad exercitiū vt prius. scd̄o modo dicit regnum diaboli destruxisse.i.pctm̄.

Iterum ad

Solutio.

Fallacia cōsequtis

De destruxit regnū diaboli qđ est duplex

Duplex manus diaboli.

De statu xp̄isti in triduo. Ca.9.

Vltimo q̄rit de statu xp̄isti in triduo.et primo vtrum xp̄istus fuerit hō.scd̄o quō intelligēdū sit q̄ xp̄istus fuit totus in sepulchro:sed non totus. tertio.vtrum cōcedenda sit hec propositio Jesus est homo.quarto vtrū xp̄istus fuerit tunc redēptor/vel mediator/vel hostiū. Si xp̄istus fuerit hō tūc.pbat qr de xp̄o dr Tu es sacerdos in eternū.ḡ nunq̄ desijt esse sacerdos:ergo in morte non desijt esse sacerdos: ergo in illo triduo fuit sacerdos.sz nō fuit sacerdos nisi fm q̄ homo:ḡ in illo triduo fuit hō. Itē ioh.da. dicit. Anathema sit qui dixerit filiū dei ex quo semel assumpsit hoiez deposuisse hoiez.i.humanā naturā. ergo in illo triduo erat vnitus hūane nature:ergo in illo triduo fuit hō. Itē aug. Talis fuit illa susceptio que deū faceret hoiem:⁊ hoiem deū.sz illa susceptio fuit in illo triduo.qm̄ ex quo semel assumpsit hoiem nūq̄ deposuit.sed illa susceptio tūc fecit eum hoiez: ergo tūc fuit hō. Item notandū q̄ in xp̄isto fuerunt tres vntones.vna ipsius ad carnem.⁊ ecōuerso.q̄ prō vna habenk. Scda ē vnio ipsius ad aiam.⁊ ecōuerso. que siliter habētur prō vna. Tertia anime ad corpus et ecōuerso. Due prime non desierūt eē in morte filij dei:sed tm̄ tertia.qm̄ mors non facit nisi dissolutionē corpis ab aia.⁊ econuerso. Inde sic. Vnio filij dei ad aiaz añ mortē faciebat ipm rōnalē rōnalitate creata: qr non potuit dici q̄ alia vnio hoc faceret vel ad hoc oparek.quoniā vnio xp̄isti ad corpus nō faciebat q̄ esset rōnalis rōnalitate creata:nec operabat ad hoc. quoniā opposita spēs non cooperat ad esse oppositе nature. Relinquit ergo q̄ vnio filij dei ad aiaz faciebat ipm rōnalē rōnalitate creata.sed illa vnio fuit in triduo:ergo filius dei in triduo fuit rōalis rōalitate creata. Qđ quidā pcedūt hac rōne.qđ ipsi etiā volūt probare hoc mō.qm̄ filius dei in triduo erat ꝓiūctus aie.ergo vt parti:vel vt habēs eius naturā.non enī videt posse intelligi alius modus cōiūctiōis.sed non erat ꝓiūctus anime vt parti:ḡ vt habēs eius naturā.

Prima q̄o

Af q̄ sic.

Scd̄o p damascenū.

Tertio p augustinū.

Quarto.

Opinio aliquorū q̄ sic ꝓbatur.

Scda rō. ḡ tūc erat rōnalis rōnalitate creata Itē verū ē q filiꝰ dei descendit ad inferos ī illo triduo. sed ille descensus fuit accidentalis proprietas aīe. ḡ accidentalis ꝓprietas aīe tūc infuit filio dei. ḡ est substantialis. qm̄ accidentalis nō mest: nisi p substantialē. Similiṫ accidentalis ꝓprietas corporis tūc ifuit filio dei. qm̄ filiꝰ dei iacuit tūc in sepulchro. ḡ ↄ substātialis ꝓprietas corporis tunc infuit ei. Item hec dra rōnale p̄dicatur de filio dei in triduo. sed ois differentia ꝙuertiṫ cū aliquo gñevl spē: ḡ hec dra rōnale conuertiṫ cū aliq̄ gñe vel specie. hoc genꝰ substātia p̄dicaṫ de christo in illo triduo. Sed constat q nulla substantia ē rōnalis nisi angelus vl aīa. vl hō. ḡ hec species angelꝰ vl hec spēs hō. vl aīa p̄dicaṫ tunc de xp̄o. sed constat q nec angelꝰ nec aīa. ḡ homo tūc p̄dicaṫ de xp̄o. ḡ tūc erat hō.

Cōfirmatō

Tertia rō.

Solutio.

Solutio. secūdū duas ꝑmas opiniones de hoīe assūpto nullo mō dicendū est. q xp̄s in triduo fuit hō. quoniā hoc nomē hō fm illas p̄dicat spēz: sz illi q̄ solebāt sustinere tertiā que reꝓbata ē. dicebant q xp̄s in triduo hō fuit. qm̄ hoc nomē hō fm illos p̄dicabat speciē ꝑmi p̄dicati: sed tm̄ habitū quo vestitus erat xp̄s corpore ↄ aīa. quasi indumento quodā: vt appareret visibilis hominibus siue mundo. hec aūt opinio ꝓbata ē supra fm veritatē: cū xp̄s fuerit ↄ adhuc sit hō constans ex corpore ↄ aīa. facta dissolutione corporis ab aīa p mortē. christus nō fuit homo in illo triduo.

Ad ꝑmū

Ad ꝑmā ḡ auctoritatē dicim⁹: q xp̄s ōr sacerdos in eternū. qz eius sacerdotio nunq̄ succedet aliud sacerdotiū. sicut sacerdotio leui successit sacerdotiū cristi. qm̄ sacerdotiū xp̄i spirituale debet durare ēternum sed sacerdotiū leui carnale non debuit durare nisi ad

Aliter p̄t dici.

tēpus. tm̄ p̄t dici q sacerdotiū xp̄i mansit in apostolis in triduo ↄ xp̄s fuit sacerdos: tunc in mēbris et nō ī se sed mō ē sacerdos in se et in mēbris: ↄ sic erit vsq̄ ī finem mundi.

Ad damascenum.

Ad auctori. iohā. damasceni. dicimus q sic ē intelligenda. Deposuisse hominē. i. humanā naturā. i. carnē et aīam. fuit enī in triduo vnit⁹ humane nature. i. corpori et aīe: sed nō humanitati. qz tūc non habuit humanitatē. i. naturā hoīs: qua hō ē hō.

Ad augustinum.

Ad auctoritatē augustini. Dicim⁹ q augustinus loq̄tur nō cū p̄cisione. qm̄ illa susceptio qua filiꝰ dei suscepit corpus ↄ animā nō fuit precisa causa qua filiꝰ dei factꝰ ē hō. sed illa susceptio. i. ille prime vniones filij dei ad corpus et aīaz cū tertia vnione q̄ ē aīe ad corpus fiūt p̄cisa causa quare filiꝰ dei eēt hō. susceptio ḡ illa nō sola: sed cum vnione corporis ad aīam fecit filium dei hominē.

Ad aliud.

Ad sequēs obiectū. dicim⁹ q reuera filius dei in triduo fuit coniunctus aīe: tm̄ nō habuit naturā aīe nec fuit rōnalis rōnalitate creata. qm̄ in triduo nulla ei ifuit forma creata. siue substātialis siue accidētalis. cū enī erat hō añ mortē nō habuit aliā formā creatā: nisi inquantū erat hō: et ideo ea sola q̄ fecerunt ipsū hominē fecerunt: q haberet formā creatā: et ideo vnio qua filius dei erat vnit⁹ aīe non faciebat q ei inesset rōnalitas creata. sed alie due vniones cooperabāt ad hoc: qz eoīpo cooperabāt ad hoc

Ad aliud.

q eēt hō. Ad illud qd obicit: q filius dei fuit tūc contunctus aīe quod ex illa ↄ ex illis duabus factū ē: vt filius ita aut hō ↄ ois proprietas illius hominis eēt proꝑetas filij dei: vt dictū ē superius. Sed si hoc q̄rit vnde hoc scz q huiusmōi vniones talē effectū habeāt

Mō est q̄rē da ratio.

Dicim⁹ q hec nō ē q̄stio in theologia. qz ē principiuz in theologia: sicut dictū ē in q̄stione de incarnatione

Ad aliud.

Ad sequens obiectū dicim⁹ q cū ōr christus descendit ad inferos. christus iacuit in sepulchro. oēs huiusmodi ꝓpositiones synodochice sunt. qz attribuit filio dei quod ē partiū non partiū. que tunc eēnt: sz q̄ fuerant prius et future erant eius partes.

¶ De auctoritate qua ōr q xp̄s fuit totus in sepulchro et non totus.

Scda questio huiꝰ capitulī.

Utr totus xp̄s fuit in sepulchro.

Querit de auctoritate iohan. damasceni. Dicit enim q christus in triduo totus fuit in sepulchro. sed non totum. totus in inferno. sed non totum Cōtra. Totꝰ xp̄s fuit in sepulchro in triduo: ḡ quelz eiꝰ pars fuit in sepulchro. qd̄ falsū est. qm̄ tunc fuit in iferno. Cū enī ōr totꝰ xp̄s fuit in sepulchro in triduo hec dictio totꝰ est dictio distributiua ptiū: ḡ si xp̄s tūc totus fuit in sepulchro totꝰ in inferno q̄lz eiꝰ pars tūc fuit in sepulchro: ↄ q̄lz eiꝰ pars tūc fuit in inferno. q̄z vtrūq̄z falsū est. Ad hoc dicendū q fm damas. hec dictio totꝰ cū sit masculini gñis ad p̄sonā ptinet: sz hec dictō totū cū sit neutri gñis ad naturā ptinet. fuit igr illa tota p̄sona tūc ī sepulchro ↄ ī iferno. Ut hec dictio tota nō sit distributiua partiū: sed quasi ptiū. qualis distributio fit ibi. oīa mea tua sūt: ↄ tua mea sūt. Oīa mea. i. potētia mea. sapiētia mea bonitas tua est pr̄. Uñ sic fit distributio vnꝰ in eiusdē ꝓpt̄ diuersos effectus. Fuit igr totꝰ xp̄s in sepulchro. totꝰ in inferno. i. totalis p̄sonaliṫ. qm̄ nichil erat illiꝰ p̄sone fm q p̄sona quod tūc nō esset in sepulchro ↄ in iferno: qz scdm hoc totꝰ est vbiq̄. fuit igr xp̄s tūc totꝰ in sepulchro totus in iferno: sz nō totū. qm̄ nō vtraq̄z eiꝰ natura tunc fuit in sepulchro nec in iferno. qm̄ hūana natura tunc nō fuit tota in iferno vel in sepulchro. Per hoc patz solutio ad predictā obiectionē

cōtra dictū damasceni

Solutio.

In iohāne

Per hoc ad rōnē.

¶ Utrū in triduo hec ꝓpositio sit concedēda: deus est. Tertia q̄o hꝰ ca.

Querit vtz posito q sim⁹ in triduo hec ꝓpositio sit cōcedēda Jesus est. q̄ ꝓbaṫ ita qm̄ iesus fuit ab eterno ↄ erit ineternū: ḡ iesus nō desijt esse in triduo ḡ iesus est in triduo. ḡ hec ꝓpositio est cōcedēda In triduo iesus ē. Ꝓterea: suppositio iesu supponit filiꝰ dei. ↄ ecōuerso: ḡ q̄cq̄d cōuenit iesu cōuenit filio dei. et ecōuerso. Sz filio dei cōuenit esse in triduo: ḡ iesu cōuenit eē in triduo: ḡ iesus ē. Sz iesus nō ē nisi iesus ḡ iesus ē iesus ī triduo: ḡ iesus est hō. Solutio. Dicimus q hec est falsa. In triduo iesus est: qz hoc nomē iesus est ꝓpriū nomē hoīs xp̄i: ↄ iportat eiꝰ singularē hūanitatē. Hec aūt est duplex. iesus nō desijt eē. sicut hec. Hoc albū nō desijt eē: posito q sortes fuerit albꝰ et modo sit niger. qm̄ si hocverbū desijt respicit subiectū sine forma vera ē. si aūt respiciat subiectū cū forma falsa ē. sicut hec ꝓpō Mical⁹ musicꝰ corrūpet cras vera est fm q verbū respicit subiectū cū forma. si aūt respiceret subiectū sine forma falsa eēt. Ad scdō obiectū dicim⁹ q hec est falsa. In triduo suppositio iesu supponit filiꝰ dei. ↄ ecōuerso: qz cū dico In triduo filiꝰ dei ē: hec vox filiꝰ dei nō supponit nisi ꝑ iesu: qz nō supponit ibi ꝑ aliq̄ hoīe. quia si supponeret pro aliquo homine tamē verbo presentis temporis oporteret q supponeret ꝑ hoīe q̄ est: sz extra triduū cū filiꝰ dei est hō est. ↄ hec vera ē: suppositio iesu supponit filius dei. ↄ econuerso.

Hec est duplex.

Patet ad ꝑmū.

Ad scdm.

¶ Qd filius dei est in triduo.

Redēptor capitur duplicater.

Notandū est q hec ꝓpositio ē vera. In triduo filius dei ē redēptor generis humani: secūduz

q̄ hec dictio redemptor notat auctoritatē redēptionis.secūdū vero q̄ notat ministeriū redēptionis falsa est qr christ⁹ non fuit redēptor.i.minister redēptionis nisi fm q̄ hō.secundum istas duas significatiōes

Illa oratō terminaf.

diuersimode p̄t terminari hec oro. Fideliū de⁹ oim conditor ⁊ redemptor ⁊c.qr si primo modo intelligitur debet sic terminari.Per dñm nr̄m iesū cristū filium tu.⁊c.Si autē secūdo mō intelligaf debet sic terminari.Qui viuis ⁊ regnas ⁊c. Hec aūt ꝓpositio tā

Mediator

tūmō falsa fuit. In triduo christus ē mediator.ē enī duplex mediatio.s.mediatio substātialis ⁊ mediatio accidentalis.Mediatio substātialis ē illa qua christ⁹

Mediatio substātialf.

est mediator fm duas naturas.Unā scz quā habet cōmunē cū deo patre.Aliā quā habet cōmunē cū hoibus: propter qō dicit in iob. Nō est qui vtrūq̄ possit

Job.

arguere.aut ponere in ambob⁹ manū nisi.s. christ⁹ q̄ posuit in ābobus manū qm̄ manū reconsiliatiōis posuit in ābob⁹.per hoc enī q̄ fuit deus hō germanitatem habuit cū vtroq̄ extremorū.vnde ipse fuit cōueniens mediator pacis inter deū ⁊ hominē.sicut cōsanguineus aliquorū est cōueniens mediator pacis iter

Mediatio accidētalis

illos.Mediatio accidētalis est illa que attenditur secundū accidentalia ipsius secūdū q̄ homo qm̄ christ⁹ secundū q̄ fuit iustus cōueniebat cū deo. secundū q̄ mortalis et passibilis.conueniebat cū homine. quia ergo erat iustus poterat arguere vtrūq̄ deū enī quo dā modo arguit de nimis diuturna detentione hominis in carcere.hominē vero arguit de iniusticia.vnde posuit manū reconciliationis in vtrūq̄ et ita auctoritas illa iob:p̄t intelligi de vtraq̄ mediatione.Sed

Ꝟ dicta aſ.

contra Si cristus per hoc q̄ fuit iustus ⁊ mortalis fuit mediator dei et hominū.eadē rōne Petrus vl̄ quilibet alius sanctus:per hoc q̄ fuit iustus ⁊ mortalis

Solutio.

fuit mediator dei et hominū. Solutio. Dicimus q̄ hoc intelligit de iusticia perfecta quā habuit iust⁹ cristus per cuius meritū aperta est nobis ianua paradisi et intelligētia scripturarū sicut dicit ioh̄ā. i apocalipsi.Qr nemo fuit inuent⁹ dign⁹ qui aperiret librū et solueret septē signacula et⁹ nisi leo de tribu iuda

In apoca.

et secundū hoc etiā dicit christus hostiū.vnde augu.

Augustin⁹ de hostio.

super illud euangelij.Ego sum hostium: dicit. Alij sancti cetera noīa cōmunicant cū xp̄o. sed christ⁹ sibi soli hoc nomē hostiū retinuit.qm̄ per ipsū principaliter introimus in paradisū ⁊ aperit nobis intellectus sacre scripture.Sed contra.Dicitur in cāticis de fi-

Ꝟ illd augustini ꝑ illd in canticis.

delibus.Si murus ē edificemus super eū propugnaculū argenteū Si hostiū est cōpingam⁹ illud tabulis cedrinis.et ita sancti sunt hostiū.Nō ergo solus xp̄s

Solutō Ꝟz aliquos.

est hostiū.Ad hoc dixerunt quidā q̄ hostiū dupliciter dicitur.s.ipsa apertura vel cōpactū ex asserib⁹.primo modo dicit christus hostiū.secundo modo sācti dicunt hostiū:qm̄ per clauos quas habēt vl̄ p doctrinam quibusdā viā aperiunt:que via est christus:dicū

Ꝟ hanc aſ.

tur hostium:quibusdā vero claudunt.Sed hec solutio videtur esse nulla.quia etiā sancti sunt in paradiso.ad minus exēplo ⁊ ita sunt hostium secundū q̄ hostium dicitur apertura.etiam christus quibusdā claudit quibusdā aperit viam que ipse est:et ita est hostium.Secundū q̄ hostium dicit cōpactū ex asseribus:

Opio doctoris.

propter hoc dicimus q̄ prop̄e christus dicitur hostium.quia merito passionis sue aperuit nobis ianuā paradisi:et etiā aperuit nobis intelligentiā scripturarum:qō nullus alius homo facere potuit.vt ostensū

Augustin⁹

est in precedenti questione:et ideo dicit beat⁹ augu. q̄ hoc nomen hostium sibi soli retinuit xp̄us.patet ꝫ ex predictis: q̄ christus in triduo non fuit mediator vel hostium.quia vtrunq̄ istorū nominum formam creatam importat.

¶ De virtutibus. ¶ Scōs tractat⁹.

Dicto de liberatione generis humani.s. de xp̄o dicendū ē de his per q̄ liberat.s.de virtutibus de quibus hoc ordine agendum. Primo questiones p̄ambulas ad virtutes tractabim⁹. Secundo q̄d virtus et quis numerus virtutū et que virtus in qua vi anime sita sit. Tertio de speciebus virtutū per ordinem. Et primo de theologices. Secūdo de donis spiritus sancti. Tertio de cardinalib⁹ virtutib⁹ ⁊ eaꝝ speciebus. Quarto questiones quibus aperitur generalis natura virtutum. Exequamur postea de preceptis decalogi.quibus opera virtutū p̄cipiuntur inter questiones p̄ambulas ad virtutes. Primo de

Notandū. In iustificatiōe ipij q̄tuor reqrūtur.

iustificatione impij. Secundo:vtrum aliquis mereatur p̄mā gr̄atiā bonis operibus. Tertio ad quid valeant bona op̄a facta in mortali peccato cū nō sit meritoria alicuius. Quarto naturam boni inuestigabimus:ideo qr bonū ponit in diffinitione virtutis. Notandū igitur:q̄ in iustificatione impij quatuor exigūtur.vt doctrinabiliter solent dicere mgr̄i.s.infusio gratie:motus liberi arbitrij:contritio peccatorū:remissio. Primū non meremur nec primo meremur:quia non ē motus vnde eo nō meremur formaliter. Scōz non meremur cū alius mot⁹ nō precedat ipsum:ꝫ eo meremur duo sequentia cū sit motus gratie. Tertiū meremur et tertio meremur. quartum sed quarto non meremur.quia non ē mot⁹.fm hanc assignationē infusio gratie precedit remissionē peccatorū. Fuerūt tñ qui dicerēt remissionē peccatorū precedere infusionem gratie.et vtrum hoc sit verū. Primo inuestigabimus. Secundo:vtrum remissio peccatorū precedat motū liberi arbitrij. Tertio quid sit ille motus liberi arbitrij. vtrum oporteat q̄ sit motus fidei. an possit esse mot⁹ alterius virtut⁹. Quarto qm̄ remittitur pctm̄.aut qm̄ ē.aut qm̄ non est. Quinto ⁊ vltimo vtr̄ hec argumētatio sit necessaria. Iste facit qō in se

Opio aliquorum.

est.ergo deus dat ei gratiā. Q̄ remissio peccatorum p̄cedat infusionē gratie.probat auctoritatibus et rationib⁹. Ambrosius dicit. Egress⁹ vicij virtutis operatur ingressum:ergo remissio pctōrū operatur infusionē gratie:q̄ est causa illius. ergo naturaliter p̄cedit gr̄e infusionem. Item dñs Jhere.constitui te super gentes et regna:vt euellas et destruas ⁊ disp. et dissi.et edifices et plantes:et ita pr⁹ est eradicare vicia q̄ plātare v̄tutes.q̄ remissio pctōr̄ p̄cedit infusionē gr̄e. Item boeci⁹.q̄ serere vult granū agro. p⁹ liberat arua fructib⁹ fructicibus.ratiōib⁹ sic. Ignis calefaciēs aquā pr⁹ expellit frigiditatē ab aqua q̄ introducat calorē. q̄ a sili. Ignis spiritalis spūssancti pr⁹ expellit frigiditatē pctī q̄ introducat calorē fidei spiritualē spei ⁊ caritatis: ergo remissio pctōr̄ precedit infu.gr̄e naturaliter. Item remissio pctōr̄ facit hoiem mundū.gr̄a aūt facit dignū vita eterna p se ⁊ imediate. Sed eē mundū prius est naturaliter q̄ esse dignū vita eterna:ergo remissio pctōr̄ precedit gr̄am. cum effectus imediat⁹ p̄cedat effectū mediatū. Item si de⁹ vellet facere successiue ista duo remissionē peccatorū infusionē gratie. ex necessitate prius remitteret peccatum q̄ infunderet gratiā.q̄ enī pr⁹ ipe infunderet gr̄am ⁊ post remitteret pctm̄ fieri non potest. qm̄ sic

Prima ōo

Aſ q̄ sic p ambrosiū.

Scōo per hieremiaz.

Tertio per boetium.

Prima rō ad idem.

Scōa rō.

Tertia rō.

faceret q̄ virtus et peccatū mortale simul essent qđ ipse nō potest facere quia faceret contra seipsū. restat igitur q̄ remissio pctōrū precedit infusionē gratie naturaliter. Jtē indirecte infusio gratie naturaliter precedit remissionē peccatoꝝ. ergo virt⁹ naturaliter pri⁹ aduenit q̄ peccatū exeat. ergo virtus ꝛ pctm̄ mortale simul sūt naturaliť. ergo homo naturaliter simul est dignus morte eterna ꝛ vita etiā. quod est ipossibile. restat ergo q̄ primū est falsū. ſ. q̄ infusio gratie p̄cedit remissionē peccatoꝝ. Sed q̄ infusio gratie p̄cedat remissionē peccatorum probatur multipliciter Dicit beat⁹ petrus Fide mundans corda eorū: ergo fides est causa mundicie cordis: ergo est causa remissionis peccatoꝝ. ergo naturaliter eam p̄cedit. Jtem sol materialis prius illuminat aera naturaliter q̄ fuget tenebras illuminatio aeris est causa quare fugentur tenebre. ergo a simili. Sol spiritualis prius illuminat animam naturaliter q̄ ab ea fuget tenebras pctī. ergo prius naturaliter infundit gratiā qđ est illuminare q̄ expellat pctm̄ ꝛ ita infusio gratie naturaliter precedit remissionē peccatorū. Jtem gratia non potest expelli nisi per peccatū. ergo econuerso peccatū non potest expelli nisi per gratiā. ergo gra expellit peccatū. ergo gratia tanq̄ causa naturaliter precedit remissionē peccatorū. Jtem gratia facit hominez gratū deo sed grat⁹ nō est homo deo. nisi existat mūdus et paratus seruire deo. ergo gra facit mundum et paratū deo seruire. aliter non faceret deo gratum ergo gratia precedit mundiciā. et ita remissionē peccatorū. quod concedim⁹ his rationibus. et ideo notādum ē q̄ aliud ē remissio peccati aliud desertio act⁹ peccandi. Remissio peccatoꝝ est deletio culpe ꝛ naturaliter sequitur infusionē gratie tanq̄ effect⁹ suam causam. Sed desertio act⁹ peccādi precedit infusionem gratie. quoniā anteq̄ gratia infundatur homini oportet q̄ habilitet se ad suscipiendū gratiam. ſ. q̄ se proponat nunq̄ de cetero peccaturū ꝛc. huiusmodi Auctoritas igit̄ ambrosij intelligitur non de remissione pecca. sed de desertione actus peccādi ꝛ ponitur p̄ns pro antecedēte. ꝛ est sensus. Egressus vicij virtutis operatur ingressū. Desertio actus peccandi habilitat hominē ad suscipiendū gratiā quo facto ingreditur gratia siue virtus. sicut ille qui aperit fenestrā ꝺz facere q̄ sol ītret domū. cum tū nō propie faciat hoc sed facit aliud ex quo hoc sequit̄. Eodēmodo intelligēda est auctoritas Jeremie. scz de extirpatione actus peccati q̄ ipedit edificationē ꝛ plantationē virtutum. vel potest intelligi de eradicatione ꝛ destructione ipsoꝝ peccatoꝝ q̄ fit per infusionē virtutū. ꝛ secūdum hoc intelligitur de edificatione et plantatione bonoꝝ operuz: ꝛ hoc modo intelligitur auctoritas boecij. ſ. de eradicatione pectōrū per virtutes ꝛ plātatione bonoꝝ operum. inuitat̄ aūt homo ad eradicationē peccatorum nō quia ipe eradicet peccata vl etiā cooperetur ad hoc sed qz facit aliquid quo facto illud fit sicut dictū est de aperiēte fenestram. ipe etiā homo habita gratia remouet peccatū magis ꝛ magis quantū ad debitū pene temporalis ꝛ alias reliquias peccati p bona opera ꝛ interiorē contritionē ad int⁹ per gratiā. Ad p̄mā rōnē dicimus q̄ hec argumētatio nō valet. Ignis materialis prius expellit frigus q̄ introducat calorē actualiter: q̄ a simili ꝛc. Notādū enī q̄ quedā expellūtur p medīū. quedā sine medio frigiditas enī expellitur sine medio. i. sine infusione sui cōtrarij facta actualiter. sed expellit̄ ab ipo calore ignis. per medīū aūt expellit̄ ab infusione vt quando expellitur per infusionē sui contrarij vt sol fugat tenebras per infusionē luminis: quādo q̄ expellit̄ aliquid sine medio. tunc prius expulsio est q̄ aduentus sui cōtrarij. ecōtrario aūt vbi p medīū expellit̄ aliqd ibi aduentus cōtrarij prior est naturaliter q̄ illud expellatur. vicīū aūt expellit̄ a deo nō p se sed p medīū ſ. per infusionē gre. siue fidei: vnde petr⁹. Fide mundans corda eorū nō est: q̄ qđ inducitur p simili simile scz de igne. sed eēt simile de sole fugante tenebras. Ad secundū dicimus q̄ gratia facit dignū vita etna. sed non immediate hoc facit īmo per hoc q̄ facit mūdū ꝛ promptū seruire deo. qm̄ nō ex hoc tantū est hō dignus vita eterna qđ īmaculate seruit deo sed etiaz ex hoc q̄ē mūd⁹ ꝛ p̄opt⁹ seruire deo. Predict⁹ autē mod⁹ arguendi teneret ꝓbaliter i effectib⁹ immediatis ꝛ non in mediatis Ad tertiā rationē dicim⁹ q̄ hec argumētatio Si de⁹ vellet operari successiue ista. remissionē pctōrū. infusionē gratie ꝛc. prius remitteret peccatū q̄ infūderet gratiā. ergo remissio peccatoꝝ precedit infusionē gre naturaliter. qz si successiue operaret illa oporteret q̄ p̄mo ꝛ immediate remoueret peccatum et q̄ alio modo ageret q̄ modo agat: quoniam non infundendo gratiam et per infusionez gratie delēdo peccatum sicut modo agit posset precedere remissionē pecca. tēpore. ꝛ ita nō deberet concludere: ergo naturaliter precedit remissio pcōr: sed precederet si successiue ageret. Ad quartū dicim⁹ q̄ hec argumētatio non valet. Virtus naturaliter pri⁹ aduenit q̄ peccatū recedat: ergo virtus ꝛ peccatū natura simul sunt. sicut pz in aduētu lucis ꝛ expulsione tenebraꝝ. Et hoc ideo cōtingit: qz licet aduent⁹ virtutis naturaliter prius sit q̄ remotio pcti. tamen naturaliter est simul cū illo. Sicut fides naturaliter prior est q̄ alie virtutes: tū naturaliter est simul cum illis. Est enī prior aliis virtutibus naturaliter per naturā causalitatis. ꝛ est naturaliter simul scōm naturā connexionis. Similiter aduētus virtutis naturaliter est prior q̄ recessus pctōrū scōm causalitatē naturā: ꝛ est naturaliter simul cū illo p naturā contrarietatis. Et ideo non seqtur q̄ simul possūt esse virtus ꝛ peccatū Ubi enī aduētus vnius p̄cedit naturaliter recessū alterius ita q̄ nō esset cū illo sequeret̄ q̄ illa simul possent esse. qđ non est hic. Et p̄terea recessus pcti nichil aliud est q̄ quod nūc primo nō ineſt peccatū. per hoc aūt q̄ virtus incipiat esse: peccatū incipiat nō esse. non sequitur q̄ peccatū ꝛ virtus simul sunt.

Sikitudo nō est ad p positum.

Ad secūdū

Ad tertiā.

Ad q̄rtum

Utrum remissio peccati precedat motū liberi arbitrij.

Scda q̄o hui⁹ ca.

Queritur vtr remissio pcti precedat motū liberi arbitrij. ꝛ ꝓbatur q̄ sic. qm̄ peccatuz imediate expellit gratiā: ergo gra imediate expellit peccatum ergo expulsio siue remissio pcti est imediat⁹ effectus non ergo mot⁹ liberi arbitrij vel contritio p̄cedit remissionē peccatoꝝ. Jtē motus liberi arbitrij q̄ est in iustificatione ipij est meritorius: sed ipossibile est q̄ aliquis motus sit meritor⁹ nisi ꝓcedat a radice mundata et purgata: ergo naturaliter pri⁹ est radix liberi arbitrij mundata q̄ ex eo surgat mot⁹ meritor⁹. Sz purgatio li. ar. nichil aliud est q̄ remissio pctōr: q̄ remissio pctōr naturaliť p̄cedit motū meritoriū li. ar. ꝛ contritionē. Non ergo motus li. arb. vel contritio precedunt remissionē peccatoꝝ: q̄ male ponūt mgri

Af q̄ sic.

Secundo.

quartū remissionem pctōrum in iustificatione impij.

Solutio. Duplex est remissio pcti.s.ꝙtum ad culpā et ꝙtum ad penā. Remissio pcti ꝙtum ad penam duplex est.s.ꝙtū ad penā eternā ⁊ ꝙtū ad penā tēporalem. Remissio pcti ꝙtū ad culpā ⁊ penā eternā est effectus gr̄e immediat⁹. ⁊ ponenda est in iustificatione impij scō loco. qm̄ solus de⁹ operatur eā in hoīe p solā gr̄az non p hoīs meritū. sicut dicit in ysa. Ego sū qui deleo iniquitates tuas ꝓpter me.i. ꝓpter bonitatem meā. ⁊ ponitur pronomen prime persone discretiue. Remissio aūt pctōrū ꝙtū ad penā tēporalem ex merito hoīs est. ⁊ quinto loco debet poni in iustificatione ipij: qz primo loco debet poni infusio gr̄e. scō remissio pctōrū ꝙtum ad culpā et penam eternā siue ꝙtum ad maculā ⁊ reatum. tertio motus liberi arbitrij. quarto cōtritio. quinto pctōr remissio ꝙtum ad penam temporalem.

Solutio. Duplex est remissio.

Iteruz duplex.

Ysaias.

Nota bñ.

¶ De motu liberi arbitrij.

¶ Tertia questio huius capituli.

Af ꝙ p̄t eē alterius.

QUerit vtrū motus liberi arbitrij oporteat ipm esse motū fidei aut nō. Dubitat et probat ꝙ potest esse motus alterius virtutis ꝙ fidei. qm̄ ante infusionē gratie potest hō habilitare se sperādo motu spei informis. dū autē se habilitat potest in eo infūdi gratia: ergo gratia p̄ōt infundi dū mouet motu spei. Contingat: ergo infusio gratie nō expellit illū motū spei: qz nō est ei contraria. imo debet augmentare: ḡ in infusiōe gratie mouetur iste motu spei et nō motu spei. sicut nec ante: qz non mouet simul diuersis motibus: ergo primus motus in iustificatōne est motus spei.

Eodez mō af de motu caritatis.

Eodē modo prorsus p̄ōt ꝓbari ꝙ primus mot⁹ in iustificatione p̄ōt esse motus caritatis vel alterius virtutis. ⁊ ita non est necessariū ꝙ prim⁹ mot⁹ sit fidei

In oppo⁹ est paulus.

Contra. Apls dicit. Fide iustificati sum⁹: ergo necessariū est motū fidei esse in iustificatōne ipij. quoniā si posset esse primus motus caritatis vel alterius virtutis: quare potius dixisset apls. fide iustificati sum⁹ ꝙ alia virtute. Preterea. cū homo iustificat incipit esse nouus homo. Sed dū hoc est in veteri statu non p̄ōt moueri motu dilectionis in deū quin primo moueat motu cognitionis suo modo: ḡ eadem ratione hō nouus in iustificatione non p̄ōt moueri motu dilectiōis suo modo: sed motu fidei. ⁊ ita necessariū est ꝙ in iustificatōne primus mot⁹ sit fidei. Preterea. si posset precedere motus alteri⁹ virtutis quare diceret fides prima virtutum. vel quare diceret apostō. fide purificās corda eoz.

Secūdo

Tertio.

Solutio. Dicim⁹ ꝓpter has rōnes ꝙ necessariū est in iustificatōe ipij p̄cedere motū fidei. ⁊ dicimus ꝙ hoī sperāti motu spei informis p̄ōt infūdi gr̄a. Sz necessariū est ꝙ ille motus informis incipiat non esse in instāti infusionis gr̄e. nō qz sit cōtrari⁹ gr̄e: sz ei oppositꝰ. sicut aduenīēte caritate expellit timor seruilis. licet sit bon⁹. Nouus enī hō nouis motibus mouet: qz ex nouis causis. i. virtutib⁹ tūc de nouo datis. Unde opz ꝙ act⁹ veteris hoīs siue deformes siue informes cessent aduenīētibus formatis. Item videt posse ꝓbari ꝙ sit necessariū ꝙ mot⁹ cōtritōis sit in iustificatōe ipij. qm̄ possibile est ꝙ post motū fidei in iustificatōe mouet motu spei. et postea motu caritatis et ꝙ motibus illorum virtutum delectetur in deo et ibi sistat: quia nichil impedit quin sic posset moueri illis virtutibus cū eas habeat in illo statu iustificabit cū virtutes incipiat habere. tūc ergo nō est necessariū ꝙ motus cōtritiōis sit i iustificatione impij. maxime cū motus virtutū sint volūtarij. et ita maxie in potestate nostra. Cōtra. Psalmista dicit. Justicia et iudicij preparatio sedis tue. ergo necessariū est ꝙ quādo preparat sedes dei in corde hoīs ꝙ iusticia sit ibi. sed in iustificatione preparat sedes dei in corde hoīs tm̄ ergo necessariū est ꝙ in iustificatione sit iusticia. sz iusticia non potest esse ibi nisi per cōtritionē. ergo necessariū est ꝙ ibi sit contritio.

Per hoc ptz solutio ad primū.

Af ꝙ nō sit ncca ꝓtritō

In oppo⁹

Solutio. Dicim⁹ ꝙ fides habet duas vias. vnā ad gaudium: aliā ad merorem. via fidei ad gaudiū est qm̄ fide mouet quis ad credendum se habituruz gaudia eterna a dei largitate. post hunc enī motū sequitur motus spei. et motus caritatis quibus homo delectatur in deo. via autē fidei ad merorē est quando aliquis credit se offendisse creatorem suum et per peccatū suū et per hoc meruisse penas eternas et amissionē bonorū eternorū. et sperās veniā per cōtritionem conteritur et flet pro peccatis et deprecatur pro eis. In iustificatione autē necessarium est mouēri fidem secundū viā merorīs. qm̄ aliter euacuaretur dei iusticia que secundū psalmistā preparat in nobis sedē deo. quoniā gratia non infunditur peccatori nisi sit in via merorīs licet informiter: quoniam nō infūditur gratia peccatori nisi doleat de peccatis et proponat se de cetero non peccare et tūc datur ei gratia vt hoc impleat efficacius. Adam vero i primo statu cum non haberet peccatum cū primo infusa est ei gratia potuit procedere per viam gaudij. Item ex predictis patet ꝙ in iustificatione sunt illa quinque vt dicunt magistri simul tempore. sed nō natura ergo simul mouetur in instanti motu fidei ⁊ motu cōtritionis: sed nō potest moueri motu fidei quin cogitet de deo. nec motu cōtritionis quin cogitet de peccatis ergo simul cogitat de deo et de peccatis qđ est contra aristo. dicentem. Scire quidem multa: intelligere aūt vnū solū. ideo etiā dicit ꝙ nomīe semel posito non est vtendū equiuoce. quia non possumus cogitare de diuersis simul. Item augu. dicit. Deus simul oīa videt et fortassis i futuro cogitationes nostre non erunt volubiles. Sed omnia q̄ sciemus vno intuitu videbimus ergo cogitationes nostre modo sunt volubiles ergo nō possum⁹ multa cogitare mō

Euasio.

Fortе dicet ꝙ motus fidei et motus contritionis nō sunt simul in eodē instanti. sed in paruo tēpore ⁊ primo mouetur motu fidei: postea motu contritionis.

Cōtra hoc arguitur.

Sed ꝓtra. in instāti quo mouebatur motu fidei erat iustificat⁹ et sine cōtritione: ergo sine iusticia et iudicio parata erat sedes dei i corde ei⁹. qm̄ sola cōtritio i iustificatione ē op⁹ iustitie ergo mētit propheta dicēs. Justicia ⁊ iudiciū p̄parato sedis tue.

Solutio.

Solutio. Ad hoc p̄ōt solui dupliciter sc̄z ꝙ bene p̄nt esse mot⁹ fidei ⁊ motus contritiōis simul. ⁊ licet non possimus plura scire distincte sicut volūt auctoritates ⁊ maxīe illa q̄ dicit ꝙ noīe semel posito ⁊c. tm̄ possum⁹ plura itelligere vel scire cōiunctīvt cū itelligit enunciabile intelligunt res p̄dicati ⁊ res subiecti simul in eodē instāti. in instāti ḡ illo i quo actualiter credit penitens se offēdisse creatorem suū itantū ꝙ dignus est penis eternis ⁊ amissiōe sūmi boni. i eodē instanti p̄ōt moueri motu fidei cū cogitet de creatore suo et motu contritiōis cū cogitet de pctis. ⁊ sic patet.

Per hoc

Solutio. Qm̄ aīa bene potest moueri diuersis motibus simul. secū soluit. dū diuersas vires sicut aliqs mouet diuersis motib⁹ corporalib⁹ scōm diuersas partes sui.

Alit p̄t dici

Alio modo potest dici ꝙ illi motus sunt in diuersis instantib⁹. vnus

tamen generat aliū per modū imperij. Unde nō opz
Ad auctoritatem. ꝙ sint simul. Qđ obicit de illa auctoritate. iusticia et iudiciū ꝛc. Dicimus ꝙ sic est intelligenda. Preparatio sedis tue. i. mansionis in quiete. Anteꝙ enī sit in aīa penitētis motus cōtritionis est deus per gr̄am in coz de hoīs in primo motu fidei: sz nō habet quietā mansionē donec cōtritio paulatim ꝛ paulatim mūdet palatū cordis: ꝛ tunc fit pax ꝛ serenitas cōscientie. sicut
Psalmista psalmista dicit. Justicia et pax osculate sunt.

¶In quo instanti remittitur peccatū.

¶Quarta questio huiꝰ capituli.

Queritur in quo instanti remittit peccatū. cōstat ꝙ in instanti infusionis gratie. qm̄ nō pōt dici ꝙ
Af ꝙ gr̄a nō expellit peccatum. ante. Tunc enī gratia primo expellit pctm̄. Inde sic. Gratia expellit peccatū ꝑ modū contrarietatis: ergo ꝑ modū agēdi: ergo gr̄a agit in peccatū. Sed īpossibile est ꝙ quid agat in non ens: ergo peccatū qđ expellit est. ꝛ gratia q̄ expellit illud est: ergo gratia et peccatū simul sunt. qđ est īpossibile. qm̄ loquimur de
Secundo. Ad primū. pctō mortali. Itē peccatū expellit: ergo peccatū est. qm̄ si expulsio passio inest ipi opz ꝙ sit. Ad hoc dicimus ꝙ hec argumētatio nō valet. Gr̄a expellit peccatū per modū agendi: ergo gr̄a agit in peccatū. qm̄ gratia expellit peccatū per modū agēdi. nō quo gr̄a agit in peccatū: sed quo deus agit in aīam. Dum enī deus infūdit gr̄am agit in aīam. Gratia vero nō propr̄ie agit: sed deus per gratiā expellit peccatū ꝓpr̄ie
Forma nō agit ꝓpe. non enī forma agit propr̄ie: sed per formā aliq̄d agit Infusio ergo qua deꝰ infundit gratiā est expulsio qua deus expellit peccatū. quoniā infusio gratie facit vt tunc primo nō insit peccatū. nec valet hec argumētatio. Peccatū expellit: ergo peccatū est. potius enim theologice excludēdo deberet inferre: ergo peccatū
Nō dr̄am i naturalib⁹ ꝛ in theologia. non est. In naturalibꝰ enī non teneret talis argumentatio: imo sic deberet naturaliter inferri. Hoc expellit: ergo partim est: partim nō est. theologice aūt sic. Hoc expellit: ergo hoc nō est. Expulsio autē ꝛ passio peccati idē est quod infusio passio qua infundit gr̄a: sed dicit illa infusio passio ꝓpter susceptionē gr̄e pr̄i⁹ non habite. Expulsio aūt pctī dicitur ex hoc ꝙ per eā efficit ꝙ tunc primo nō insit peccatum mortale. sicut cū aliquid efficitur albū eoīpo fit vt non sit nigrū. sic etiā laudatio passio qua cesar laudat idem est ꝙ prolatio passio qua ꝓfert vox significatiua laudis cesar.

¶De donatione gratie.

¶Quinta questio huius capituli.

Queritur vtrū hec argumentatio sit necessaria: Iste facit quicquid ī se est: ergo deꝰ dat ei gr̄am
Af ꝙ non. ꝙ non valet. probat. qm̄ cuicūq; deus dat gr̄am gratis dat ei et ex sola mia: sed qđ ex sola mia facit aliqs pōt illud facere et nō facere: ergo deꝰ cuicūq; dat gratiam pōt ei dare et non dare: g̃ prima argumētatio nō
Secūdo ꝙ ambr̄osiū. est necessaria. Itē ambr̄osius dr̄ ꝙ deus dat gr̄am illi quē scit sibi esse seruiturū. ei aūt nō cōfert quē scit sibi non seruiturū et hoc est dare cui dandū est: et nō dare cui nō dādū ē. sz possibile est ꝙ aliqs faciat q̄cq̄d in se est ꝛ tñ cognoscit eū deꝰ nō futurū sibi: g̃ possibile est ꝙ tali nō sit cōferēda gratia. et si nō est conferēda gr̄a
In oppm nō cōfert: g̃ possibile est vt ei qui facit quicq̄d in se est nō cōferat gr̄ā: g̃ prīa argumētatio nō tenet. Contra dicit dñs Cōuertimini ad me et ego ꝙuertar ad vos et īpossibile est deū mētiri: g̃ necessariū est ꝙ si aliqs cōuertit ad dūm ꝙ dñs cōuertat ad ipm: sed hō ꝙuertitur ad deū faciēdo qđ in se est: deꝰ cōuertit ad hoiez ꝓferēdo gr̄az: g̃ necessariū ꝙ si hō faciat qđ in se est ꝙ deus cōferat ei gr̄am. ꝛ ita argumentatio est necessaria. Itē apls. fidelis est deꝰ q̄ nō pt negare seipz. seipz aūt negaret si nō faceret iusticiā vbi faciēda est. cū ipe sit summa iusticia. Hoc enī intēdit apls. sicut exponit augu. g̃ multofortius negaret seipm si nō faceret misericordiā vbi faciēda est. cū magis se habeat ad opa misericordie ꝙ ad opa iusticie. Sed mia nō est faciēda alicui potius ꝙ ei qui facit q̄cq̄d in se est: ergo si in tali casu nō faceret opera mīe negat seipm. Sz īpossibile est ꝙ neget seipm: g̃ necessariū est ꝙ faciat mīam faciēti q̄cq̄d in se est. ꝛ ita argumētatio est necessaria.
Tertio in apocalipsi. Item in apoca. dicit dñs. Si quis michi aperuerit intrabo ꝛ cenabo cū eo. Sed iste aperit faciendo qđ in se est: g̃ deus intrat cōferendo gratiā: ergo si aliquis facit qđ in se est deus dat ei gratiā. ꝛ ita argumētatio est necessaria. Fortе dicet ꝙ hec cōiunctio si: nō tenet
Euasio. ꝓ hanc af consecutiue: sed adiectiue. Contra. Deꝰ pulsat ad hostiū vt intret. Iste aperit qui facit qđ in se est: g̃ aut deꝰ intrat aut nō intrat. Si non intrat: g̃ pro nichilo pulsat. Sed hoc est īpossibile: ergo necessariū est ꝙ deꝰ dat ei gratiā. ꝛ ita argumētatio est necessaria. Item
Quarto ꝙ augustinū. super illō ad Roma. Fide iustificati sumꝰ. dicit aug. ꝙ deus recipit cōfugientes ad se. aliter esset iniq̄tas in eo. Sed impossibile est ꝙ iniquitas sit in eo: g̃ necessariū est ꝙ recipiat cōfugientes ad se: ergo necessarium est ꝙ det ei gratiā qui facit quicquid in se est. ꝛ ita prima argumentatio est necessaria. qđ cōcedimus
Solutō ad primum. his rationibus. Et ad obiecta respōdemus ꝛ dicimꝰ ꝙ hec argumentatio nō valet. Deus ex sola mia dat
Augustinꝰ isti gratiā: ergo potest dare ꝛ nō dare gratiā. Hec enī laus mie ꝛ largitatis dei ꝙ nō potest nisi misericorditer agere. vt dicit augu. ꝙ sicut virtuperiū est volūtatis humane ꝙ non pōt credere. ita laus est volūtatis dei ꝙ non pōt seipz negare: qz nō pōt nisi iuste agere
Ad scām vbi est iuste agendū: nec nisi misericorditer vbi ē misericorditer agendū. Ad scām obiectū dicimꝰ ꝙ istud qđ dicit ambr̄osius. ꝙ deus nō dat ei quem videt sibi non seruiturū nec ꝓseueraturū in bono. intelligi debet tantū de illis qui nō faciūt qđ in se est. quibꝰ q̄ñq; non dat deus gratiā. licet gratiā det aliis qui nō magis se prēparant propter causas quas bene exprimit
Af ꝙ sic. btūs ambr̄o. ei aūt q̄ facit q̄cq̄d in se est ꝙ dat gratiā aliter nō reciperet cōfugientes ad se. quod nullo modo competit eius misericordie.

¶Utrū aliqs pōt mereri sibi primā gr̄am.

¶Sexta questio huius capituli.

Post predicta q̄rit vter aliqs pōt mereri sibi p̄mā gr̄am. videt ꝙ sic. qm̄ dñs dicit. Cōuertimini ad
Af ꝙ sic. me ꝛ ego cōuer. ꝛc. Ita ꝓmisit dñs q̄ verax est in promissis: g̃ de veritate dei. Et ita de iusticia dei debetur gr̄a illi q̄ facit qđ in se est. qđ est conuerti. ꝛ sic pōt hō facere bonis operibus vt gr̄a sibi debeat. qđ est mereri sibi gr̄az. mereri enī est facere de idebito debitū
Secundo. Itē opib⁹ factis in caritate pōt aliqs mereri sibi vitā eternam. Hoc enī nō est in bonitate siue benignitate oper. qm̄ nō est cōdigne ꝛc. vt dicit apls: g̃ hoc est ex ꝓmissiōe et largitate dei q̄ ꝓmisit hmōi opib⁹ factis vitā eternā: g̃ maiori rōne hmōi bonis opib⁹ fctis extra caritatē ex dei ꝓmissione ꝛ largitate eiꝰ pōt aliqs mereri sibi primā gratiā. qm̄ magꝫ excedit vita eterna opa caritatꝫ ꝙ gr̄a p̄dicta opera. Si dicit ꝙ ideo iste
Euasio. non mereꝝ: qz est indignus oīni bono. etiā pane quo vescat. Obiciꝝ de prīo hoīe qm̄ fuit ī statu innocētie: qz
Af ꝫ hoc.

indignitas nō habet locū ibi si dicat q̄ per peccatum mācipauit se seruitio diaboli: ⁊ est addictus et Unde deo non potest seruire: quia alienus seruus est. et ita nichil potest mereri a deo seruiendo deo cū dei seruitio non sit addictus: sed alieno. Cōtra. Augu. dicit. Seruitia q̄tomagis indebita tanto gratiosa: sed ei⁹ qui alieno seruitio est addict⁹ seruitia sūt magis indebita: ergo apud deū plus valere debent. Certum est enī q̄ talis potest p̄o deo opa misericordie exercere Solutio. Dicim⁹ q̄ nullus potest mereri sibi p̄mā gr̄am. qm̄ non est gratia nisi gratis detur. Si autem aliquis posset mereri eā tam potius meritis reddere tur q̄ gratis daret. vt dicit bt̄us augu. Ad p̄mū di cimus q̄ illis verbis Cōuertimini ad me ⁊c. nulla fit promissio vel obligatio: sed fit bonitatis ⁊ largitatis dei tantū declaratio. et sic soluta est vtraq; obiectio. Ad alia dicimus q̄ ideo mereri nō potest: q̄ meritū est seruitiū deo gratis exhibitū. et iste nō habet vnde possit deo seruire. Nō enī est seruitiū alicui⁹ quod nō sit ad eius vtilitatē. fuit enī homo factus ab initio vt et delectaretur in deo: ⁊ deus delectaret sic in eo cui⁹ sunt delicie esse cū filijs hoīm. cū ergo non possit delectari in deo nisi per fidem/ spem/ caritatē. q̄ hȳ sunt tres panes. Unde patz q̄ existens in peccato mortali non hz vnde deo possit seruire. Unde licet bona opa ad deum referat: tamen nō seruit deo ad cui⁹ vtilitatem nichil agit. Item esto q̄ aliquis existens in caritate considerans infirmitatē suā et hostis versutiam oret ad deū vt si ceciderit resurgat. Queriturvtrum iste potest mereri sibi p̄mā gr̄am si postea ceciderit qō videtur. qm̄ augustin⁹ dicit q̄ nichil dignū⁹ potest peti: ergo dz exaudiri. Itē iste orat p̄o se quod spectat ad salutem. ⁊ pie: q̄ ex caritate. ⁊ perseueranter ergo debet impetrare. q̄ enī perseueranter videtur. Ponatur enī q̄ hic orauerit per decem annos. qm̄ si aliquis caritatē habuerit p vnā diē ⁊ decedit dicitur perseuerantiā habuisse. Si dicit q̄ perseuerātia non attenditur respectu longinquitatis tēporis: sz respectu finalis perstitētie. Contra. Meritū absq; tali perseuerantia meritū est vite eterne. sicut patet in multis reprobis qui habent caritatē. ⁊ tunc quolibet opere bono mereturvitā eternā absq; tali pseuerātia: ergo eadē ratione meritū absq; pseuerātia meritū est gr̄e. Item licet peccator nō possit mereri sibi gr̄am: tamē vir sctūs potest mereri alij. ergo a simili. Iste cum sit in caritate sibi postea facto pctōr pōt p̄mereri gr̄am Si cōceditur. esto igit̄ q̄ ille cadit. Inde sic. Pctm̄ mortale euacuauit omne meritum in iusto. qm̄ dicit ezechiel. Si ceciderit iust⁹ a iusticia sua oīm iusticiarum suarum nō recordabor: ergo propter iusticiam prete rita nō debetur ei gratia in futuro: q̄ nō meruit cz ex preterita iusticia. Solutio. Nullus meret sibi p̄mā gr̄am. vt dictū est. Ad primo obiectū dicimus q̄ ideo dicit aug. Nichil dignū⁹ posse orari. qm̄ q̄ hoc petit petit cū amore/ timore/ ⁊ reuerētia dei. ⁊ talis oīo pōt et valere: vt qm̄ ceciderit facili⁹ resurgat. qm̄ cum minor preparatōe resurgeret q̄ si hoc nō orasset. verūtamē ex illa orōe nō meruit vt post casū resurgeret qm̄ conditio posita in orōne. s. hec. si cadā resurgam. cōtraria est pseuerātie. ⁊ ita nō orat pseuerāter. licet oret hoc p mille annos. qm̄ idē est ac si dicat. peto vt dimittas michi si optime verberabo te. Uerūtamen pseuerātia nō exigit ad meritū vite eterne. qm̄ opus caritatis oia tēporalia excedit. ⁊ ꝓpr̄ie opus caritatis est ad vitā eternā: non ad gr̄am. qm̄ opere caritatis non tenditur ad gratiā: sed ad gloriā: tamen cum predicta oratione petit aliquis gratiā: non meretur eam propter conditionē appositam: quia cōtraria est perseuerantie. per quā tantum merita remunerātur Tamen illa petitio est meritoria vite eterne. quoniā respectu vite eterne habet perseuerantiā ad min⁹ potentialiter. quoniā si cum tali petitione meritoria decederet saluaret: sz respectu gratie quā petit impossibile est interuenire perseuerantiā. Et ideo nō est ibi etiam potentialiter perseuerantia. ⁊ ideo non est ibi meritū. Tamen in alio respectu est meritum. qm̄ respectu vite eterne ipossibilis est illa petitio cū perseuerantia peruenire advitam eternā. sed non est vt cū perseuerantia peruenat ad gratiam post casum. Ad vltimo obiectū dictmus q̄ non valet hec argumentatio. Aliquis sanctus meretur alij p̄mā gratiā: quia est in caritate. multofort⁹ ille qui est in caritate sibi p̄mā gratiam potest mereri ex caritate si cadat. qm̄ in illo qui meretur alij nullū est impedimentum merendi: sed in illo qui petit sibi dari p̄mā gratiā post casum. Duplex est impedimentū. s. priuatio potētialis perseuerātie que intercluditur per conditionem et ipe casus qui cōditionatur ibi. Perseuerantia enī non consistit in diuturnitate cōtinuationis: sed tantū in continuatione finali. Dicūt tamen multi q̄ nullus meretur alij p̄mā gratiā de condigno: sed tantū de congruo. qm̄ si de condigno p̄mā gr̄am mereretur necessariū esset q̄ daretur ei. Sed non est hic necessariū. sicut patet per hiez. cui dixit dñs. Noli orare p̄o populo isto: qz nō exaudiā te. Sed ꝓtra. in euāge. dz Videns iesus fidem illoz dixit paralitico. fili: dimittuntur tibi pctā tua. Glosa. Multū valet apud deū fides propria cum tantū valuerit aliena. vt hoīem sanaret in aīa ⁊ corpore: ergo merito fidei alicne sanauit dñs paraliticū. ⁊ ita proprie aliquis meretur alij p̄mā gratiā. Itēvera amicitia est idēvelle idē nolle ergo si de natura auaritie est vt amicusvelit quod suus amicus vult. Et talis est liberalitas amicitie hominis: ergo mltofort⁹ cū liberalitas dei sit maior in infinitū. liberalitas scz dilectōis dei. sequit q̄ amicus de necessario īpetret a dño p̄mā gratiā alij hoī: qz nichil ita meretur apud aliquē sicut amic⁹ ab eo quē diligit et a quo diligitur: ergo ex condigno meretur alij p̄mā gratiā nisi sit ibi aliquod impedimentum qō concedimus. Semper enī ad preces alicui gratia nisi sit ibi impedimentū. s. nisi ille pro quo orat oīno contradicat gratie per propositū peccādi. ⁊ maxime per peccatū in spiritum sanctū. sicut dicit glosa super predictū locuz hieremie. in quo etiam casu dicit dñs per hieremiā alibi. Si steterint moyses ⁊ samuel coram me: non erit aīa mea ad populū istū. Itē q̄ nullus pōt mereri p̄mā gr̄az sibi: hoc est de natura hoīs aut de natura gr̄e. aut de natura stat⁹. Nō pōt dici q̄ hoc sit de natura hoīs. qm̄ hō creat⁹ est ad merendū maius. s. gr̄am eternā. si de natura gr̄e. Contra. Qō maius est cadit in meritū scz gloria que est maior q̄ gratia: ergo et id qō min⁹ est scilicet gratia potest cadere in meritū de natura sua. Si ꝓpter statū. qm̄ hō in mortali indignus est o mī bono. Obicit de primo hoīe vt prius. Forte dicet q̄ nō est in statu merēdi: qz ei⁹ opa nō placēt deo. ⁊ ita nō sūt delectabilia deo. et qz de⁹ i eis nō delectat. iō p ea nō fuiuit deo hō. Sz ꝛ De lucifero est dictū añ q̄ caderet. In delicijs paradisi

Alia euasio

ꝛ p augustinum.

Solutio.

Ad p̄mū.

Ad alia.

tres panes

nō incidēs.

Af q̄ sic p augustinū. Secūdo

ꝓtra quā af

Tertio.

In oppm

Solutō ad p̄mum.

nō diligēt

Ad vltimū

Duplex im pedimētū.

Opinio ali quorum

ꝛ hanc af.

Glosa.

Secundo.

Solutio.

Iterum af ad p̄ncipale

Euasio.

ꝛ hanc af.

Item. spes ⁊ timor sūt circa diuersas materias. timor enī habet ꝑpriā materiā offensā dei vel separationē ab illo. Spes vero beatitudinē creatam: ergo spes ⁊ timor sunt diuerse virtutes. sicut iusticia ⁊ tēperantia que consistūt in diuersis materijs. Justicia enī consistit in subueniendo miseris. temperantia in coherendis delectationibus prauis. ⁊ ideo sunt diuerse virtutes: ergo eadē ratione timor ⁊ spes

Solutio

sunt diuerse virtutes. qd concedimus.

Ad pmū.

Ad primo obiectum dicimus ꝙ hec est falsa. Timor et spes habēt eadem extrema. quoniā extrema spei sunt presūptio et desperatio. Timoris autē extrema sunt temeritas et timiditas. temerarius est qui nulla pericula fugit timidus qui oia fugit. Sed timore virtute timentur

Ad scdm.

tantūmodo timenda.

Ad scdm dicimus ꝙ sicut contrarioz eadē est ars. ita eadē virtus. Sed per hoc nō pōt ꝓbari ꝙ timor ⁊ spes sūt eadē virtus. qm̄ nō sūt de cōtrarijs. qm̄ spes est de btitudine. btitudo autez siue creata siue increata nō habet cōtrariū. qm̄ nichil

Ad tertiū

est sūme malū.

Ad tertiū similiter patet solutio.

Ad q̄rtum

Ad quartū dicimus ꝙ hec argumentatio nō valet. Eadē est virtus in cognitione. ⁊c. quoniā cognitio que est fides principaliter respicit primam veritatē cui credit. ⁊ de futuris bonis et malis. Spes autē et timor non respiciunt idē. timor enī respicit dei iusticiā. spes dei largitatē. qm̄ vna est ratio cognoscēdi: sz diuerse

Ad quintū

afficiendi. ideo non valet illa argumētatio.

Ad q̄ntū patet solutio ex predictis. quia spes et timor non habent eadem extrema.

¶ Utrum spes sit mercennaria.

¶ Quarta questio huius capituli.

QUeritur vtrū spes sit mercennaria. ꝓbat ꝙ sic; qz spes est certa expectatio futuroz bonoz̄ per quā nō mouetur aīa nisi ad habendū vitā eternā per merita: ḡ per merita tendit tantū ad suā vtilitatē ergo est mercēnaria: ḡ nō est virtꝰ. Solutio. Duplex est mercimonia. est mercimonia qua quis intendit lucrum tēporale. vt ille qui seruit deo ꝓpter tēporalia tantū. ⁊ talis motus mercēnariꝰ peccatū est. quoniā talis ponit deum viam: non finem. De tali dicitur in euangelio. Mercennarius videns lupū venientē fugit. Est etiam mercennarius qui seruit deo propter regnū celeste habendū siue propter beatitudinē habendam. Et talis motus non est peccatum: quia tali motu querit homo vtilitatē suam in deo vbi est. De tali mercēnario dicitur in euāgelio luce. Quāti mercennarij in domo patris mei abūdant pa. ⁊c. hoc modo est spes mercēnaria. tñ nichilominus est virtꝰ.

Af ꝙ sic

Solutio. Duplex mercimōia

Duplex mercēnariꝰ

¶ Quinta questio huius capituli.

QUeritur vtrum sācti habeāt spem ī patria. videt ꝙ sic: qm̄ spes est de gemina stola: aīe. s. et corporis. s. de glorificatione aīe et glorificatione corporis. Sācti aūt in patria expectant glorificationem corporis: ḡ in eis est expectatio future beatitudinis prouenientis ex gratia et meritis precedentibꝰ. ḡ ī eis est spes virtus. Preterea in christo homine fuit spes dum erat in via: qz de eo dicit. Exultauit vt gigas ad currendā viā. vnde in persona eius dicit propheta. In te dñe speraui: et christus erat cōprehensor dum erat in via. ergo eadē ratione alij cōprehensores hñt spem: et ita spes est in patria.

Af ꝙ sic.

Secundo.

Psalmista

Solutio.

Solutio. Dicimus ꝙ spes non est in patria nec est verū ꝙ stola corporis sit beatitudo vel pars beatitudinis proprie: tñ ōr pars beatitudinis: quoniā ex coniūctione aīe ad corpꝰ glorificatum: erit maior delectatio aīe: et ita maior beatitudo. Unde cum bona corporis sint in differentia motus in illa nō sunt propria alicuius virtutis: nisi ꝙ accidens: nec meritorij nisi per accidens. vnde velle alicui bona corporis non est motus caritatis: nisi per statum indigentie. Eodēmodo expectare stolam corporis non est alicuiꝰ virtutis propie nec est motꝰ meritorius: nisi per accidens sicut et alij motus indifferentes. ꝙ aūt stola corporis nō sit beatitudo vel pars beatitudinis patet per illud euangelij. Hec est vita eternavt cog. te. ⁊c. cognitio enī tota est in anima. vñ nulla pars beatitudinis in corpore est: qz ḡ sancti nō expectant visionē illā apertā quam habent. ⁊ patet ꝙ sācti non habēt spem in patria. Unde apo. qd̄ quis habet quomō sperat. Sed iteruz probat ꝙ spes erit in patria: quia spes et timor sunt due mole ītergquas debet moli quilibz christianus. Timor enī reprimit spem ne luxuriet in pūptionē. Spes eleuat timorez ne cadat in desperationē: sed timor erit in patria. qm̄ timor dñi sanctꝰ permanet ī seculū seculi. ḡ pari rōne spes erit in patria. Itē mali habebūt in iferno timorem ⁊ horroreē. vñ in libro sapiētie. Erit enī transitus ab aqs niuiū in caloreē nimiū: et hoc nō fiet sine horrore. cū ḡ timor futuri mali sit in iferno. spes futuri bōi econtrario ē in paradiso. Itē gra mutabit in gloriā ⁊ merita ī pmiū: vt dicit cassio. Et cōstat ꝙ tota anima glorificabit. ḡ quātū ad vim rationabilem irascibilē concupiscibilem. Spes ergo que est in irascibili mu

Mot⁹ corporales nō sūt meritorij.

qd̄ btitudō propie.

Itez af ad pncipale.

Ad idem.

Iterum ad idem p cassiodorum.

tabitur in gloriam: sed in nullam aliam videtur esse mutanda: nisi in seipam meliorata ⁊ perfectam: ergo

Sexto. spes erit in patria. Item, quedā delectatio est in aīa ex eo q̄ per fidē videt deū: ⁊ hoc non destruet in patria. imo augmentabit ex cognitione fidei succedēte Similiter delectatio q̄ est ex caritate non destruetur sed augmētabitur: ergo nec delectatio que est ex spe Sed talis delectatio nō est nisi in certa expectatione ergo huiusmodi expectatio erit in patria: ḡ et spes.

Solutō ad primum. Solutio. Ad primū dicim⁹ q̄ timor erit in patria nō scōm q̄ mola. qm̄ scōm q̄ mola est timor separatiōis vel offense dei talis timor nō erit ibi. Sed timor reuerētie qui est resilitio aīme ab altitudine dei ꝑ propriā paruitatem scōm q̄ timor nō est mola oppositā

Ad scōm. spei. Ad scōm dicimus q̄ nō est simile de inferno ⁊ paradiso, qm̄ in inferno erit tēpus sicut dicit in psal. Et erit tēpus eor in secula, ⁊ in apoca. dicit de babilone q̄ fumus eius ascendet in secula seculor. In paradiso autē erit tātū eternitas, ⁊ ideo nō erit ibi spes futuri

Ad tertiū. boni. Ad tertiū dicimus q̄ hec auctoritas. Hīa mutabitur in gliam intelligit tantū de gratijs ymanētibus. Unde obiectio nō tenet in spe: qr spes euacuabi

Quō fides et spes euacuabuntur tur ex toto ⁊ q̄tum ad genus suū. Fides aūt euacuabitur q̄tum ad differentias suas: sed nō quo ad gen⁹ quoniā cognitio dei remanebit in gñe: sz nō in enigmate. Et ita nō oīno euacuabitur fides: sed spes euacuabitur oīno, non tamen vis irascibilis remanebit irremunerata. imo habebit gliam suā siue perfectionem. s. reuerentiā/humilitatē/ fortitudinē. per quas erit delectatio in deo. sicut enī alijs populus terrenus delectatur in hoc q̄ subijcitur bono regi terreno ita populus dei delectabit in hoc q̄ subijcietur regi

Ad q̄rtum eterno. Ad aliud dicimus q̄ delectatio ex fide erit in patria, quoniā delectabit in deo vt in prima veritate et prima luce ⁊ hmōi. Et hoc ideo qm̄ fides non euacuabitur q̄tum ad genus suū. Spes autē euacuabit q̄tuz ad genus suū nec remanebit delectatio que est ex spe. Unde nō valet hec argumentatio. Delectatio que est ex fide remanebit, delectatio q̄ est ex caritate remāebit: ergo delectatio que est ex fide remanebit caritas enī non remanebit tātūmō eadē specie ⁊ genere: sed eadē in numero. fides aūt euacuabit quātū ad speciem et numerū: sed remanebit in genere. spes autē nec numero nec specie nec genere remanebit eadem: qm̄ nō erit expectatio futuri boni: vbi erit pos

ꝫ dicta aī. sessio pīs oīs boni. Sed obijcitur. per fidē mō delectamur in deo vt in prima veritate. per spē vt in summa largitate. per caritatē vt in sūma bonitate. in patria aliq̄d erit loco fidei quovis rationabilis delectabitur in deo immediate: vt in prima veritate. similit aliq̄d erit quo delectabitur vis concupiscibilis: scilz ipsa caritas quare non erit aliq̄d loco spei quo delec-

Solutio. temur immediate in sūma largitate. Dicim⁹ q̄ duo sunt in anima: intellectus et affectus: intellectu delectamur in p̄ma veritate immediate: sz affectu in p̄ma bonitate: dū absens est nec adhuc possidet: scilicet expectando et diligendo: cū autē presens est et possidetur vnico modo. s. diligendo: cū ergo largitas referatur ad bonitatē dei dū absens est: nec possidemus adhuc eā delectemur in ipsa duobus modis: sed quādo erit pīs et possidebimus eā et quicquid habet dare non delectabitur in ipsa nisi diligendo, quia ex toto euacuabitur illud quo vi irascibili delectamur i deo scz expectare nec remanebit in vi irascibili quo delectemur in deo immediate. vis enim intellectiua p̄pe est ad veruz: vis concupiscibilis prope est ad bonum vis irascibilis proprie est ad remouendū impedimē ta vie: q̄ ducit ad bonū: nec est ad bonū nisi expectando se peruenturam ad ipsum quasi per bella. Mō de tribus virtb⁹.

De caritate.

Aliud capitulum.

Dicto de fide ⁊ spe, sequitur de caritate de qua hoc ordine agendū est. Primo de essentia caritatis. Secundo de ordine caritatis. Postea de alijs questionib⁹ que circa caritatē versantur. Agētes de essentia caritatis. Primo dicem⁹ de diffinitiōe ei⁹. scdo vtrū caritas sit spēs specialissima. tertio, vtrū eodem motu numero diligit deus ⁊ prim⁹. quarto, vtrum possibile sit q̄ equali motu caritatis diligat deus et primus. quinto, quō dilectio dei sit cā dilectōis proximi. vt dicit btūs greg. Sexto ⁊ vltimo quō caritas sit forma virtutū. Aplūs ita diffinit caritatē. Caritas est finis p̄cepti de corde puro ⁊ cōscientia bona. ⁊ fide non ficta. Contra hanc diffinitionē multiplicit obicitur. Primo cōtra primū mēbrū sic. Solus spūssctūs est finis precepti. i. operū que a deo preciptunt. Sed caritas est finis precepti: ergo caritas est spūssanctus que fuit opinio mgri pe. lō. Itē. super istū locū dicit glo. q̄ oīa bona opera que sunt in precepto tendunt ad caritatē: ergo habens caritatē oībus operibus suis bonis tendit ad caritatē. ⁊ ita tendit ad illud qd habet quod est ocioſum vel īpossibile. qm̄ si īpossibile est q̄ motus nature sit ocioſus, multofortiꝰ īpossibile est q̄ motus caritatis sit ocioſus. Item, hoc mēbrum caritas est finis precepti cōuenit omni caritati et soli, quoniā sola caritas est impletio legis: ergo residua mēbra ponūtur superflue ibi. Item, hec dictio corde ponitur ibi pro intellectu, vnde in ysa. Redite p̄uaricatores ad cor. i. ad intellectū, aut hoc intelligit de intellectu vi aīe aut de intellectu dono. Si de vi anime hoc videt falsum, quoniā caritas est a sola gra dei: ergo non ex vi aīe. Si dono: iterū falsum est, qm̄ caritas precedit omia alia dona ⁊ primū donum. s. timoris dñi. Fides enī spes/caritas/sūt theologice virtutes ⁊ prime oīm virtutū. Item, notandū q̄ cōscientia ponitur ibi pro spe, quoniā qui puram habet conscientiam retrahit se a spe ⁊ fide non ficta. i. nō simulata vel non ficta. i. non fictili siue non fragili, sed inter aduersa forti: ergo caritas procedit ex fide ⁊ spe. hoc etiam vult auctoritas ista. Abrahā genuit ysaac Jacob. i. fides spem: spes caritatē. Sed contra. Oēs infundūtur virtutes simul: ergo nulla est causa alterius. Cum ergo dubitatio sit de qualibet parte predicte diffinitionis est quedā dubitatio de tota diffinitione. quoniā in hac tota diffinitione nō ponitur substantialis differētia caritatis. Quod ꝓbatur per hoc quoniā substantialis differētia sumitur respectu primi et principalis actꝰ ad quē est res. Sz caritas pro loco se hz ad diligere. sicut fides ad credere: et spes ad sperare. Patet ergo q̄ nō ponit in hac totali diffinitiōe substātialis differētia: ḡ illa diffinitio nō ē bene assignata. Solutio. Ad primū dicim⁹ q̄ hec argumētatio nō valet. Solus spiritussanctus est finis precepti. Sz caritas est finis precepti: ergo caritas est spiritussanctus. Instantia. Iste tenet solū frenū et tenet equum: ergo frenum est equus, quoniam vbi vnum propter alterum vtrobiq̄ totum, caritas enim ideo

Utrū diffinitio caritatis sit bene assignata.

Diffinitio caritatis.

ꝫ hāc diffinitionē aī.

Scdo per glosam.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Abrahā genuit ysaac.

ꝫ hoc aī.

Probat.

Solutio

Ad primū

Instantia.

Caritas est finis p̃cepti

Opio magistri est falsa.

dicitur finis precepti: quia coniũgit mentem humanam dilectioni spiritussancti. Quod autem falsa sit opinio magistri pe.l. probatur per hoc quia quantũ potens est prima caritas que deus est ad inflãmandum affectum ad diligendũ. tam potẽs est prima lux ad illuminandũ intellectum ad credendũ. ergo sicut prima lux non illuminat intellectũ ad credẽdum nisi per mediũ habitũ qui est fides. ita prima caritas non inflãmat affectum nisi per mediũ habitum qui est caritas creata.

Scõo ꝓtra magistrum

Jtem. sanctus homo quando dormit nec diligit deũ actu nec habitu: ergo non habet caritatem. Si autẽ dicatur habere caritatẽ ꝓpter solã potentiam diligendi: ergo pessimi homines habent

Tertio.

caritatem: quia habent potentiã diligẽdi. Jtem. iste vir sanctus habilis est ⁊ promptus ad diligendũ deũ ergo habet habitũ ad diligendũ deum. Sed constat ꝙ ille habitus est virtus potius ꝙ alius habit⁹: ergo caritas est habitus creatus quod est cõtra magistrũ qui dicit ꝙ fides est habitus creatus. ⁊ spes similiter caritas non.

Ad scõm. Finis capĩ tripliciter.

Ad scõm dicimus ꝙ caritas est finis precepti. sed finis tripliciter accipitur. Est enĩ finis consumptionis. vt cum dicitur. candela finitur. i. consumitur. Est finis consummationis. vt hic. domus finitur. i. consũmatur. Est finis terminatiõis. vt hic. ager iste finitur hic. i. terminatur. Caritas dicit finis duobus vltimis modis. quoniã caritas est consummatio siue adimpletio omis precepti. sicut dicit apostolus. Est etiam caritas terminatio omis precepti. quoniã omia bona opera que sunt in precepto tendũt ad caritatem ratione iocunditatis que est annexa caritati que iocunditas est pars mentis ad quã tendũt omia bona opera hoĩm. ⁊ habens caritatẽ suis operib⁹ tendit ad illam. licet habeat eam: non tamen ociose. qm̃ tenditvt eã magis habeat. vnde in ecclesiastico. Qui edunt me adhuc esurient. ⁊c.

Eccl̃astici. Ad tertiũ

Ad tertium dicimus ꝙ prima pars illius diffinitionis nõ conuenit soli caritati: sed et fidei et spei. Principalius autẽ caritati. qm̃ caritas principaliter mouet ad opera. quoniã ipa est dulcedo mentis per quam homo seruit deo libenter

Ad ꝙrtum Augustin⁹

bonis operib⁹. Ad aliud dicimus ꝙ ibi sumitur corde pro intellectu. sicut dicit augustinus. s. pro intellectu qui est vis anime siue pro iudicio ipi⁹. Per intellectum enĩ qui est vis anime et per eius iudicium preparat se anima rationalis vt sit susceptibilis fidei spei/et caritatis. et ita intellectus ille est principium oĩm virtutum materiale ⁊ ab eo procedũt omẽsvirtutes nõ effectiue: sz materialiter. effectiue autem a deo.

Ad quintũ

Ad aliud dicimus ꝙ caritas procedit ex fide et spe tanꝙ ex causis suis originalibus. tamen omẽsvirtutes simul infundũtur ⁊ simul sunt per naturã connexionis non per naturã causalitatis.

Ad vltimũ

Ad vltimũ dicimus ꝙ hec argumentatio non valet. Jn hac diffinitione non ponitur substantialis differentia: ergo diffinitio nõ est bene assignata. Est enĩ triplex diffinitio

triplex diffinitio.

phisicha/logica/⁊ theologica. Philosophus enĩ diffinit res per materiã. logicus per formã. theologic⁹ per finem. Unde diffinitio phisica est materialis sicut illa. Jra est accessus sanguinis circa cor. logica diffinitio est formalis que constat ex genere ⁊ differencijs vt hic. Jra est appetitus contrarij doloris. Diffinitio theologica est finalis: quia datur in habitudine ad finem vltimũ. vt predicta diffinitio caritatis. Est igitur sensus. Caritas ẽ finis precepti. i. caritas quietat cor in suo bono per quod ipa est finis oĩm preceptorũ si-

Diffinitio phisica.

Diffinitio logica.

Diffinitio theologica exponit̃ diffinitio caritatis.

ue omniũ bonor̃ operũ que sunt in precepto. Patet ergo ꝙ non valet predicta argumentatio. quoniam tantũ logica diffinitio exigit substantialẽ differentiã.

Utrum virtus que est caritas sit species specialissima.

Secunda questio huius capituli.

Queritur vtrum virtus que est caritas sit species specialissima. probatur ꝙ non: qz sapientia que est de diuinis est aliud donum ꝙ scientia que est de humanis: ergo eadẽ ratione: alia est dilectio dei ꝙ dilectio proximi. Ad hoc dicimus ꝙ vnica virt⁹ spẽ est caritas qua diligitur deus et qua diligitur proximus. nec est simile de sapientia et scientia: quoniam per sapientiam cognoscuntur aliq̃ dispositiones ꝙ per scientiam et de alio subiecto. Sed cum caritas sit voluntas et diligere velle eiusdem rei principaliter est voluntas qua diligitur deus et qua diligitur proximus: quoniam dilectio qua aliquis diligit deũ est voluntas qua vult ei sũmũ bonũ qd̃ habet. s. ꝙ sit omnipotens summe bon⁹ et huiusmõi. dilectio qua aliquis diligit proximum est voluntas qua vult et idem summũ bonũ. licet non per essentiã: sed per gr̃am. Sed obicitur. Cõstat ꝙ voluntas qua aliquis vult fidem/spem/caritatem: ⁊ alias virtutes. alij est motus caritatis. quoniã illa voluntate vult ei bonũ. Sed constat ꝙ diuersa sunt talia bona volita in spẽ. qm̃ tot sũt quot sunt virtutes. sz scõm diuersa volita distinguuntur diuerse voluntates. vt dicit augustin⁹ ergo diuerse sunt spẽ voluntates caritatis: ergo ipsa caritas diuersificat̃ in specie. Solutio. dicimus ꝙ virtutes sunt diuersa volita naturaliter: sed sunt vnũ volitum formaliter: quia deus est dulcedo virtutũ quas quisq̃ desideratvirtutes. Unde origen. super cantica m principio dicit. Jn ipso deo sine dubio continet̃. vt sapientiam/iusticiã/pietatem ⁊ veritatẽ. omẽsq̃ virtutes pariter diligamus. vnũ enim atq̃ idem est diligere deum et diligere bonum.

Af̃ ꝙ non.

Solutio.

Dilectõ & dilectio proximi.

Utrum de eodem motu numero diligatur deus.

Tertia questio.

Queritur vtrũ de eodem motu numero diligat̃ deus ⁊ proximus. probatio. Augustinus dicit ꝙ in proximo non diligitur nisi deus: ergo eodẽ motu diligit̃ de⁹ et proximus. Jtem eodem visu quo videtur albũ videt̃ albedo: ergo eodez desiderio quo desideratur dulce desideratur dulcedo: ergo eodem amore quo diligitur bonũ diligitur bonitas. sed deus est dulcedo siue bonitas qua diligitur proximus ergo eodẽ motu diligitur proximus quo diligit̃ de⁹ Contra. eodẽ motu numero quo diligitur deus et proximus: ergo non magis diligitur deus ꝙ proximus: vt idem mot⁹ numero erit magʃ intensus ⁊ min⁹. Jtẽ. eodẽ motu diligitur de⁹ ⁊ proximus: sz oĩs dilectio est cõcupiscẽtia vel amicitia: g̃ ille mot⁹ est cõcupiscẽtia vel amicitia. nõ cõcupiscẽtia. qm̃ nõ diligim⁹ proximũ motu cõcupiscẽtie: qz nõ cõcupiscimus primũ: g̃ ille mot⁹ est mot⁹ amicitie. Sz motus amicitie est q̃ aliqs vult alij bonũ: g̃ eodẽ motu numero vult aliqs primo bonũ et deo. qd̃ ptz eẽ falsũ. Propt̃ hoc dicimus ꝙ ipossibile est ꝙ eodẽ motu numero diligatur deus ⁊ proximus. cum igitur dicat augustin⁹. Jn proximo non diligitur nisi deus. hoc verbũ diligitur sumitur impropie. s. in significatione semiplena. qm̃ diligere est optare alicui bonũ. ibi aũt accipit̃ tãtũ pro

Af̃ ꝙ sic ꝙ augustinũ.

Secundo.

Jn oppom

Secundo.

Solutio.

Augustin⁹

per hoc ad primũ.

sñ

optare siue pro velle. Diligimus enī deū in proximo quia volum⁹ siue optamus ip̄m proximo. Ad sc̄ōm diam⁹ q eodem motu quo diligitur dulce diligitur dulcedo dilectione que est cōcupiscētia: sed nō est ita in dilectione que est amicitia. quoniam non eo motu quo volo deū esse in proximo siue opto deū proximo opto deo aliquid. ⁊ ideo non est simile de dilectione que est concupiscentia ⁊ amicitia.

Ad secūdū

¶ De dilectione proximi.

¶ Quarta questio.

Af q sic

Queritur utrum possibile sit q eque intense motu diligaf proximus vt deus. ℙ Probatio. Motus quo diligitur proximus potest magis ⁊ magis intendi. motus quo diligitur deus potest magis ⁊ magis remitti: ergo iste potest equari illi. Jtē. eadē est dulcedo que trahit desideriū in dilectione dei ⁊ in dilectione proximi. s. ip̄e deus. nec est alia causa trahēs desideriū cum eadē sit p̄cise causa trahēs. nec est alia causa dilectionē augmentans nisi illa que trahit desiderium: ergo equalis est dilectio qua diligitur deus et qua diligitur proximus. Jtem. demonstrato dormiente iste magis diligit deum q̄ proximū: ergo vel maiori motu vel maiori habitu. cōstat q non maiori motu: quia nō mouetur. nec maiori habitu: quia eadem est causa qua diligit deū et proximū. Relinquit ergo q non magis diligit deum q̄ proximū. Contra Aliquid est diligēdum quia bonū. sed deus est in infinitum magis bonus q̄ proximus: ergo deus est in infinitū magis diligendus q̄ proximus. Sed caritas diligit deū et proximū q̄tum diligendus est. et sicut quia caritas est recta estimatrix diligendor: ergo caritas magis diligit in infinitum deū q̄ proximum eadē rōne potest p̄bari q habēs caritatē in infinitū magis diligit deum q̄ se. quoniā deus in infinitū est magis bon⁹ in se q̄ sit bonus alicui homini: ergo in infinitum est magis diligendus in se q̄ sit diligēdus alicui homini. Sed habens caritatem diligit eū sicut diligendus est: ergo habens caritatem in infinitū magis diligit deum in se q̄ alicui homini: ergo q̄ sibi. Sed diligere eum sibi est diligere se: ergo habēs caritatem in infinitū magis diligit deū q̄ se. Jtē. quod diligitur propter se magis diligitur q̄ illud quod diligitur propter illud. Et si infiniti homines essent oēs diligerentur propter deū: ergo deus magis diligendus est q̄ infiniti homines. Sed infiniti hoīes in infinitum sunt magis diligendi q̄ vnus eor: ergo deus est in infinitum magis diligendus q̄ aliquis homo. Sed caritas diligit eū sicut diligendus est: ergo caritas in infinitū magis diligit deū q̄ proximū. Jtem. si possibile esset q ex caritate diligeretur proximus vt deus nichil esset ordo caritatis ℙ Propter has ratiōes dicimus q impossibile est q ex caritate equaliter diligatur deus ⁊ proximus. ⁊ hec est falsa. Motus quo diligit deus potest remitti in infinitū. qm̄ motus quo diligit deus sola cōsideratione bonitatis sue quā nō augmētat cōsideratio alicuius bñficij nō p̄t remitti qm̄ non p̄t hīe pauciores causas sue intēsionis. ⁊ iō motor quo p̄rim⁹ diligit nō p̄t ei equari. Ad sc̄ōz dicim⁹ q hec argumētatio nō valet. Eadē est cā trahēs p̄cise in dilectione dei ⁊ dilectiōe p̄rimi: g̃ equale est desiderium vtrobiq. qm̄ oz addi. Eadē est cā trahēs et in eadē cōsideratione prorsus. qđ falsū est. qm̄ de⁹ in-

Af q sic

Secundo.

Tertio.

In oppom

Secundo.

Tertio.

Solutio.

Ad primū.

Ad scōm

q̄tū est bon⁹ in se magis trahit affectū q̄ inq̄tū est bonus alicui hoī. sicut ignis est magis calidus in se q̄ calefaciat aliū: ⁊ magis calefacit vnū q̄ aliud. Ad tertiū dicim⁹ q nōvalet hec argumētatio. Iste dormiēs magis diligit deum q̄ p̄rimū: g̃ maiori motu vel maiori habitu. qm̄ cū oz Iste dormiens magis diligit deū q̄ p̄rimū nō asserit maioritas mot⁹ vel maioritas habitus: sz asserit habit⁹ ad maiorē motū. ⁊ ideo oz cōcludere: g̃ diligit deū habitu habilitāte ip̄m ad maiorez motū dilectionis in deū. ℙ Posset tn̄ dici q diligit deū maiori habitu q̄ p̄rimū. ⁊ q eadē caritas est magis et minus intēsa magis intēsa respectu mot⁹ in deū. minus respectu motus in p̄rimū. qđ magis patebit in questione de intēsiōe caritat. Jtē. p̄batio q aliqua creatura ex caritate p̄t diligi equaliter deo. vel magis sic Quātū aliqs diligit deū tantū desiderat eū: ⁊ q̄tū desiderat eū tm̄ desiderat eū sibi: ⁊ q̄tū desiderat deum sibi tantū desiderat hīe deū: ⁊ q̄tū desiderat hīe deū tantū desiderat frui deo. ⁊ q̄tū desiderat frui deo tm̄ desiderat frūitionē siue btītudinē suā creatā. ⁊ q̄tuz desiderat btītudinē tantū diligit illā. g̃ a primo q̄tū aliqs diligit deū ex caritate tātū diligit illā creaturā Jtē scti diligūt deū propter btītudinē suā creatā. qđ p̄bat multipliciter: qz eccl. dicit. Omis labor homis in ore eius. i. q̄cq̄d facit hō facit vt ipleat desideriū. i. p̄pter pacē mentis q̄ est btītudo: g̃ ois hō quoliz motu suo tēdit ad pacē illā: g̃ scti motu quo diligūt deū tendūt ad pacē illā: g̃ diligūt deū p̄pter pacē illā siue p̄pter btītudinē suā. Jtē aug. sup ioh. dicit q omia tendūt ad pacē illā. vñ dicit in libro de ciuitate dei q tantum bonū est pax qđ etiā suo contrario q̄rit. ⁊ ita q̄rit oī motu. Et indeut pr⁹. ℙ Preterea. caritas oz finis omnis p̄cepti: quia quietat cor in deo ad quod tendunt omia opera que sunt in p̄cepto: ergo sancti omni motu meritorio tendunt ad illam quietem: ergo motu caritatis: ergo sancti diligunt deum propter illam quietem siue propter beatitudinē creatā: sed non diligunt beatitudinē p̄propter deū quoniā circulus non potest eē in duabus causis singularibus: ergo sancti diligūt magis beatitudinē creatā q̄ deuz et ita magis diligunt aliquā creaturā ex caritate q̄ deū. Ad hoc dicimus q hec est falsa. quantū aliqs desiderat deū sibi tantū desiderat habere deuz vel frui deo: qm̄ cum dicit: aliquis desiderat deū sibi desideriū transit immediate in deū: sed cum dicit iste desiderat habere deum vel frui deo. desideriū trāsit in creaturam: et ideo non est idem desiderare deū sibi et desiderare hīe deum vel frui deo: per hoc patet q aliqs diligit se magis vno motu q̄ alio. quoniā magis diligit se in infinitū motu quo desiderat deū q̄ motu q̄ desiderat frui deo. Ad secundū: dicimus q hec ē duplex. Sācti diligunt deū propter beatitudinē creatā qm̄ si hec dictio propter notet finē non ī quo quiescit sed quo quiescitur vera est p̄positio. si ecōuerso falsa. Sed contra. Sācti diligunt deum propter beatitudinē suā: ergo propter vtilitatez suā: ergo diligūt deum tanq̄ mercennarij. sed mercennarius est tolerandus: non diligendus: ergo in hoc non sunt diligēdi. ergo talis dilectio non est dilectio caritatis. Qđ etiā p̄batur per hoc qđ dicit beatus ambro. super illud enangelij. Quanti mercennarij abundant panibus in domo patris mei. ibi dicit q mercennarius est q̄ seruit p̄opt regnū celorū: g̃ scī diligūt deū p̄pt btītudinē suā: seruiūt deo p̄pter regnū celeste. g̃ scti

Ad tertiū.

Alī p̄t dici

Jtē p̄t af ad principale.

Scdo per ecclesiastē.

Tertio per augustinū.

Quarto.

Solutio ad primū istorum.

Ad scōm.

Ꝛ hanc solutionē af.

Scdo per ambrosiū.

sunt mercennarij. ergo tollerandi et inde vt prius.

Tertio. Item sancti diligendo deū querunt cōmodum suum ḡ sic diligendo non diligunt deum gratis: ergo nec

Solutio. ex caritate: quia caritas est virtus gratuita. Solutio Notandū q̄ hec ꝓpositio Iste diligit deū ꝓpter deū

Sex significationes. sex habet significatōnes ad min⁹: q̄ hec dictio ꝓpter pōt notare cām mottuā siue efficientem. vt sit sensus Ve⁹ siue dulcedo dei est cā mouēs quare iste diligit deū. sicut bñficia q̄ iste cōfert illi sunt cā quare iste diligit illū. Scōo pōt hec dictio ꝓpter notare cām finalem vt notet ipm deū esse finē dilectionis significate. sicut vsus diligit mel ꝓpter dulcedinē. vel pōt esse sensus. Iste diligit deū ꝓpter deū. i. vt habeat deum ita q̄ noteꝫ habitus dei siue fruitio dei. causa finalis hui⁹ dilectōis. ⁊ scōm hoc duplex. qm̄ fruitio pōt notari vt finis in quo quiescit. ⁊ fm hoc talis motus est mercēnari⁹ pure ⁊ peccatum nec posset esse caritatis. vel pōt notari q̄ fruitio dei sit causa finalis illi⁹ dilectiōis. Nōvt i qua q̄escit: sz qua q̄escit. ⁊ scōm hoc talis motus est mot⁹ caritatis. Quinta significatio est vt hec dictio ꝓpter notet gratitudinē. vt sit sensus Iste diligit deū ꝓpter deū. i. nō propter aliud qđ est gratis diligere. ⁊ sic significet exclusionē alteri⁹ finis et oīs cōmodi extrinseci. Sexto pōt esse talis sensus. Iste diligit deū ꝓpter deū. i. ꝓpter honorē et gloriā

Duo modi caritatis. dei. Notandū igit q̄ duo sūt modi caritatis. vn⁹ quo diligit deus gratis vt dictū est. iste est excellentissim⁹ modus. Ali⁹ modus diligēdi deū est quo diligimus deū vt fruamur deo vt dictū est. ⁊ iste dr mercēnari⁹ vno modo. qm̄ querit in hoc hō vtilitatē suā. Sz qm̄ querit eam vbi vere est vtilitas sua. s. in deo. ideo nō peccat. Hoc enī vult de⁹ vt in ipo sabbatisemus ⁊ delectemur. ⁊ scōm hūc sensū nōvalet hec argumētatio

Ad rōnem Iste motus est mercēnari⁹: ḡ nō est caritatis. In alia significatione esset necessaria scōm q̄ mercennari⁹ dr ille qui seruit pro lucro tēporali. Btūs ambros⁹ sumit hoc nomen mercēnarius in prima significatione sicut sumitur ibi. Quāti mercēnarij in domo patris met abūdant panib⁹. qm̄ mercēnarij in scda significatione nō abundāt panib⁹ spūalibus: sed mercennarij in prima significatione abūdāt panib⁹ spūalib⁹. s. fide spe/⁊ caritate. ⁊ alijs virtutibus quib⁹ spūaliter reficiūtur: ⁊ tales mercēnarij sunt diligendi.

Ad vltimū Ad vltimū obiectū dicimus q̄ illo motu quo scti diligūt deū vt fruātur eo querūt cōmodū suū. Sed nō seqtur: ergo non diligūt deū gratis. qm̄ diligere deū gratis est eū diligere nō querēdo cōmodum tēporale: ⁊ sic diligūt scti. tm̄ nō diligūt eū gratissime ita q̄ nullū lucrū querāt. Sz modus iste quo diligūt eū gratissime nō querendo aliqđ cōmodū nec in deo nec extra deū excellētissim⁹ est inter oēs motus caritatis. ⁊ est modus diligendi deum finaliter.

¶ De dilectione dei ⁊ proximi ⁊ que sit prior.

¶ Quinta questio hui⁹ capituli.

Aī q̄ dilectio sit ꝑ or Secūdo

Queritur vtrū dilectio dei ꝑ or sit q̄ dilectio ꝓximi an ecōuerso? et vtra sit cā alteri⁹. Et intelligit de motu nō de virtute: q̄ cōstat q̄ eadē est q̄ dilectio ꝓximi sit ꝑ or. videt. qm̄ btūs ioh̄ā. dicit. Qui nō diligit ꝓximū quē videt quō pōt diligere deū quē nō videt? Itē ab inferioꝛib⁹ fit ꝓcessus ad superiora. nō ecōuerso Sz dilectio ꝓximi inferior est: ḡ ab ea fit ascēsus ad dilectōnē dei: ḡ dilectio ꝓximi est prior. Itē pr⁹ est qđ est aīale q̄ quod est spirituale. Itē aug. dicit q̄ dilectio dei est prior in ordine p̄ciptēdi. Dilectio ꝓximi prior est in ordine faciendi: ḡ pr⁹ diligit actualit ꝓximus q̄ de⁹. ⁊ ita ꝑor est dilectio ꝓximi q̄ dilectio dei

Cōtra. Greg. dicit sup iob q̄ dilectio dei est cā dilectionis ꝓximi: ḡ est prior. qđ cōcedim⁹. Proxim⁹ enī non diligit nisi ꝓpter deū. s. vel q̄ de⁹ precipit vel q̄ creatura celi est. vel q̄ filj⁹ dei est vel de facili pōt esse q̄ tamē dilectio ꝓximi nutrit ⁊ calescere facit dilectionē dei. vt dicit btūs greg. Ideo dicit btūs ioh̄ā. Qui nō diligit fratrē suū quē videt: quō ⁊c. non q̄ dilectio ꝓximi sit cā dilectionis dei. vel prior illa. Sz qm̄ dilectio ꝓximi est nutrimentū dilectionis dei ꝑ opa caritatis q̄ exhibētur ꝓximo. Dilectio aūt dei nō pōt esse diu sine suo nutrimēto. Ad scōm dicimus q̄ nō sp fit ascēsus ab inferioꝛib⁹ ad superiora nisi tantū vbi inferiora sūt cause superioꝝ. vt pz in donis spūssctī ⁊ virtutibus q̄ enumerātur in matheo. Btī pauperes ⁊c. Hic aūt est ecōuersor quia superius est cā inferioris.

Ad tertiū. Ad tertio obiectū dicim⁹ q̄ nō habet hic locū. qđ dicit apls. Prius est qđ est aīale ⁊c. qm̄ dilectio ꝓximi non est aīalis: sed spūalis. qm̄ in ꝓximo nō diligit nisi deus vel similitudo dei.

Ad q̄rtum Ad quartū dicim⁹ q̄ aug. intelligit hoc de ꝑfecta dilectione dei siue de signo ꝑfecte dilectiōis qđ est ponere aīam suā pro deo. ad quā ꝑfectionē nō quenit nisi ꝑ opera caritatis q̄ ipendunt ꝓximo. vt ꝑ opa iusticie ⁊ ꝑ opa mie qb⁹ purgat paulatim oculus mentis vt de⁹ clare videat ⁊ ꝑfecte diligat et quiescat in deo. ⁊ sic fiet pacificus. ⁊ de septia btītudine ꝓueniat ad octauā q̄ est. btī qui persecutionē patiūtur ꝓpter iusticiā. ⁊ sic dilectio ꝓximi q̄tum ad opera ꝑor q̄ dilectio dei perfecta. i. q̄ hō ꝓpt⁹ sit ponere aiam suam pro deo.

Octaua beatitudo.

¶ Utrum caritas informet omnes virtutes.

¶ Sexta questio hui⁹ capit̄.

Aī q̄ sic. Secundo. Tertio. Quarto.

Queritur vtrum caritas informet omnes virtutes. probatio q̄ sic. Auctoritas dicit q̄ caritas est mater oīm virtutū: ergo caritas dat oībus suā ꝑfectionē. ḡ oēs informat. Itē caritate absente oēs virtutes sunt informes: ⁊ sola caritate aduenīēte oēs formantur. ergo sola caritas omēs informat. Itē nullum opus est meritorium nisi sit ex dilectione dei ex eo enī solū q̄ aliquod opus fit propter deū siue ex dilectione dei est meritoriū: sed nullū est meritorium proprie nisi opus virtutis et idē est meritoriū virtuti et esse perfectū. ergo nullū opus virtut̄ ē meritorium nisi a caritate: sed ex hoc est ꝟtus formata siue perfecta. ḡ nullum opus ꝟtut̄ est meritoriū nisi a caritate. sed ex hoc est ꝟtus formata siue perfecta q̄ elicit ex se opus perfectum. ḡ oīs ꝟtus est formata ex caritate siue perfecta. Itē finis speculationis ē verum. finis ꝟtutis siue operationis est bonū: sed fidei finis est veritas: finis caritatis est bonū. q̄ diligit deum iquantū est bonū. ergo si motus fidei inclinat ad bonum hoc est a caritate: quoniam fides proprie et per se tendit ad veritatem: ergo caritas inclinat fidē ad bonum: quoniam hic est caritatis proprius finis: sed inquantū fides inclinat ad bonum ꝑficit in hoc vt sit virtus: secundū enim q̄ attendit veritatē vel tendit ad veritatem non est nisi speculatio. caritas igit

Quarto. Quarto q̄ augustinū.

In oppom videt esse gregorius

Ad primū. Ad primū. Ad scōm. Ad tertiū. Ad q̄rtum

perficit fidem in hoc quod est virtus: ergo caritas informat virtutē que est fides. ⁊ si informat fidē in hoc q̄ sit virtus, que fides est prima oīm virtutū, multo fortius informat oēs alias virtutes. Cōtra. sup illud. In oppo. p glosam. Abraham genuit ysaac. ⁊c. dicit glosa. Fides genuit spem: spes caritatē. ergo cū fides generet caritatem dat ei suam perfectionē: ergo informat eā. non ergo Secundo. ecōtrario. Itē. pr⁹ est credere q̄ diligere debito mō ergo prius est credere prime veritati ꝓpter se et sup oīa q̄ diligere p̄mā bōitatē propter se⁊ super oīa. ꝯ prius est mot⁹ fidei formatꝰ q̄ motꝰ caritatis formatus: ergo prior est fides formata q̄ caritas formata: Tertio. ergo caritas non informat fidē. Itē. fides delectatur in prima luce, vt probatū est supra et alterⁱ modi delectatione q̄ sit delectatio qua delectat caritas in prima bonitate: ergo sicut caritas habet suū delectabile proprīū, ita fides habet suū delectabile ꝓprīū. q̄n quelibet virtus habet sua ꝓpria delectabilia. Fides igitur inclinatur ad suū proprīū bonū per se ⁊ scōz se ergo in seipa est virtus perfecta: ergo non perficitur siue formatur a caritate. Et si enī fides q̄cq̄ attendit bonū illud quod est ꝓprīū caritatis, tamen nūq̄ tendit ad illud: sed ad suū proprīū bonū. s. ad primū illuminās ⁊ primū est attēdere p fidē proprīū bonū caritatis q̄ tendere ad illud. Caritas igitur nullo modo inclinat fidē ad suū proprīū bonū nec aliud ꝓfir: ergo caritas non perficit fidē in hoc q̄ sit virtus: ergo non informat ipam. Credo rationes istas vltimas esse veras. Ad primū dicimus q̄ hec caritas dicitur Solutio ad primū. esse mater oīm virtutū. nō est auctoritas sancti sed magistri in sententijs qui dicebat q̄ caritas nichil aliud est q̄ spūs sctūs. ⁊ ideo nō cogimur assentire tali auctoritati. Alī p̄t dici tamen caritas potest dici mater oīm virtutū propter motus. Non est enim aliqua virtus quā caritas non moueat ad suū actū. etiā fidē q̄cq̄ mouet. vnde Paulus. apls. Caritas omia credit. Ad scōm dicimus q̄ revera absente caritate virtutes sunt informes. tamen caAd secūdū ritas aduenies non perficit ipas: sed deus qui dedit fidem perficit eam. ⁊ ex eo q̄ perficit fidē generat in homine caritatē. Unde discipuli dñi dixerūt ei. sicut habemus in euangelio mar. Dñe auge in nobis fidē Ad tertiū. Ad tertiū dicam⁹ q̄ hec est falsa. Opus meritoriū ꝓquare act⁹ est meritorius. pter hoc est meritoriū: qz ex caritate. imo ex hoc est meritoriū: quia est a fide/spe/vel caritate. tamē ex eo solo est meritoriū q̄ est ex amore dei: sed amor dei nō tantū est ex caritate: sed est in fide ⁊ spe. vt dictum est Paulus. supra in questione de bono. q̄n apls dicit. Sine fide impossibile est deo placere. ⁊ itez. Quicquid non est ex fide peccatū est. Sicut ꝯ aliq̄d opus placet deo qz ex caritate, ita placet ei ex eo q̄ est a fide vel spe. tamē q̄n maior est iocunditas in caritate q̄ in fide. sicut in actu q̄ visu. ideo caritas magis mouet ad opera exq̄re caritas magis mouet. teriora q̄ fides. ⁊ ideo potius dicūtur opa exteriora esse meritoria a caritate q̄ a fide. Ad quartū patet soAd q̄rtum lutio. q̄n caritas nō inclinat fidē ad bonū. sicut patet per vltimā obiectionem.

¶ Quō sit intelligendū hoc preceptum di. pro. ⁊. s. te.

¶ Septima questio huius capituli

Querit quō sit itelligēdū hoc p̄ceptū diliges do. de. t. ⁊c. qđ aug. exponit sic. Diliges do. de. tu. ex toto corde tuo ⁊c. i. itellectu sine erroze ⁊ ex tota aīa tua. i. volūtate sine contrarietate ⁊ ex tota mente tua. i. meōria sine obliuione. Sz primū qđ dicit videt esse falsum. s. q̄ debem⁹ diligere deū intellectu sine erroze. q̄n nō diligim⁹ deū intellectu: sz affectu. Item Secundo. aug. dicit q̄ hoc p̄ceptū non p̄t ipleri in via: sed iplebitur in prima. quare ꝯ datū est i via. Cōtra. Ponat In oppo. q̄ aliq̄s contēplatiu⁹ cōtēplet deū ⁊ delectet in deo p aliq̄d tēp⁹. In illo tpe iste diligebat deū ex toto corde. q̄n non cogitabat nisi de deo. Sīr diligebat deū volūtate sine cōtrarietate. q̄n nullus primus motus surgebat tūc in eo cōtrarⁱ dilectioni. Sīr diligebat deū meōria sine obliuione. q̄n nichil habebat in memoria nisi deū. ⁊ tunc ita diligebat deū ex toto corde ex to. a. et ex to. mē. et ita hoc preceptū p̄t ipleri in via et maxime qz p̄cepta affirmatiua nō obligant ad sēper: sz pro loco⁊ tpe. Itē si hoc p̄ceptū nō p̄t ipleri Secundo. in via. Querit quare datū ē in via. ad hoc respondet Responsio augu. q̄ datū est ad hoc vt sciamus quo puentre debemus: sz eadē rōne erit hoc p̄ceptū. nō concupisces secūdū q̄ intelligit generaliter etiā de primis motib⁹ q̄n hoc precepto scim⁹ quo pueniendū est licet non possit impleri in via: ergo primi motus sunt in prohibitione: ergo sunt contra legem dei. ergo sunt peccata mortalia. Solutio. Ad primum dicimus Solutio. q̄ cum dicit deus diligitur intellectu: sine erroze iste ablatiu⁹ intellectu causā notat efficientē: intellectus enī fidei ē causa efficiens dilectionis dei: sed cū dr deⁱ diligitur affectu vel volūtate ablatiu⁹ notat causam formalem: sed cū dr memoria sine obliuione sic notatur sīr causa efficiēs. q̄n memoria nichil aliud est q̄ frequens recordatio per quam deus frequenter ⁊ in cessanter diligitur. Ad secundo obiectū: dicunt q̄dā Ad scōm. q̄ est totalitas vie et totalitas p̄ie. totalitas p̄ie est oēs motus suos referre in deum: totalitas vie est diligere deū super oīa ⁊ nichil preferre et. dicūt ꝯ q̄ illud mandatū non potest impleri i p̄sētu totalitate p̄ie: sed bene p̄t ipleri totalitate vie. Sed hec solu- ꝓ hanc solutionē aī. tio nō soluit dictam obiectionē q̄n ille d̄ est in statu cōtēplationis refert oēs motus suos i deū: ꝯ implet illud mandatū: etiam totalitate p̄ie. quod quidem Solutō ꝑz doctorē. verū ē sz hoc non p̄t facere diu: q̄n corpus qđ corrūpitur aggrauat aīam et terrena ihabitatio depmit sensū multa cogitātē. et tō nō p̄t eē hō diu quin cogitet de terrenis et quī moueat q̄cq̄ primis motibus ideo dicit augustinus. q̄ illud mandatū nō p̄t ipleri i via q̄n hō non p̄t eē diu i statu tali q̄ referat oēs Ad vltimū motus suos in deū. Ad vltimū: dicimus q̄ nō est similē de p̄cepto affirmatiuo et negatiuo: qz p̄ceptum affirmatiuū nō obligat nisi ꝓ loco ⁊ tpe: sed negatiuum ad sp obligat ⁊ nō est aliquod p̄ceptū. nō conpisces secundū q̄ primi motus cōprehendūtur.

¶ Secundū capitulū huius tractatus.

Dicto de essētia caritatis dicendū ē de ordie caritatis: cuius causa ē letitia spūalis que est in amore dei. vñ i cāti. dr. spōsa itroduxit me dñs rex i cellā vinariā ordinauit in me caritatē. rex. i. xp̄s itroduxit me in cellā vinariā. i. in ecclesiā i qua bibit vinum spūalis letitie per quā vilescunt oīa tēporalia q̄ nō sunt diligenda: q̄n sunt impedimēta ordinis caritatis et ita remotis ipedimētis p spiritualē letitiam ordinat in hoīe caritas q̄ spiritualis ē. Primo dicendū qđ sit ordo caritatis. Scdo cuiusmōi ordo obseruātib⁹ sit in ꝓximi dilectiōe. Tertio de dilectiōe parentū et filior. Quarto in quo casu extranei sūt p̄ferendi malis filijs. Quīto quō intelligendū sit q̄ ꝓximū magis debem⁹ diligere q̄ corpus ꝓprīū. Sexto

de dilectione inimicorum. Septimo de ordine caritatis in patria.

¶ De dilectione.

PRimo dicit augustin⁹ q primo debem⁹ diligere quod supra nos est. s. deū. secūdo id quod nos sumus. Tertio id quod iuxta nos est. s. primū. Quarto quod infra nos est. s. corpus nostrū ⁊ corp⁹ proximi. et dicit augustin⁹ q nō sunt diligenda ex caritate nisi ista quatuor. sed cū hō debeat se magis diligere q̄ proximū potius debuit ei dari de diligēdo se preceptū q̄ de diligendo primo. Querit cur nō est datū preceptū de diligendo se. Itē post deū nichil est ita bonū sicut virtus. quoniā virt⁹ facit hoiem bonū non ecōuerso: ergo virtus est magis diligenda q̄ hō si ergo homo est diligendus ex caritate multo fortiꝰ virtus est diligenda ex caritate. Forte dicet q in dilectione dei intelligit dilectio ꝓtutis. qm̄ origen. ōt super cantica cāticorū in principio. video proculdubio diligimus veritatē prudētiā iusticiā et mansuetudinem et ceteras virtutes. qm̄ vnūꝰ idē est diligere deum ⁊ diligere bona: ergo diligere deum est diligere virtutē: ergo quātūcūq̄ ex caritate diligit aliq̄s deū tantū diligit virtutē: ergo quantū diligit deū ex caritate tm̄ diligit virtutē siue creaturā. Contra. in infinitum est melior de⁹ q̄ creatura: ergo ex caritate in infinitū plus diligit q̄ creatura. quoniam caritas magis diligit quod est magis diligendū aliter nō diligeret deū sup oīa. Solutio. sicut dictū est homo ex caritate in infinitū magis diligit deū motu amicicie q̄ seipsum. quoniā seipsū nō diligit nisi propter deū. qm̄ nichil est diligendū in hoie preter deū. quoniā homo ē vacuus sine deo nec est in eo aliq̄d delectabile. Ꝓterea. deus est melior in infinitū q̄ sit bonus alicui ⁊ ideo ī infinitū magis est diligēdꝰ in se q̄ aliq̄s hō: ꝯ cū caritas diligat res sicut diligēde sunt: ꝑz q caritas in infinitū magis dili. deū q̄ aliquē hoiem et post deū debet magis diligere se in infinitū q̄ aliū. et si infiniti hoies essent magis deberet diligere se homo q̄ oēs illos. quoniā aūt diligere deū est diligere se. ideo cū precipitur diligere deum precipit diligere se. et ideo nō est datū preceptū aliq̄d per se de diligendo se. Ad secūdū dicimus q diligere virtutes est diligere se. quoniā diligēdo virtutes volo michi bonū. et ideo eadē est dilectio dū diligit alias virtutes et dum diligit se. et ideo nō valet hec argumētatio. virtutes sūt diligēde ex caritate. nō ergo tm̄ illa quatuor. vl dicatur q illa quatuor tm̄ diligēda sunt caritate que est amicicia: virtutes aūt diligēde sūt tm̄ amore qui ē cōcupiscentia. Ad sequēs obiectū dicim⁹ q proprie loquēdo nō est idē diligere deū et diligere virtutes. ꝑz propter maximā affinitatē ⁊ cōuertibilitatē: dicit hoc origen. et quoniā de⁹ est dulcedo ꝓpter quā diligūt virtutes et que diligit in virtutibus.

Prima qo huiꝰ capli. Af p augustinum. Euasio. In oppm Solutio. per hoc ad primum. Ad scdm Af p̄t dici Ad tertiū

¶ De ordine dilectionis proximi.

¶ Secunda questio huius capituli.

Af p̄mo. QUerit cuius modi ordo sit obseruandus in dilectione ꝓximi. videtur q nullus alius ordo nisi q magis bonus sit magis diligendus. qm̄ nō est diligendū aliq̄d ex caritate nisi quia bonū: ergo magis bonū vniuersaliter est magis diligendū. qz nō diligit aliquid ex caritate nisi qz bonū: ꝯ magis bonꝰ magis Secundo. diligendus est ex caritate. Itē. sūme bonū quia sūme bonū est diligendū et sūme diligit ex caritate qz sūme bonū: ergo magis bonū magis diligit ex caritate et minus bonū minꝰ. Itē nos tenemur cōformare nos deo ī virtutibus et maxime ī caritate. i qđ ꝓbat per hoc q caritas est voluntas vt dictū est et constat q teneamur ꝯformare volūtatē nostrā volūtati diuīe cū ꝯ teneamur ꝯformare nos volūtati diuīe ī caritate ⁊ ꝯstat q̄ deꝰ diligit magis bonū magis: ꝯ magis bonū tenet magis diligere. Itē nichil diligetur in hoīe ex caritate: nisi similitudo dei. in omnibꝰ igitur hōibus idem est diligendū et propter idem. ꝯ in omnibus eadē est causa trahēs desiderū caritatis ad diligendū: ꝯ equalis est effectus. ergo omnes equaliter diliguntur ex caritate. quod videtur velle. augusti. vbi dicit: q oēs pari dilectiōe sunt diligēdi. et ex hoc seq̄tur q nullꝰ ordo obseruādꝰ est ī dilectione proximi. qđ est contra beatū ambro. qui dicit. q primo debemus diligere deum: secundo nos: tertio parentes: quarto filios: quinto domesticos: sexto extraneos: qui si boni sunt ꝓponēdi sunt malis filijs: septimo et vltimo inimicos. Ad p̄obiecta: q nullus diligēdus est ex caritate: nisi quia bonus et qz magis ē bonus magis est diligendꝰ alijs circūstantijs paribꝰ similiter non tā simpliciter ⁊ vniuersaliter magis bonus magis diligitur ex caritate. Sunt enim plures cause dilectionis: solus enim deus est causa dilectionis proximi finalis ipse etiam est causa principaliter motiua et efficiens dilectionis proximi. Similitudo aūt dei est causa materialis illius dilectionis: ⁊ post deum est causa motiua et efficiens eiusdē. ꝓter istas causas sunt alie cause secundarie que tantummodo sunt cause motiue vel augmentatiue dilectionis ꝓximi vt paternitas: filiatio: familiaritas: et huiusmodi: sicut beneficia dei non faciūt: sed augmentāt dilectionem dei: hec igitur propositio ē multiplex: non ē aliq̄s diligendus nisi qm̄ bonus. Si hec dictio qz notet causam principalem et propriam vera est. Si vero no tet generaliter causam vt cōprehendet quancūq̄ motiuam: falsa est. vnde patet q sumpta illa ꝓ positione in prima significatione non valet argumētatio. Nō diligitur aliquis ex caritate nisi qz bonus. ergo vniuersaliter magis bonus ⁊c. qz ipse concludit ac si hec dictio qz teneretur generaliter ꝓ omni causa. s. in secunda significatione. Ad secundū: ꝑz solutio qm̄ hec argumentatio non valet. Sūme bonū qz sūme bonum sūme diligitur ex caritate: ergo magis bonum vniuersaliꝫ magis diligit ex caritate: nisi subintelligatur alijs circunstantijs paribus: quoniā vnica causa est quare sūmū bonum diligitur. s. sūma bonitas que excedit īfinitū omnē causā dilectionis. ꝑz plures sunt cause dilectionis proximi vt dictum est Ad aliud: dicim⁹ q nos tenemur ꝯformare nos deo ī caritate et alijs virtutibꝰ: deus aūt non diligit magis vnū hominem alio. i. maiori affectu siue maiori motu: qm̄ quecunq̄ diligit essentia sua diligit. Sed ideo ōr deus vnum diligere plus alio: qz diligit eum ad maius siue ad maiorem gratiam: non tm̄ oportet q magis diligamus eū. i. maiori affectu: quoniā non tenemur deū in hoc imitari qm̄ de ꝯhoc modo nullus magis diligit alio. Ad vltimū patet solutio ex p̄dictis: quoniā equalis est in omnibus alijs causa diligendi principalis. s. similitudo dei vel ipse deꝰ. ꝑz nō sunt eedē cause secundarie vt patet ex predictis: et ideo non oportet q sit equalis affectus. i. q oēs eq̄li affectu diligantur. Item ambro. dicit: q posꝑpome

Tertio. Cōfirmat p augustinū. In oppm ambrosio. Ad primū Hec est duplex. Ad scdm. Ad tertiū. Ad vltimū Iterū af p ambrosiū

sticos diligendi sunt extranei: qui si boni sunt preponendi sunt malis domesticis. ergo et si magis boni: magis diligendi. Item augustinus. sanctiora membra maiori caritate sunt amplectenda. Item sanctior est copula mentium q̄ corporum: ergo extranei si sunt meliores magis sūt diligēdi q̄ domestici: qđ cōcedūt quidā quantū ad effectū exteriorē. qm̄ domestici magis tenēt̄ q̄tū ad beneficia exteriora. Nos autē cōcedimus q̄ affectu et effectu magis tenemur diligere domesticos q̄ extraneos oībus alijs circūstātijs paribꝫ et magis boni magis diligēdi sūt alijs oibꝫ circūstātijs pibꝫ boni Ro extranei sūt pponēdi malis domesticis nō in oībus. sed in qbusdā. s. in spiritualibus vt in prebēdis et cōsimilibus. sed mobilia et victꝫ quotidianꝫ plus debetur cōsāguineis q̄ bonis extraneis si sunt in equali necessitate. sed in tāta necessitate posset esse extranei q̄ magis teneremur eis dare. sed in quanta necessitate hoc sit nō determinat ars vel scientia. sz potius virtus q̄ est melior et certior oīni arte. vnctio enī docet nos de oībus huiusmōi. hoc aūt ideo cōtingit quia spūalitū sumꝫ tm̄ dispēsatores. ppter hoc debemus ministrare ea secundū volūtatē dn̄i. volūtas aūt dn̄i est q̄ magis bonis spūalibus dent spūalia. carnalia vero dant equaliter oībus a dn̄o deo.

Scđo per augustinū.

Opio aliquorum.

Soultō ꝫ doctorem.

¶ De dilectione parentum et filiorum.

¶ Tertia questio huius capituli.

Queritꝫ vtrū magis diligēdi sunt parentes. i. pater et mater q̄ filij. qđ ꝓbatur per ordinē Ambrosij. et per hoc q̄ filij sunt diligēdi tm̄ propter naturam et propter preceptū dei generale parētes aūt et propter naturā et propter preceptū dei generale: et ppter spēale vt illō honora patrem et matrem. ⁊ multa spūalia precepta tradita sūt in ecclesiastico de diligēdis parentibus et preterea propter multa beneficia que habemꝰ a parētibus nō a filijs: ergo simpliciter magis debemꝰ diligere parētes q̄ filios. ¶ Cōtra. apostolus dicit q̄ patres thesaurisant filijs et nō ecōuerso: ergo patres magis tenēt̄ diligere filios q̄ econuerso. Item humor naturalis ascēdit a radice ad ramos et nō ecōuerso: ergo parētes magis dili. naturaliter filios q̄ ecōuerso. sed gra nō est cōtraria nature immo pfectio eius: ⁊ ex caritate magis diligēdi sūt filij q̄ parētes et ita falsū dicit ambrosius. Solutio. Aliquid dicit magis diligi tribus modis. Primo ad maius premiū. Secundo maiori affectu. Tertio quantū ad exhibitionē exteriorē. duobꝰ primis modis magis diligebat christus petrū q̄ iohannē. Tertio modo magis iohā. q̄ pe. qm̄ maius signū dilectionis ei exterius exhibebat. duobus p̄mis cōcedimꝰ q̄ magis diligendi sunt parētes q̄ filij. Tertio mō magis filij q̄ parentes. quoniā filij nascunt paruuli ⁊ propter hoc magis indigent exhibitione exteriori. vnde si in extrema necessitate cōstituti sunt pater meus et filius meus et nō possum subuenire vtriq;. sed alteri tantū plus teneor subuenire filio q̄ patri. si filiꝰ est de familia mea res sua est. sed si sit separatus tunc scđm diuersas circūstantias quādoq; magis teneor patri qm̄q; filio et de hoc nos docet vnctio. ideo autē pluries in sacra scrip. p̄cipimur diligere parētes q̄ filios quia minus proni sumꝰ ad exhibendum necessaria parentibus q̄ filijs.

Aſſ q̄ sic

In oppoⁿ videt paulꝰ

Secundo.

Solutio.

Nō diligēt

¶ Utrum magis diligendus sit proximus q̄ corpus proximū. ¶ Quarta q̄o hui⁹ capi.

Queritꝫ vtrum magis diligēdus sit proximus q̄ corpus ꝓprium et videtur q̄ sic per auctoritatē augu. Item proximus p̄t frui deo nobiscū qđ nō p̄t corpus ꝓprium: ⁊ proximus est magis diligēdꝰ q̄ corpus proprium. Item stola corporis ē quidđā corporale: ergo minus diligenda ē q̄ beatitudo ꝓximi q̄ est spiritualis. si dicit q̄ licet sit corporale tn̄ augmēt beatitudinē aīe: ⁊ augmētat cognitionē: ⁊ cognitio per creaturā erit in pria: ⁊ p speculū: ⁊ fides qđ falsū est. Item exponere teneor mortī corpus ꝓprium pro proximo. ⁊ magis diligendus est proximꝰ q̄ corpus proprium. ¶ Cōtra: stola corporis ē bonū eternū meū et magis teneor diligere meū bonū eternū q̄ bonum eternū proximi. ergo magis corpus proprium q̄ proximi. qđ cōcedimus: licet enim stola corporis sit secū dū se corporalis: tn̄ in collatiōe ad cognitionē anime siue ad beatitudinē quā augmentat est spiritualis ⁊ q̄uis augmentet eā non tn̄ facit eam. vnde nō sequit q̄ in pria sit cognitio per speculū: qm̄ cognitio p speculum sit per speculum. i. per creaturam. ¶ Cōcedimꝰ ergo q̄ in se considerata stola corporis minus est diligēda q̄ proximus: sed in collatione magis.

Aſſ q̄ sic q augustinū.

Secundo.

Tertio.

Euasio.

Quarto.

In oppoⁿ

per hoc ad rōnes ante oppositū.

¶ Utrū ex caritate magis diligendi sint amici q̄ ūmici. ¶ Quīta q̄stio huius capituli.

Queritur vtrū ex caritate magis diligendi sint inimici q̄ amici: et videtur q̄ sic: qm̄ dns i euāgelio. Si diligitis amicos vestros quā mercedē habebitis misericordie. nā ethnici hoc faciunt. diligite inimicos ⁊c. ⁊ maioris meriti est diligere inimicos q̄ amicos: ergo magis diligendi sūt ex caritate. Item augustinus dicit. bonū et magnuz est si ei qui nichil boni tibi fecit es benivolus et beneficus: sed longe melius est ⁊ excellentissime bontatis diligere ūmicos. ⁊ magis sunt diligendi cum illud sit excelentissime bontatis. Item augustinus. non est tante mutitudinis diligere inimicos quātū credimus exaudiri in oratione dominica: sed omnes fideles exaudiūt oratione dn̄ica. ergo nō omēs fideles diligunt inimicos: ergo melius est diligere inimicos q̄ amicos ergo magis sunt diligendi. Contra. caritas diligit ami. sine impedimento inimicos nō: ergo liberꝰ dili. ami. q̄ ini. ergo intensius. Item quantūvnū oppositoꝝ est diligendum tantū eius oppositū est fugiendū. ergo q̄ bonū est diligere ami. tā maluz est odire inimi. et q̄ bonū est diligere inimicos: tā malū ē odire inimi. ergo si melius est diligere inimicos q̄ amicos. ergo maius peccatū est odire inimicos q̄ amicos qđ manifeste falsū est. Item. vltimus gradus caritatis est diligere inimicos: ergo minus sunt diligendi q̄ amici. Solutio. si sumatur dilectio pro affectu diligendi tm̄: tunc verū est q̄ quicunq; dili. ex caritate diligit amicū diligit inimicū. et ecōuerso. tn̄ melius est diligere amicos q̄ inimicos: quoniā alijs paribus dilectio amici sēper intensior et feruentior q̄ dilectio inimici: vt fiat cōparatio motus ad motū Si tn̄ conferatur affectus dilectionis ami. ad affectū diligendi inimi. simpliciter non prout. est ex caritate simpliciter dicenduz est q̄ est melius diligere ini. q̄ ami. simpliciter: quoniā diligere ūmicos importat caritatem: sed diligere amicos nō. sicut hic ipsū diligere ami. ex caritate melꝰ est q̄ hic ipsū simpliciter desiderat diligere amicum. Secūdū hoc dicit dn̄s in euangelio. Si diligitis eos qui vos dili. ⁊c. Si vero

Scđo per augustinū.

Tertio per eūdē aug.

In oppoⁿ

Secundo.

Tertio.

Solutio.

per hoc ad primum.

per hoc ad aliud.

sumatur dilectio pro affectu et effectu et vtrobiq; ex caritate:etiã tũc verũ est q; multi diligunt ami.q̃ nõ diligunt ini.secundũ hoc verũ est qđ augu. dicit. q; longe melius est et excellentissime bonitatis diligere inimi.et similiter illud qđ dicit:non est tante multitudinis ꝛc. Si igitur fiat comparatio diuersoꝝ hominũ respectu diuersoꝝ statuum secundũ predictam intelligentiã:tunc verũ est q; melius est diligere inimicos q̃ amicos. Sub hoc sensu melior est status diligentis inimicos affectu et effectu q̃ status diligẽtis amicos affectu ꝛ effectu:vt intelligitur propositio cũ precisione:quoniã primus motus perfectoꝝ est secũdus:non secundũ hoc loquũtur omnes auctoritates que preferunt dilectionẽ inimicorũ.si autẽ intelligit fieri comparatio diuersoꝝ motuũ in eadẽ psona:motuũ dico dilectionis tunc concedimus q; melius est diligere amicos affectu et effectu q̃ inimicos:qm̃ sẽper intensior est in eodẽ homine motus dilectionis in amicũ q̃ i inimicũ alijs paribꝰ. multi tamen dixerunt q; motus dilectionis in inimi.purior est et melior q̃ in ami.quoniã motus in amicos habet aliquid admixtũ de carnalitate:sed motus i inimi.nichil. vñ sicut iste nũmus totus aureus licet sit minor melior est q̃ iste qui est partim argenteus et partĩ aureꝰ. similiter melior est motus in inimi.q̃ i ami. licet motꝰ i ami.sit maior:sed hoc non est bonũ simile. quoniã natura non expellit gratiã vel remittit: imo potius intendit motũ ipsius:sed argentũ remittit puritatẽ auri ꝛ motus non est meritorius inquantũ est ex gratia mouente naturã:sed inquãtũ est ex natura cooperante gratie vl deo:quoniã inquantũ sumus coadiutores dei in bonis operibus meremur:non inquantũ deus bona opera in nobis operatur.vnde quanto melior est motus tanto magis natura cooperat gre vel deo: siue tanto melior est motus quanto plus natura cooperatur gre vel deo.dictũ est q; sũpto diligere pro affectu et effectu et habito respectu ad diuersos status melius est diligere inimi.q̃ ami. Quod etiã videtur per regulã istã. Si sunt duo bona quoꝝ pmo hito haberẽ scõm ꝛ nõ ecõuerso:pmũ ẽ magꝭ eligẽdũ q̃ pm:sed qui diligit inimicos affectu et effectu diligit amicos affectu et effectu et nõ ecõuerso: ꝯ diligere inimi.est magis eligendũ q̃ diligere ami.sed cõtra hoc est hec regula.quãto vnũ oppositorũ est magis eligendũ tanto eius oppositũ est magis fugiẽdũ quoniã ex hoc videtur sequi q; odire inimi. sit maiꝰ peccatum q̃ odire amicos. Itẽ alia regula: cuiꝰ absentia magis increpatur illud est magis eligendum absentia dilectionis amicoꝝ magis increpat. ꝯ dilectio amicoꝝ magis diligenda. Solutio. Iste due regule vltime tenent tantũ in preceptis et prohibitionibus et non i cõsilijs et supererogatiõibus:qm̃ certum est q; hec est falsa. quanto abstinere a carnibus toto tpe vite sue est magis bonum: tanto comedere carnes est magis malũ:pmũ enĩ magne perfectionis est.secundũ vero non est peccatũ. sed in preceptꝭ bene tenẽt regule:sed diligere inimi.affectu ꝛ effectu non est preceptũ:sed consilium.

Opio aliquorum.

ꝫ hãc af.

Secundo ad idem.

Solutõ ad ista.

cõfirmatio opinionis.

ꝫ hoc af.

¶ De ordine caritatis i patria.

¶ Aliud capitulum.

VLtimo queritur de ordine caritatis in patria ꝛ primo vtrũ idẽ sit ordo caritatis in via et in patria. Scdo vtrum scientia premiũ augmẽtet. Tertio vtrũ in patria sit dilectio in solo deo. Quarto quale debet intelligi murmur de quo in euangelio legitur q; accipientes singuli denarios murmurauerunt.d.q; plus essent accepturi.

¶ Prima questio.

PRimo probat q; idẽ ordo caritatis invia ꝛ in patria.quoniã gratia est perfectio nature ꝛ gloria gratie et perfectio nõ est cõtraria ei quod pficitur: ꝯ idẽ ordo caritatis qui mõ est cũ gratia erit cũ gloria et ita idẽ ordine et patrie. Contra. augustinꝰ dicit in dispari claritate erit par gaudiũ:ergo pariter gaudebimus de gloria eoꝝ:ergo parit volemꝰ eis gloriam ergo pariter diligemus oẽs. Itẽ in patria cõformabimus omnino voluntatẽ nostrãvolũtati diuine.ſz deꝰ nõ diliget vnũ magis q̃ aliũ nisi qz ad maiꝰ: ergo nec nos et ita nõ diligemus maiori affectu vnũ q̃ alium. Itẽ in patria erimus spũales omnino: ꝯ caritas erit omnino spũalis:ꝯ nichil habebit carnalitatis: ꝯ non magꝭ diligẽt ex caritate parẽtes q̃ extranei:ꝯ nõ ẽ idẽ ordo caritatis in patria qui modo est invia. Solutio cõcedimus q; idẽ ordo erit in patria qui modo est in via ꝛ auctoritatẽ illã in dispari claritate erit par gaudiũ.sic exponimꝰ par gaudiũ.i.cõmune. Ad secundũ dicimus q; hec est falsa.in patria omnino pfor. volũ. nostrãvolũtati diuine.quoniã deus diligit tm̃ eẽntia sua et nõ alio effectu quoniã in eo nullus est affectus sed in nobis sunt affectus. Ad vltimo obiectũ dicimꝰ q; caritas erit i patria omnino spũalis. ideo qz nichil habebit admixtũ carnalitatis scõm q; carnalitas importat vitiũ quod impossibile est esse in patria: habebit tamẽ aliquid de natura sensualitatis non de eius corruptiõe. Dicũt tm̃ quidã q; i patria nullꝰ erit ordo caritatꝭ quãtũ ad dilectionẽ primi.qm̃ oms diligemꝰ equaliter ꝛ hoc dicũt ppt hoc q; caritas oino erit spiritualis in patria.vnde post resurrectionẽ nõ fit mentio de beata virgine in euangelio ad significandũ q; post gloriã resurrectiõis nõ habebit locũ aliqua carnalitas vel affinitas.quoniã deus erit oĩa in oĩbus ¶ Preterea. apostolꝰ dicit ꝛ si christũ cognouimꝰ scdz carnẽ.ſz tam nõ nouimꝰ si ergo apostolꝰ existẽs invitã nõ cognoscebat christũ secundũ carnẽ:ergo multo fortiꝰ in patria tam nõ cognoscit eũ secundũ carnẽ: ꝯ multo fortius nulla alia creatura cognoscit in patria secundũ carnẽ vel secundũ aliquã affinitatẽ:ergo parentes non magis diligent in patria q̃ nõ parẽtes:ꝯ non est idẽ ordo caritatis in patria qui est in via. Ad hoc dicimus q; de beata virgine nõ fit mẽtio in euangelio post resur.nõ ad significãdũ hoc q; in patria nõ magis diliget mater q̃ nõ mater.sed ad significandũ q; nulla carnalitas impediet spiritum vel retardabit vllo mõ quo minꝰ ferat ad spũalia sicut ĩvia carnalitas siue amor carnalis ĩpedit carnalitatẽ ne efficiaꝫ omnino spiritualis qm̃ occupatur ad carnalẽ presentiã eius quẽ diligit: sicut patet in discipulis dñi cum adhuc essent infirmi qui carnali amore quo tenebantur in carnali presentia christi nõ poterant in tali statu recipere spiritũsãctum ad robur:sicut dicit dñs in euãgelio.nisi ego abiero spũs paraclitus nonveniet ad vos nisi carnalẽ presẽtiã subtraxero vobis. Item dilectio naturalis aut est ordinata aut inordinata. si ordinata:ergo naturaliter prius diligit deꝰ q̃ homo ab ipso homine.si inordinata:ergo vitiũ est ibi et caritas ordinata est ꝛ etiã ordinat:ꝯ gratia cõtraria est nature. Itẽ.quantũ ad primos idẽ tenet amor dile-

Aĩ q; sic.

In oppoⁿ videt aug.

Secundo.

Tertio.

Solutio.

Ad primũ

Ad scõm.

Ad tertiũ.

Opio aliquorum.

¶ Prima rõ eorũ.

Secunda.

Solutio.

Confirmat dictum

Ad idem.

ctionis in natura et gratia et gloria. quare igit nō tenet idē ordo quātū ad deū et hoiem diligentē. vt sicut naturaliter magis diligit se homo q̄ deū ita cum gratia magis diligat se q̄ deū cū ita sit in dilectione proximoꝝ. quoniā homo naturaliter magis diligit se q̄ primū. ⁊ similiter ex caritate. Solutio. sine dubio nō est idē ordo nature et gratie in oībus quoniā naturaliter magis diligit se hō magis q̄ deū. vñ quātum ad hoc nō est idem ordo nature et gratie. sed in oībus alijs est idē tamē gr̄a nō est ⁹trarta nature imo perficit quātū ad hoc q̄ in gratia magis diligit se hō q̄ prius diligeret et deū magis q̄ prius. sed quantū ad hoc est mutatio et meliozatio q̄ cū gratia magis diligit homo deū q̄ se. et hoc est quia modo est alia causa dilectionis dei q̄ prius esset in naturali dilectione. qm̄ naturaliter diligit deus tantū qz beneficus. sz cū gratia dulcedo dei est causa dilectionis attrahens hoiem ad diligendū deū super oīa sicut dictū est supra. nō ē ergo naturalis dilectio ex toto ordinata nec est inordinata scd̄m q̄ inordinata dicit vicium. sed non est ordinata.

Solutio.

¶ Secunda questio huius capituli.

Queritur sic sit quidā sūmus theologus sicut beatus hyl. et q̄dā simplex vetula et decedāt in pari caritate. cōstat secundū hoc q̄ equalia p̄mia eis addentur: ergo equales cognitiones. sed prius habebant inequales cognitiones. sed si inequalibus equalia addas. tota fient inequalia: ergo inequaliter cognoscēt in patria: ergo theologus magis cognoscet q̄ vetula. sed si magis cognoscit magis diligit vt dicit auctoritas: ergo theologus magꝭ diliget: ꝯ maī p̄miū qd̄ falsū est. Itē. hec est vita eterna vt cognoscant te. ⁊c. sed theologus magis cognoscet: ꝯ maī p̄miū habebit. Itē in dauiele dicit qui ad iusticiam erudierint plurimos fulgebūt quasi stelle in ꝑpetuas eternitates. sed si tm̄ p̄miū habet vetula q̄d proderit theologo labor studij ⁊ doctrie videt ꝑ nichilo p̄mittit eis qd̄ dicitur in daniele. Solutio. equalia erūt patria vetule et theologi. sz hec est duplex theologus magis cognoscet si sic intelligat. i. limpidius falsa est. si magis. i. abūdantius vera est. quoniā sciet probare et improbare qd̄ nō scietvetula ex hoc habebit quoddā gaudiū qd̄ non est de substantia p̄mij. sicut angeli habent de nostra cōuersione quoddā gaudium qd̄ nō est de substātia p̄mij. sed accidētale. si autē dicat q̄ in vetula habeat oēs scientias. in patria tamen theologo profuit docere et studere. quoniam ista conseruabant et augebant in eo caritatem.

Af̄ primo.

Af̄ p̄t dici

¶ Utrum in patria erit delectatio.
¶ Tertia questio huius capituli.

Queritꝫ vtrū in patria erit delectatio in solo deo videt q̄ sic. quoniā ambrosi⁹ dicit. q̄ non debemus delectari nisi in deo. sed in patria non fit nisi qd̄ debet fieri gr̄a prima. Itē. in patria diligit de⁹ ex toto corde: ergo ex toto corde est delectatio in ip̄o. igitur ibi nō est delectatio in creatura. qm̄ sic de⁹ nō haberet totū cor. Itē. si delectatio est in patria in alio q̄ in deo. sed in nullo alio potius q̄ in virtutibus. sz probo q̄ non in ⁊utibus. qz bonū diuidit in honestū vtile. delectabile: ⁊ hec diuisio ē ꝑ oppositā: ꝯ nullū honestū est delectabile et virtus est honestū: ꝯ virt⁹ non est delectabile. ꝯ in p̄ria non est delectatio in ⁊tu te. Contra. sancti gaudent de bonis alioꝝ: et gaudere est delectari. ergo delectant in bonis alioꝝ: non ꝯ in solo deo. Item angeli gaudent de conuersiōe peccatoris et delectant: ergo multofortius delectātur i peccatoris glorificatione Item mensurā bonā. i. magnā et confertā. i. plenā: qm̄ nichil remanebit vacuū qm̄ nullavis aīe erit irremunerata: et coagitatā. i. vndiq̄ sanctorum consortio cumulat ā et superefluentem: quoniā maī p̄miū habebit q̄ meruit: habūt ⁊c. ergo de p̄mio est gaudiū de consortio sanctoꝝ ergo delectatio erit in patria in bonis sanctoꝝ: nō ꝯ in solo deo. Solutio: concedimus q̄ delectatio erit i solo deo et tamē in virtutibus nec sequitur: ꝯ nō i solo deo: qm̄ in virtutibus erit propter deū delectatio quoniam ipse deus intelligitur in ratione virtutis. qm̄ virtus est bona qualitas mentis qua recte viuit i. a deo et ad deū. sicut ꝯ non sequit: iste tenet tantuz frenū: non ergo equū. Similiter non sequitur: delectatio est in solo deo: nō ergo in virtutibus: qm̄ sicut dicit ambr. Cū hō per veritatē placet non hō placet sed veritas. Similiter cū virtus sit delectabilis propter deū: non ipsa virtus est deletabilis: sed de⁹. Ad obiectū de diuisione boni: dicimus q̄ vtile propte dicit qd̄ valet ad beatitudinem: sed nec in se nec a se hz aliquā delectationē: sicut egritudo flagella ⁊ huiusmodi: honestū ē qd̄ in se habet delectationē: sz nō ex se: sicut virtus: delectabile qd̄ in se et ex se habet delectationem. hoc est solus deus: large tm̄ sūpto delectabili honestū est delectabile. Itē notādū q̄ vn⁹ magis gaudet de bono suo q̄ de bono alterius: tm̄ quidā dicūt q̄ tm̄ gaudet de bono alterius q̄ de propio bono: sed magis de bono alterius gauderet si ipsum in se haberet: sed illd̄ nō videt posse sustineri: qm̄ sequeretur q̄ tantū diligeret vnus alīū q̄ se qd̄ ē contra predicta.

In oppm̄ Secundo. Tertio.

Ad aliud

Ad pio aliq̄ rū quā improbat.

¶ Quarta questio huius capituli.

Queritur de accipientibus singulos denarios. dicitur enī ibi q̄ quidā murmurabant aduers⁹ patrē familias di. nōne hij nouissimi vna hora ⁊c. ⁊ responsū est a patrefamilias vni eoꝝ. An oculus tuus nequā ē: qz ego bonus sū: ꝯ alicꝺ accipiens murmurabat aduersū patremfa. ergo peccabat moztaliter. Item habebat oculū nequā: ergo peccabat moztaliter: non ꝯ accipiebat denariū. Ad hoc potest dici: q̄ ibi fit sermo de iudeis secundū diuersos: scz secundū bonos et malos: de bonis ōz q̄ accipiebant denariū de malis qui murmurabant sicut ibi. cum occideret eos. querebant eū. de diuersis fit sermo secundū secundā regulā chyconij: quoniā illi qui occidebantur non querebant eū. vel potest distingui duplex murmur. s. indignationis: illud est peccatū moztale: de tali ōz in euangelio. Est murmur admirationis secū dū qd̄ murmurant scolares in scolis pre gaudio: cuz audiunt qd̄ placet eis: tale non est peccatū. similiter murmurabant iudei pre gaudio quando videbāt gētiles participari eis in premio. qd̄ autem ōz an oculus ⁊c. sic intelligitur: oculus tu⁹ nequā esset si murmurares ex indignatione.

Arguitur.

Secūdo Solutio.

Af̄ dicāt.

¶ De effectu caritatis.
¶ Quartum capitulum.

Dicto de essentia caritatis et ordine. dicendum Est de effectu caritatis. est aūt vnus effectus

caritatis q̄ per eaz reſiſtim⁹ tētationibus carnis mūdi et dyaboli. Hic querit quantulacunq; caritate poſſimus reſiſtere quantecūq; tentationi. ita q̄ caritas maneat in ſua paruitate. videt q̄ non: qm̄ in fine iob 9r Non eſt ſuper terrā poteſtas que cōparet ei: ergo non quantulacunq; caritate poteſt reſiſtere tentatiōi dyaboli. Similiter in fine iob 9r. Sub ipſo erūt radij ſolis et ſternet ſibi aurū et argentū quaſi lutū. i. ſanctos. ergo ſi ſancti vincūtur a dyabolo non quantulacunq; caritas poteſt reſiſtere tentationi dyaboli

Jtem ſuper illud pſal. proba me dñe et ten. dicit auctoritas: prius vires meas reſpice et poſtea tentari me permitte. quaſi di. non permittas me tentari ſupra vires meas: ḡ poterat tentari ſupra vires. ergo non poterat ex caritate quā habebat reſiſtere. q. t. Jtem ſuper illud. Si oportuerit me mori tecū ⁊c. dicit ieronimus. auis ſine pēnis volare nititur. ſ. ad culmen martirij. ergo petrus non poterat ex caritate quam habebat reſiſtere timori mortis. Jtem apo. fidelis eſt deus qui non permittit nos tentari ſupra id q̄ poſſumus. ergo poſſum⁹ tentari ſupra id q̄ poſſumus: et inde vt prius. Jtē ſuper illud euangelij. mō creditis. dicit glo. vt paruuli: non ſicut illi qui pereunt: ergo nō quantulacunq; fides ſufficit ad nō pare. ergo nō quantulacunq; caritas ſufficit ad reſiſtendū. q. tentationib⁹. Si conceditur. Cōtra. ā. dicit. nichil eſt fortius animo habente caritatē preter illū q̄ dat caritatez. ḡ quantulacūq; caritas ē fortior diabolo: et poteſt reſiſtere q. t. Jtem beatus grego⁹. facile eſt ſuperare diabolū qui non poteſt deijcere niſi volentē. Solutio. due ſunt opiniones: vna que dicit q̄ ex quantulacūq; caritate permanente tantilla: poſſumus reſiſtere q̄tecunq; tentationi. Alia dicit q̄ nō ſed bene concedit q̄ ex quantuncūq; parua ſi creſcat poſſum⁹ reſiſtere quantecunq; tētationi. Primo ſuſtineamus p̄mā auctoritatem. que obiecte ſūt ſic ſoluende. p̄ma ſic. non eſt poteſtas ⁊c. intelligēdū de facili. Omnis enī carit. p̄t re. q. t. ſed non de facili. Sūt aūt ſex que faciunt q̄ caritas facile reſiſtit. primū eſt radicatio caritat⁊: ſecundū intēſio: tertiū feruor motus: quartū exercitatio in bonis operibus: quintum ſtrēnuitas naturaliū ſicut in milite exiſtēte in mortali peccato qui prius permitteret ſe occidi q̄ negaret chriſtū: ſextū ſpiritualis leticia. dicit enī beatus antonius: q̄ vnica ratio eſt vincendi inimicū: leticia ſpiritualis. Ad ſecundā auctoritatem dicim⁹: q̄ ſancti qm̄ q̄ ſunt ſub diabolo: ſcilicet qm̄ peccant: vincunt enim a diabolo duabus de cauſis. prima eſt quia ſancti ſūt ſicut ciuitas fortis ⁊ in parte debilis. ſūt enim fortes ex parte virtutū et debiles ex parte ſenſualitatis et illa parte qm̄q; capiunt a diabolo. Secunda cauſa ē q̄ nō bene vtuntur armis ſuis. vnde boetius. talia tibi contuleramus arma que niſi ⁊c. poſſunt ḡ ſancti reſiſtere: ſed nō de facili imo qm̄q; fatigant a diabolo

Tertiaz auctoritatē ſic exponim⁹. ſimiliter Auis ſine pennis volare nititur. i. ſine pennis quibus de facili poſſit volare. ſimiliter iſtā: prius vires meas reſpice et poſtea me tentari permitte. tentari permitte tētationi cui poſſum de facili re. Similiter eſt intelligendum de alijs. dictū eſt q̄ caritas quantulacunq; p̄t reſiſtere q. t. ſed non de facili: ſed videt q̄ facillime: qm̄ auguſtin⁹ dicit. q̄ nichil eſt ita in poteſtate nſa ſicut velle: ergo conſentire malo vel diſſentire maxie eſt i poteſtate noſtra. conſentire enī et diſſentire volunta-

Prima q̄o

Ar q̄ non.

Cōfirmat

Tertio.

In oppo⁹

Secundo.

Solutio.

Alia opio.

Ad rōnes tenēdo pri mā opionē

Anthoni⁹.

Ad ſcām.

Prima cā

Scā cā.

Boetius.

Ad tertiū.

Ad q̄rtum

Ad illō dictū arguitur.

tes quedā ſunt: ſed diſſentire malo eſt reſiſtere tentationi. ergo maxime in poteſtate noſtra eſt reſiſtere tenta. ⁊ de facili ſic reſiſtim⁹. qm̄ ſolo libero arbitrio poſſumus reſiſtere: alioquin non eſſet homini imputandum peccatum vel libero arbitrio ſi non poſſet reſiſtere: ergo ſi liber arbitriū per ſe poteſt reſiſtere cū gratia de facili pōt reſiſtere et ſic quātulacūq; caritas de facili reſiſtit. q. t. Jtē ſi filius vos liberauit vere liberi eritis: ergo vere liberi ſum⁹ per gratiā quā tulācūq;: ḡ libere reſiſtim⁹ per quātulācūq; gratiam et ſic de facili reſiſtitur. q. tenta. ſi hoc quare ergo tā frequenter clamat dauid ad deum libera me a perſequētibus me. erue a framea deus aiam meā. ⁊c. igit ex quo de facili p̄t reſiſtere. Solutio. Ad primū dicimus q̄ velle eſt ſimpliciter in noſtra poteſtate maxie ſ velle efficacit nō eſt in nra poteſtate. vnde apoſtol⁹ velle michi adiacet. pficere aūt nō inuenio et hoc eſt qm̄ liberū arbitriū. ⁊ ſi ſit cū gratia. nō eſt tñ ſūme liberū q̄uis enī liberū ſit a neceſſitate ⁊ a culpa. nō tñ a miſeria liberū eſt dū ſumus in hoc mortali corpore vnde nō de facili reſiſtit cū quātulacūq; gratia aut ſi de facili nō tamē facillime. qm̄ multa impediūt ne de facili. Sūt enī nouē propter q̄ clamat dauid. primū ē ignorantia. poſt peccatū enī tenebre facte ſunt ſuper faciē abiſſi. i. cordis humani. Secundū negligentia. quoniā vult et nō vult piger. Tertiū corruptio tam corporis q̄ aie. vnde corp⁹ qđ corrūpitur aggrauat aiam. ⁊ apoſtol⁹. infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Quartū eſt humilitas. clamat enim ex humilitate ſubijciēdo ſe ei quē rogat. Quitū ē meritū qm̄ meremur orādo. Sextū eſt exercitatio deuotionis. Septimū eſt laſſitudo ꝓtutis et ipſa accidia. vñ apl⁹ laſſati ſum⁹ ſupra modū itavt taderet nos viuere. Octauum propter impetus hoſtis retinendos. Nonū eſt impotētia. qm̄ ſine deo nichil poſſum⁹. patet igit ſolutio ad primo obiectū. Ad ſecundū dicim⁹ q̄ q̄uis vere liberi ſum⁹ per gratiā. nō tamē ſūme ⁊ propter hoc nō de facili reſiſtim⁹. Sed obicit contra p̄dicta. quoniā ſi quantulacūq; caritas ſufficit ad reſiſtēdū. q. tenta. ḡ q̄libet caritas fortior eſt quātacūq; tēptatiōe: ergo nulla caritas vincit ab aliqua tentatiōe. ergo nullus habēs caritatē poteſt peccare mortaliter. Jtē ſint hic duo habentes pares caritates et parta naturalia et tēptent parib⁹ tēptationib⁹ et alter ſuccūbat reliqu⁹ nō. nō eſt ratio quare pot⁹ iſte vincat q̄ ille. ſed ille nō vincit: ergo nec iſte. Solutio. ad primū dicim⁹ q̄ nō valet. caritas eſt fortior hac tentatiōe: ḡ nō vincit. p̄t enī vinci multis de cauſis q̄ dicte ſūt. Ad ſcām dicimus q̄ ille modus arguēdi tenet in naturalib⁹ cauſis et nō in volūtarijs ſicut p̄z in cā mūdi. eadē enī ē cauſa penit⁹ q̄ fecit mūdū qm̄ factus eſt q̄ feciſſet ab eterno. Cauſa enī volūtaria eſt et nō neceſſaria. vnde nō ſequit iſte nō vincit: ergo nec ille. qui eī vincit a voluntate eſt. Sed obicit contra hoc qđ dictū eſt. q̄ ex minima caritate manēte tāta poſſum⁹ reſiſtere. q. tentatiōi. qm̄ ſi hoc: ḡ tētationi mortis. eſto q̄ aliq⁹ exiſtens in minima caritate manēte tanta reſiſteret tentationi mortis. iſte ex caritate ſubit mortē pro chriſto: ḡ eſt martir: ḡ ſtatim euolat. Contra. eſt in minima caritate ⁊ magʃ diligit vxorē ⁊ filios q̄ debet. ſit ita: ḡ fert ſecū cremabilia: ergo nō ſtatim euolat. Jtem. ſi fert ſecū cremabilia: ergo orandū eſt pro ipſo. Cōtra iniuriā facit martiri qui orat pro eo. Jtē ex minima

Secundo.

In oppo⁹

Ad ſcām

Ad ſecūdū

Solutio ad primū.

Dauid clamat ꝓpter nouem.

per hec ad primū.

Ad ſcām ꝓ pdicta ar

ꝓ iſta iterū arguitur.

In oppo⁹

Secundo.

Tertio.

caritate potest subire martiriū pro christo et maior est subire martiriū pro christo q̄vendere omnia et dare pauperib⁹:ꝯ iste ex minima caritate pōt vēdere oīa ⁊ dare pauperibus. Jstud etiā videt multis rationib⁹ quoniā multi philosophi ex politica ⁊tute reliq̄rūt omnia: ꝯ multo fortius ex minima caritate pōt illud fieri. Jtē multi heretici ex falsa opinione reliquerunt omnia. quoniā credebāt q̄ habere diuicias eēt peccm̄ mortale et fortior est minima caritas q̄ falsa opinio. Jtē. multi ex sola strēnuitate naturaliū subirēt potiꝰ martiriū q̄ negarēt christū:ergo facerēt ex sola strēnuitate qđ minus est. scz vendere omīa et dare pauperib⁹ et fortior est minima caritas cū naturalibus q̄ naturalia per se: ergo iste ex minima caritate pt vendere oīa que habet et dare pauperibus. faciat igitur ita. iste in minima caritate vēdit oīa et dat pauperib⁹ et est in minima caritate: ergo in impfecta. Cōtra. dr in euāgelio. si vis perfectus esse vade et vende oīa. ⁊c. ergo vendere oīa ex caritate et dare pauperibus est opus caritat⁊ perfecte et iste ex caritate vēdit oīa. ⁊c. ergo habet perfectā caritatē. Solutio. dicim⁹ q̄ aliquis in minima caritate potest subire martiriū et vēdere oīa. ⁊c. tamē hoc nō est possibile. istū subire martiriū vel vendere omnia. ⁊c. ex minima caritate manēte tāta. qm̄ si hoc faceret fuiret regi liberalissimo maximo seruitio. vnde hutusmōi seruitio augmētaret seruienti caritatē. et sic nō maneret minima. tamē ipsa caritas minima manens minima potēs est scōm se facere illud: sicut aliquis seruiēs pōt scōm se seruire in paupertate per viginti ānos regi liberali. tñ hoc nō est possibile q̄ seruiat. ⁊c. quoniā rex liberalis et potens nō permitteret tam diu ipsū esse pauperē. Sed videt q̄ vendere oīa et dare pauperibus nō sit opus perfecte caritatis. quoniā augustinus dicit q̄ perfecta caritas dicit. cupio dissolui et esse cum christo. hoc autē maius est q̄vendere oīa. ⁊c. et min⁹ potest haberi sine maiori:ergo aliquis potest vendere omnia ex caritate et dare pauperib⁹. ita q̄ non cupiat dissolui. ⁊c. ꝯ sine perfecta caritate potest vēdere omīa et dare pauperibus:ergo illud nō est pfecte ca. quid est ergo qđ dicit in euangelio si vis pfectus esse vade. ⁊c. Ad hoc potest solui dupliciter q⁊ pōt dici q̄ nō est opus perfecte caritatis. sed est via et pparatio ad perfectā caritatē. vñ auctoritas euangelij sic exponit. Si vis. ⁊c. i. prepara te sic ad perfectā caritatē. vel potest dici q̄ est opus perfecte caritatis. sz perfectior est que dicit cupio dissolui ⁊ esse cū christo et q̄uis quilibet ex caritate vendēs oīa et dans pauperibus habeat perfectā caritatē. non tamen oīs habens perfectā caritatē vendere oīa. ⁊c. sicut patet in patriarchis. abrahā ysaac et iacob. quoniā multi hñt multas diuicias qui nō apponūt cor. et tales possunt habere pfectā caritatē. vñ seneca. Magnanimus qui vtitur fictilibus vt auro. sed nō minor est qui vtitur auro vt fictilibus. dictū est q̄ non valz: iste ex minīa caritate manēte tāta. pōt subire martiriū pro christo ergo possibile est istū ex minima caritate sub. ⁊c. Sz videtur q̄ sit necessaria. quoniā hec possibile est albū esse nigrū de dicto equualet huic albū manens albū potest esse nigrū. similiter hec possibile est istū ex minima caritate subire martiriū pro christo. equualet huic. iste ex minīa caritate manēte tāta pōt subire. ⁊c sz hec est vera:ergo et illa. propter hoc cōcedūt multi q̄ illa argumentatio est necessaria. vnde pcedūt q̄ aliquis in minima caritate manente tanta pōt subire martyriū ⁊ etiā subire possibile est. ⁊ si contīgat euolabit nec valet hec argumentatio secundū eos. iste añ hoc instans habebat venalia et erāt in caritate imperfecta:ergo non euolat:qm̄ qui statim euolat nō est ex effectu caritatis:sed qr falso martirij resecātur omnia venalia. Sed contra obijcitur: ponat q̄ isti duo sint in omnib⁹ pares quantū ad caritatē. ⁊ vterq̄ sit in minima caritate et alter subeat marti. reliquus non:et vterq̄ decedat sic:inde sic. vbi maior lucta ibi maior corona:sed in isto qui subijt martiriuz maior lucta:ergo ⁊c. quoniāvbi haberet locū auctoritas illa nisi in excellentissimo opere caritatis: ergo ille qui subijt martiriū maiorē coronā habebit q̄ ille qui nō subijt martiriū:ergo eius caritas nō manet minima. Jtem caritatem meremur augeri vt aucta mereatur et perfici:sed nullo opere magis meretur augeri q̄ opere martirij:ergo in opere martirij augetur:ergo non manet minima:quoniam non potest dici q̄ illus augmentū detur in futuro. qm̄ illa auctoritas loquitur de remuneratione presentis vite per quā augetur et perficitur caritas in presenti ⁊c. Jtez ā. dicit. iniquitas esset si deus non reciperet confugiētes ad se:ergo si non daret eis gratiā iniquus eēt et tamen ipsi non merentur. ergo iniquus eēt si nō daret augmentum caritatis in presenti ei qui patitur marti. sed impossibile est q̄ deus sit iniquus. ꝯ necessariū est q̄ deus det augmentum caritatis. ergo impossibile est q̄ maneat minima. Jtem apo. Fidelis ē deus qui non permittit nos tentari supra id qđ possum⁹:sed dabit in tentatione prouētū: sed nulla tentatio maior q̄ tentatio mortis. ergo dat deus prouentum. ergo augmentat ibi caritatē:et impossibile est q̄ deus non det prouentū. ergo impossibile est q̄ caritas maneat minima. Qđ concedimus. d. q̄ hec argumentatio non valet:iste ex minima caritate manente tanta potest subire ⁊c. ergo ipossibile est ex minima ⁊c. qm̄ in pria hoc verbū potest significat potētiam secundū quā iste potest subire marti. sed nō de facili. Jn conclusione hec dictio possibile significat potentiā secundū quā pōt subire marti. de facili et est fallatia vniuocationis: qm̄ eadē potentia significat: sed diuersimode. que diuersitas nō exprimitur p dictionē. vnde ista possibile est istū ex minima caritate manente tanta subire marti. pro christo:non equipollet huic. iste ex minima caritate manēte tāta pōt de facili subire ⁊c. hec aūt falsa. pōt tñ dici q̄ nulla argumētatione est falla. equ. qm̄ in prima significat potētia ante actū:scilicet potentia cui aliquid deest ad hoc vt eliciat actū:scilicet facultas quedā. i conclusione aūt significatur potentia ꝯiūcta cum actu.

Opinio aliquorum.

Jterum ad idem.

Ad idem.

Jn oppm

Solutio.

Exponit dictū euāgelij.

Seneca.

Jterū ar.

Opio aliquorum.

Hec argumētatio nō valet.

Ad idem.

Ad idem.

Ad idem.

Solutio.

Falla equocationis

Alr pōt dici

¶ Qualiter opposita opio pōt sustineri.

Dicto qualiter potest sustineri opinio que dicit q̄ ex quantulacunq̄ caritate manente tanta potest resistere. q. ten. Nunc videndū est qualiter opposita opinio pote st sustineri. videt aūt q̄ nō pt sustineri:qm̄ ā. dicit. Qđ nichil est fortius aio habēte caritatē:ꝯ nichil est inuincibili⁹. ergo anim⁹ hns quantulancunq̄ caritatē potest resistere. q. ten. Jtem dominus redarguit petrum quando timuit mergi dicens. Modice fidei quare dubitasti. tunc habebat petrus modicā fidem. ex illa aūt poterat resistere ten. mortis aut non. si non. male redargutus est. si poterat:habemus propositū. Jtem super illud psal. Me

Rōnes oppposite opinionis.

Secundo.

Tertio.

tradas mē dūe a desī.an.pec.dicit glosa.sine q̄ quantuncunq; seruat hostis nichil potest. Item gregor⁹. Non est timendus hostis qui non potest deiscere nisi volentem.vñ ysa.Incuruare.s.ad terrena vt pertranseamus.s.per te verbū est demonū ad animā .ergo si sine voluntate nostro nō vincimur.facille aūt est non velle:ergo facile est resistere et sic habemus propositum. Item in matheo.Omnis qui audit verba hec ⁊ facit ea assimilabitur viro qui edificat domum suam supra petram:et descendit pluuia et venerunt flumina et irruerunt venti in domū illam et non cecidit.fū data enim erat supra firmā petrā.sed anima que habet quantulancunq; caritatem fundata ē supra firmā petram.ergo quan.cari.sufficit ad resistendū pluuie ventis et flu.et ita quante.ten. Item in canticis.Aq̄ multe non poterunt extinguere caritatē:ergo nulla caritatem.ergo minima caritas potest resistere aḡs ⁊ tribulatiōib⁹: et ita quan.ten. Item sup illud psal. Bonus michi lex oris tui sup milia ⁊c.Dicit ā. Pl⁹ diligit caritas legem dei q̄ cupiditas milia auri ⁊ argenti:sed cupiditas tñ diligit aurū quod exponit vitam corporalem pro auro:ergo quan.caritas tñ diligit legem dei q̄ vitam corporalem exponit pro ipsa: et ita minima ca.re.ten.mortis.Ad hoc potest dici q̄ minima caritas quantū in se est p̄t resistere quā.ten. tamē in subiecto debili non potest multis de causis Quarum prima est ignorantia:secunda negligentia tertia vulneratio naturaliū:quarta infirmitas carnis quinta spiritualis tristicia:sexta lassitudo virtutum.: septima dissuetudo bonorū operū:octaua instrennuitas naturalium.Ad primū ḡ dicimus q̄ animus hñs caritatem potest resistere quan.ten.non tamē sequit q̄ homo hñs minimā caritatem⁹ potest resistere. ⁊c.

Quarto p gregoriū.

Quinto

Sexto.

Septimo.

Solutio.

Prima.

Ponit hic octo cās.

Ad primū.

Ad scōm. Ad secūdū dicimus:q̄ petrus non poterat resistere i illa modica fide nec propter hoc redargut⁹:ſz redargutus est quia timuit cum christum haberet tutorē sicut de puero qui videt lupū cui dr.nolt timere non quia potest resistere:sed propter societatē non debet timere.Ad tertiū dicimus.q̄ velle simpliciter est in volūtate nostra:sed tñ efficax velle non est ī potestate nostra:vel potest dici.q̄ velle liberū est:sed non liberrimum:sicut dictū est supra. Ad quartum dicim⁹ q̄ domus fundata est domus radicata:hec autē non ē omnia caritate qñ q̄ hz minimā caritatē nō ē radicat⁹ ⁊ ita nō ē fūdat⁹:vt fiat vis in hac dictione fundat⁹ Ad q̄ntū dicim⁹:q̄ aque multe nō possunt extīguere caritatē quantū in se est:sed ī subiecto debili bñ p̄t. Ad aliud dicimus:q̄ caritas minima qnantū ī se ē p̄t resi.q.ten.mortis:ſz hoc non p̄t ī debili subiecto.Sz contra hoc obicitur.facilius est defendere castrū q̄ expugnare:sed minima caritas potest expugnare castrū possessum a diabolo.s.humanū animū plenum vicijs qñ minima caritas fugat omnia vicia in aduētu suo ḡ minima caritas potest defendere humanū animum contra oīa vicia.et ita minima caritas potest resistere q.ten.qñ si potest maius:p̄t et minus. Item facilius est preuenire morbū q̄ expellere:sed caritas minima expellit quantūlibet peccatū . ḡ potest preuenire . ḡ potest resistere quan.ten.qñ tale preuenire ē resistere.Ad hoc.d . q̄ hec argumentatio non valet. Caritas potest facere maius:ḡ p̄t facere minus. Instātia. Amorrei meruerunt penā eternā.ḡ meruerūt amissionē terre promissionis.vltimū est falsū. Dixit enim abrahe in gen.Modū sunt cōpleta pctā amorreorum et tñ tunc meruerāt penā eternā:et ita meruerāt mal⁹ et non minus.Similiter caritas minima facit mai⁹ i.fugat oīa vicia.non tamen facit minus:qñ non p̄t resi.q . ten.cui⁹ rō ē q̄ cū cari.fugat vicia naturales potētie iuuāt ipsam viriliter.qñ homo tūc est in bono proposito et firmo dimittendi pctū.vnde non est mirū si expurgatur castrū.tñ huiusmodi castrū nō p̄t defendere minima caritas.quoniā naturales potentie nō iuuant ipsam imo cōsentiūt inimicis.⁊ ita quodāmodo perdunt castrū.Sed hec solutio nulla videtur esse.qñ nō q̄rimus quid fiat sed quid potest fieri vnde videtur q̄ hec argumentatio sit necessaria. caritas minima potest facere maius:ergo potest facere minus oībus alijs paribus et certū est q̄ cū fugat vicia cū auxilio naturaliū potētiarū iste naturales potentie debiliores sunt q̄ si caritas est in aīa:ergo si p̄t cū debilioribus naturalibus expellere oīa vicia p̄t cū fortioribus resistere oībus vicijs.ppter hoc aliter soluendū dicimus q̄ hec argumētatio nō valet. caritas minima expellit oīa vicia:ergo potest resistere q̄ te.tēta.⁊ hec est ratio qñ cū caritas expellit vicia nō homo ipse pugnat.sed deus: qui vtitur caritate tāq̄ instrumēto.sed quādo caritas resistit homo ipse pugnat auxilio caritatis.vnde non sunt oīa paria qñ ex vna parte fort⁹ est pugnās q̄ ex alia vincit:ḡ caritas qz hō hñs caritatē huiusmōi partiz carnalis ē partim et ex āmixtione carnalitatis vincit.sancti vero q̄ sunt in patria ex toto sūt spūales . homo aūt qui ē in mortali pct⁹ ex toto carnalis est sicut dicitur in ysa. Egiptus homo ⁊ nō deus.i.homo peccator est animalis et non spūalis.nec deus participatiue ⁊ eq̄ eius id est sensus caro et non spūs.i.carnales nō spūales.Dicūt autē sensus equi.quoniā operatio pctōris fertur ⁊ regitur scōm sensus.Sed ad hoc obicit aliqua caritas nō p̄t resistere.q. tenta. ḡ aliqua tētatio est maior q̄ illa caritas.demonstrentur illa tentatio et illa caritas hec caritas non potest resistere huic tentationi. ergo duplo minor caritas non p̄t re . duplo minori ten.et iterū duplo minor nō potest resis.duplo minori et sic in infinitū et ita aliqua caritas est que nō p̄t resi.p̄ctiom actus q̄ falsū est.quoniā etiā liberū arbitriū posset resis. ergo multo fortius caritas in hoc subiecto.ita enī intelligimus semp.certū est enī q̄ liberū arbitrium in primo statu ade poterat resistere. quoniā adā habuit tūc vnde staret. i.resisteret. ſz nō habuit vnde proficeret.i.mereret. sed certū est q̄ liberū arbitriū nō est corruptū in infinitū:ergo adhuc per se potest resistere alicui tentationi. Quod concedimus. vnde dicim⁹ q̄ minima caritas etiā in debili subiecto potest resistere magne tentationi.et ad illā argumentationē soluēdū est per interemptionē huius et sic in infinitū . quoniā circa minimā caritatē q̄ est caritas paruuli est reperire aliquā caritatem:qua nō est alia duplo minor.et hoc est quoniā in linea intensionis non est in infinitū descendere subduplando secundū intensionē ꝓprietatis.sed in ascēsu cōtingit in infinitū duplare.et hoc est qñ magis attendit ēm accessum adverā noīs impositionē.vt dicit in fine sex principiorū nō secundū recessū ab infimo et hoc patz de facili in linea intensionis.sumat linea intēsionis albedinis sūma albedo dicat a minima. si alia est dr.e. illa q̄ est recte ē in medio inter a. et e.dr c.contingat q̄ c.magis duplo accedat ad a.q̄ e.⁊ scōm accessū ad tertiū est intensio: ḡ c est duplo intensior q̄ e. ergo c

Ad q̄rtum

Ad quītū.

Ad sextū.

ꝫ hoc aſ.

scōo ad idē

Solutio.

Exemplū.

Exemplū.

Alik soluit

Exponit dictū ysaie.

Quare sē⁹ dicit eq̄. ꝫ dicta arguit iterū.

Solutio.

Nō istud.

est dupla ad e.ꝙ c nō est dupla ad d.sit d.recte inter c et e in medio.quomā si esset dupla ad d. cū sit dupla ad e d.ꝛ e. esset equaliter intense vt patet per ꝓpositionē euclidis. Itē.c nō duplo magis accedit ad a ꝙ d.hoc patet:nō ergo est duplo intensior ꝙ d. quoniā secundū accessū ad a.attenditur intēsio:patet ergo ꝙ d. in linea intensionis non hꝫ subduplam et sic non contigit in infinitū descendere subduplando: sed contingit in infinitū ascendere subduplando:quoniā sūma albedo.s.a nulli inferiorū ē proporcionabilis:qm̄ si est:sit igitur a.dupla ad c.contingat ꝙ inter c.et a. sunt infinite medie.Sit ergo b.recte in medio b.duplo accedit ad a.ꝙ c.ꝛ sic secundū accessū ad a.est itēsio.ergo b.est dupla ad c.et a.dupla ad c. ergo a.ꝛ b sunt equales.hoc aūt impossibile:ꝛ sic patet ꝙ a. nulli inferiorū est proporcionabilis ꝑm dupliciratē. patet etiā ꝙ inter b.ꝛ a.est reperire f.duplā ad b.ꝛ inter f.et a.aliam duplam ad f. et sic in infinitū:et sic duplādo ꝓtingit ascēdere in infinitū. Sed iterū obicitur Dictū est ꝙ caritas magis diligit deū ꝙ cupiditas aurum ꝛ argentū.ꝯ fortior est motus minime caritatis ꝙ motꝰ maxime cupiditatis.sed cupiditas i suo subtecto:tantū potest habere motū ꝙ exponet suū subiectū mori pro auro et argento:ꝯ minima caritas similiter pro deo et ita minima caritas in suo subiecto ꝑt resistere.q.ten.Ad hoc dicimus ꝙ cupiditas non exponit suū subiectū morti:nisi vbi p̄cipitata est sinderesis et rō sopita penitus.vnde tunc nullū impedimentū ineit i ꝓpo subiecto:caritas aūt minima multa impedimenta inuenit in suo subiecto:ꝛ propter hoc nō tenet obiectio.et est simile:calor in mare fortior ē ꝙ in femina:ꝛ tamē calor femine i minori tēpore facit subiectū suū aptū ad nuptias ꝙ calor viri. ꝛ hoc ē qꝛ subiectū femine mollius est ꝛ habilius ad maturitatem ꝙ subiectuꝫ viri.Sed iterum obicitur. Caritas minima manēs tanta in suo subiecto nō potest resistere.q.ten.Esto ꝙ aliquis habeat minorē caritateꝫ manentē tantam tenta. a tāta tentatiōe cui nō ꝑt resistere.et deus permittat ipsū cadere.ꝙ etiā ꝑt ꝓmittere videtur:qm̄ cum aliquis tentatur tentatiōe quā potest vincere permittit deus ipsū cadere.Inde sic: iste ex eis solꝰque habebat non potuit resistere tentationi q̄ tētatus fuit:ꝯ nullomō potest resistere. ergo non est imputandū ei ꝙ cecidit. Similiter obicit de libero arbitrio.Sit enim aliquis in mortali peccato contingit ꝙ eius liberum arbitrium nō est debile i infinitum.vnde alicui tētationi potest resistere et cadit iste ex eis solꝰque habebat:nō potuit resistere huic tētationi.ergo non ē imputandum ei ꝙ cecidit: et sic fornicatio vel adulterium non est imputanduꝫ ei: qđ falsum est.Forte:dicit ꝙ imputandū est ei. quia igesit se in talem necessitatē.Sed contra. ieronimꝰ dicit super illud ysa.Mōne hoc est ieiuniū quod elegi.violentiam facit deo q̄ exigit ab eo qui soluere nō potest cogit enim quodāmodo deū vt det ei.ergo si hoc nō cadit in humanā pietatem.ergo nec in diuinā.ꝯ deus non imputat peccatum ei qui nō potest resistere. Solutio.Dicimꝰ. propositio possibilis ē. s.ꝙ iste habēs minorem caritatem manentē tantā tentetur tētatiōe cui nō potest resistere ex tanta caritate:et ꝙ deus permittat ipsum cadere:sed hec totalis ꝓpositio est impossibilis:cum hoc ꝙ iste vtatur bene armis collatis sibi.s.caritate et alijs virtutibꝰ in principio tentationis.fidelis enim est deus qui nō permittit nos tētari supra id quod possumus:sed facit cum tētatione prouentum:vt possumus sustinere prouētum.an.facit intentatione.cum homo negligit nullomodo: sed facit quod in se est. ipossibile est ꝙ dñs permittat cadere talem:imo augmentat ei virtutes:vt possit ei resistere.vnde patet ꝙ hec argumetatio nō valet.iste ex eis solꝰque habebat nō potuit resis.ten.tāte.ꝛc. ergo nō est ei imputādū qm̄ si fecisset qđ i se erat data vꝫ augmētata eēt ⓖ gꝛa qua possꝫ resistere. Itē. hec argumētatio nō vꝫ iste ex eis solis q̄ ha.nō pōt re.tan.ten. ꝯ nō pōt resis.tante tenta.qm̄ hocverbū pōt in prima tm̄ tenebatur pro potentia sufficienti per se ad talem actū.ꝛ cōiuncta illi actui.in cōclusiōe tenet gñaliter ꝓ potētia ad actū istū siue sufficiēti siue nō sufficiēti. vñ patet ꝙ ibi est fallatia vnuocatiōis. sicut hic demonstrato illo qui est in mortali pctō.iste ex eis solis que habet non potest mereri vitā eternā:ergo nō pōt mereri vitā eternā.Eodēmodo prorsus respondēdū est ad vltimo obiectū. sꝫ ꝙ hec argumentatio nō valet demonstrato illo qui est in mortali iste ex eis solis q̄ habet non potest resistere tentationi:ergo nō est imputandū et si cadit. vel ergo nō potest resistere tentationi. Itē.aliquis ex sola strēnuitate naturalium pōt subire mortez pro xp̄o sicut mules prius ꝙ negꝫ christum et tamen nō deserit pctm̄ mortale. sed minima caritas fortior est ꝙ strēnuitas naturaliū: ergo aliqs ex minori caritate manēte tāta ꝑt subire mortez pro xp̄o. Itē. aliquis ex fide informi pōt subire mortē ꝓ christo. Itē apostolus dicit.si habuero fidē itavt mōtes trāsferā et si tradidero corpus meū ita vt ardeā si caritatē nō habuero nichil michi prodest. sed si ex fide informi pōt aliquis subire mortez pro christo:ꝯ multo fortius ex minima caritate manēte tanta. qm̄ fortior est ꝙ fides informis.Idēvidetur per augustinum qui dicit ꝙ si aliquis nō habēs caritatē ex timore seruili subit mortē pro christo suppliciū eternum patietur et ita videt ꝙ aliquis ex timore seruili pōt subire mortē ꝓ christo. sed timor seruilis est ex fide informi:ergo aliquis ex fide informi pōt subire mor. pro christo et inde vt prius. Itē. aliquis philosophꝰ solis virtutibns politicis subit mortē pro christo sicut legitur de socrate qui hausit venenum. quia noluit negare vnū deū quē colebat.sed fortior est minima caritas quātalibet virtute politica:ꝯ ex mīma caritate manēte mīma pōt aliquis subire mortem pro christo. Itē.hereticus ex falsa fide pōt subire mortē et fortior est veritas ꝙ falsitas: ergo aliquis ex minima caritate.ꝛc.cū habeat verā fidē. Solutio.ad primum.d.ꝙ hec est vera aliquis ex sola strēnuitate.ꝛc. nec sequitur ergo ex minima caritate.ꝛc.ꝛ hoc est qꝛ strēnuitas naturaliū substantialis est.vnde plus pōt in suo subiecto.sed minima caritas est accidens vnde nō tm̄ potest. Sed hec solutio nō videt esse vera duplici ratiōe. Prima est quoniam minima caritas plꝰ assimilat subiectum suum fortissimo et potentissimo scilicet deo ꝙ strennuitas naturalium: ergo plus pōt in suo subiecto. Itē in.i.ad thitū dr pietas habz promissū vite que nunc est ꝛ future. ibi dicit glo. ꝙ si aliquis seqt pietatē:et si lubricū carnis patt sine dubio vapulabit.sꝫ tm̄ nō peribit:ergo si aliquis faciens lubricum carnis faciat largas elemosinas. non peribit i illo caritas ꝛ gratia:sed maior est pietas imponendo vitā pro proximo et maior ponendo pro christo ergo si aliquis habens mortale pctm̄ velit firmiter

alia ꝓbatio

Iterū aī.

Solutio.

Exemplū de viro ꝛ femina.

Iterū aī.

Sicꝫ aī.

Euasio. ꝓ hāc ꝙ hieronimum.

Solutio.

Hec argumētatio nō valet.

Falla ēquocationis

Ad vltimū

Iterū aī.

Ad idem.

Item ad idem.

Ad idē per augustinū.

Exēplū de socrate.

Ad idē aī.

Solutio

Ad primū.

Hec solutio nō valet

Prima rō

Scda ratō

Glosa.

Ad idem.

Solutō ꝟz doctorem.

subire mort pro xpō deꝰ dabit ei gram.qđ cōcedimꝰ. Unde melius videtur dicendum q impossibile est q aliquis ex sola strenuitate naturaliū subeat mortem pro christo.sed ex sola strenuitate naturaliū pōt incipere pugnā et ex gra perficere. Ad scām dicimus q impossibile est ex sola fide informi subire mortē pro christo.nec aplūs hoc asserit: sed sub conditione dicit. Si tradidero corpus meū sine caritate itaut ardeam nichil michi prodest. Hec cōditionalis estvera.nec ex hoc sequit q primū sit verū:vel etiā possit esse verum Similiter dicimus ad tertiū. Ad quartū pōt responderi sicut ad primū. qm potest dici q ipossibile est q pbs ex solis politicis virtutibꝰ ꝛc. imo si icipit hmōi pugnā infunditur ei gra. ꝛ sic forte fuit in multis philosophis qui credebāt vnū deū:et eis infusa est fides de trinitate.vel potest dici q poterat subire mortem pro christo ex politicis perfectissimis. Hec sequtur: q ex minima caritate ꝛc.qm plus possūt potētie perfectissime q̄ minima caritas. ꝛ similiter ad vltimū dicēdum. Ibidē etiam iūgit vehementer excecatio intellectus que nō permittit hereticū recte credere vel videre. Hec est igit differentia inter primā opinionē et secundā.qz prima dicit q ex minima caritate manēte minima pōt aliquis resistere q̄telibet tētatiōi:sed nō de facili. Secūa dicit q nullo modo. Sed prima magis placet nobis.qm dr in cantico deut. Dei perfecta sūt opera:q quecūq deus armat pfecte armat. Virtutes aūt nō dantur tantū ad informandū aīam q̄tulecunq sint:sed etiā ad armandū cōtra oēs tētationes: q q̄tulecūq sint sufficiūt ad resistēdū q̄te.tētatiōi.

Ad scām.

per hoc ad tertium.

Ad ārtum

Alr pōt dici

Ad vltimū

¶Qua resurrectione aliqs resurgit a peccato per caritatem. Capi.iiij.

SEquitur de temporibus ieiuniorū. vnde notandū est q̄ecclesia ieiunat in q̄dragesima multiplici ratione. ¶ Primo vt soluat decimā tēporis. qm̄ xxx. et vi. dies qui sunt ieiunales in sex septiānis ante pascha sunt decima totius ān. i. trecentor et lxvi. diex quinq; dies residui non habēt decimā. ieiunam⁹ etiā vt purificati et mundati possim⁹ celebrare paschā. ieiunamus etiā in tempore illo in quo renouanť creature. vt erubescat homo si nō renoueť exuendovetерem hoiem et induēdo nouū cū cctere creature renouentur. quatuor aūt dies qui sunt ante sex septiānas illas non sūt de essentia decie. sed ieiunamus illos p̄parando nos ad digne ieiunādū et digne reddēdo decimā. ieiunamus etiā illos vt dies ieiunabiles simul fiāt quadraginta ad imitationē christi qui ieiunauit quadraginta dieb⁹. ieiunauit enī hoc numero dierū duplici ratione. ¶ Prima est vt nos doceret ieiunare et penitentiā facere scōm doctrinā decalogi et cuāgelij quaternarius ad euangeliū ptinet. denari⁹ ad decalogū et quaď decem sunt xl. Alia etiā ratione ieiunauit xl. diebus vt doceret nos per ieiunū deo acceptū obtinere remissionē pctōrū partes enī quadragenarij. i. aliquote simul sūpte faciūt. l. et p quinq̄ginta significatur remissio pctōr. quoniā quiquagesim⁹ ānus est iubileus. i. remissiu⁹. qm̄ tunc remittebantur debita tunc liberi fiebant serui tunc quilibet redibat ad possessionē p̄priā per quod significať remissio peccatorū et liberatio spūalis. Sed videť q̄ in die parasceue non esset ieiunandū. dicit enī apostolus michi aūt absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu christi: ḡ gloriādum est in cruce domini. similiter gloriādū est in die crucis dñi: ergo gaudēdum non ieiunandum ieiunio meroris. Itē celebramus cū gaudio nō ieiunādo passionē beati petri et aliorū sanctorū. multofortі⁹ debemus celebrare diē passionis dñi cū gaudio nō ieiunādo. Solutio. nos ieiunam⁹ in die parasceue. qm̄ tūc dñs ieiunauit et sittuit. vnde dicit Sitio. sitiebat enī salutē nostrā nec comedit in illo die nisi vnicū latronē quē sibi īcorpauit iuxta illō apli. Michi absit. ꝛc. sic ē itelligēdū. michi absit gloriari nisi in dilectiōe quā nobis exhibuit et ostendit patiēdo p̄ro nobis. Ad secundū dicimus q̄ nō est simile de passione petri ꝛ passione dñi. quoniā petrus passus est p̄prie p̄ro se. vñ crucifixus est vultu verso in celū. ac si diceret ego patior p̄ro regno celi vt illud habeā. christus vero passus est p̄ro nobis nō p̄ro se. vnde crucifixus est vultu ꝟso in terrā. ac si diceret p̄ro peccatorib⁹ patior. ꝛ qz in illa die maxime apparuit quantitas nostri pcti p̄ro quo filiū dei oportuit pati. ideo in illa die ieiunamus artius q̄ in alijs dieb⁹. ieiunam⁹ autē in alijs temporibus. sicut in quatuor tēporibus. instituit enī ecclesia ieiunia quatuor temporū p̄ro primicijs in qualibz parte ān istituit tres dies ieiunari vt ieiunat q̄ oīne ieiunū nostrū in fide trinitatis est faciendū. qm̄ aliter non placet deo. quoniā sine fide impossibile est placere deo. in ieiunijs quatuor temporū non est ieiunium exultationis nisi in vno solo tempore ad ieiunādum q̄ pauci ieiunant ieiunio exultationis. fit aūt illud ieiunū in septimana penthecostes: tunc enī acceperūt apostoli spiritū sanctum: et confirmati sunt a spiritu sancto. illi ergo qui confirmati sunt a spiritu sancto et qui vix possunt separari a caritate christi: possūt ieiunare ieiunio exultationis. ideo in illis ieiunijs cantatur canticū exultationis. s. alla. qđ non fit in alijs diebus ieiuniorū. ieiunamus etiā in vigilijs quorūdam sanctorū excellentiū duplici ratione. ¶ Prima est vt imitemur eos crucifigēdo carnē nr̄az cū vicijs ꝛ cō cupiscētijs sicut ipsi crucifixerūt. Secūda ē vt meli⁹ et dignius celebremus festa eorū: qm̄ caro bene nutrita impedit festiuitates dei et sanctorum. Sed obicitur in veteri lege ante incarnationē dies precedebāt noctē: qz homo cecidit a statu glorie in statū culpe. i tempore gratie nox precedit diē quia homo redijt a statu culpe in statum gratie. Unde apo. ¶ Nox precessit ꝛc. sed nos sumus in tempore gratie: ergo quādo ieiunamus debemus in ieiunio nostro abstinere ī nocte precedēte et die sequēte: sic aūt non facim⁹ imo econuerso abstinemus in die et nocte sequente. Solutio. Solutio. quādo ieiunamus repr̄esentamus statū veterē et ideo dies precedit noctem: sicut econuerso in veteri testamento iudei repr̄esentabant statum gratie in solennitatibus suis habebant enim solēnem noctē precedentem et diem sequentem.

¶ Utrū electuaria soluant ieiunū.
¶ Quinta questio huius capituli.

QUeritur circa soluētia ieiunū. querit vtrū electuaria soluant ieiunū. videtur q̄ nō: qm̄ medicina sunt: et facta p̄ro medicina. ergo nō soluūt ieiunium. ¶ Contra. confortatiua sunt ꝛ auferūt penalitatem ieiunij. ergo soluūt ieiunū. Solutio. quedaz electuaria sūt que non confortāt: et illa nō soluūt ieiunium: quedā confortant et illa soluunt ieiunium si causa confortatiōis sumātur et nō tātum causa medicine. Sed si tantū causa medicine sumuntur et causa necessitatis. ¶ Dicebat prepositiu⁹ q̄ soluunt ieiuniaz quantū ad essentiā ieiunij: sed non quantum ad meritū. Sed videtur q̄ etiā soluāt quātū ad meritū: quoniam faciunt ieiunū non penale vel min⁹ penale. ergo minus satisfactorū: ꝛ ita minus meritorū remissionis pene et hoc bene concedim⁹: tñ nō soluūt ipsū quātū ad meritū vite eterne. ¶ De vino similiter queritur vtrū soluat ieiunū. videtur q̄ sic. Est enī cibus et potus: ḡ eque soluit ieiunū: si sum⁹ post prandiū sicut ante. Solutio. si ante sumť soluit ieiunium si post non soluit: qm̄ necessartū est post comestionem bibere. qm̄ potus ē sequela cibi et ducit cibū ad mēbra et iuuat digestionē: et ideo sustinet ecclesia bibere vinū post comestionē absq; solutione ieiunij. aqua vero siue ante siue post bibatur nō soluit ieiunū: qz tñ potus est. que aūt soluūt ieiunū notantur in hoc versu. ¶ Pre propere laute nimis ardenter studiose. pre propere: sicut si aliquis comedit in. xl. ante maorem missam soluit ieiunū: nisi excuset eū necessitas probabilis. laute: qm̄ nimis delicata cibaria facit sibi parari: tunc soluit ieiunū. nimis. qm̄ ad superfluitatem comedit. ardenter qm̄ nim⁹ est appetitus. studiose. qm̄ exquisitas querit salsas: et huiusmodi istis quinq; modis soluitur ieiunū. Sed querit cū multi pisces sint eque delicati vel magis q̄ carnes: cur p̄misit ecclesia generaliter esum piscū et generaliť p̄hibuit esum carnium. Solutio. p̄ro peccato ade non

Ieiunū q̄dragesim̄.

Tribus de causis ieiunamus illo tempore.

q̄re xp̄s ieiunauit.

Remissio q̄ fiebat in iubileo.

Aī primo.

Secundo.

Solutio.

ad illō apli

Ad scōm.

Nota.

De ieiunio q̄tuor tēporum.

Aī q̄ non.

In oppm

Solutio.

Opio p̄po sittui.

ꝑ hāc aī.

Solutō do ctoris.

q̄o incidēs

Aī q̄ sic.

Solutio.

Nota pran dij in q̄dragesima.

Alia q̄o incidens.

Solutio.

fuit aqua maledicta.ꝛ ideo nō ꝓhibeꝫ esus piscīū qui viuunt in aqua.sed terra fuit maledicta.et ꝓpꝫ hoc ꝓhibetur generaliter esus carniū aialiū queviuunt in terra.et ꝓbaꝫ alia ratione qm̄ pisces sunt frigidi generaliter. nec bene nutriūt nec incitant carnē ad libidinē. sed tot possent adiūgi piperate ꝙ equipollerent carnibus et sic posset solui rationium.

Alia rō.

¶De continentia.
¶Sextum capitulum.

DIcto de abstinentia dicendū est de cōtinentia q̄ similiter est abstinentia a coitu illicito.Est autē triplex cōtinentia.cōiugalis.vidualis.virginalis.Cōtinentia cōiugalis est abstinētia ab omni coitu illicito.vidualis cōtinētia est abstinētia ab omī coitu post fractionē corporis. virginalis cōtinētia est abstinētia ab omni coitu cū integritate carnis.Sed queriꝫ vtrū coire moderate.s.cū debitis circūstantijs sit motꝰ cōtinentie cōiugalis.Nō videt qꝛ eadē virtꝰ que in ꝓiugibꝰ moderat abstinētiā a coitu moderatā coitū:ꝙ etiusdē ꝛ̄tutis sūt abstinere a coitu q̄n abstinēdū.ꝛ sic de alijs circūstātijs.ſz abstinere q̄n abstinēdū ē a coitu est motꝰ cōtinētie cōiugalis: ergo coire moderate est motus ꝓtinētie ꝓiugalis.Cōtra.tale coire est reddere debitū.sed oīe reddere vnicuiq; qđ suū est est ꝓprius motus iusticie.sed reddere debitū vxori ē reddere et qđ suū est:ꝙ reddere debitū vxori est ꝓprius motus iusticie nō ergo ꝓtinētie.Solutio.sicut dictū est supra ꝙ comedere tēperate motus est abstinentie.ita dicimus hic ꝙ coire tēperate siue moderate motus est cōtinētie cōiugalis. et sicut dictū est supra nō est incōueniens eūdē esse motū duarū virtutū vnius vt elicientis alterius vt imperantis.vnde dicimus ꝙ coire moderate est cōtinentie cōiugalis vt elicientis:iusticie verovt imperantis.ꝓprie autē dicit motus aliquis meritorius illius virtutis esse q̄ ipm elicit.vnde coire moderate ꝓprie motus est cōtinētie nō iusticie. vnde hec est falsa. omne reddere vnicuiq; qđ suū est.est ꝓprius motus iusticie nisi fiat vis in appellatiōe.coire moderate scōm ꝙ ꝛ reddere debitū nomen habet a iusticia imperante non a iusticia eliciente.vnde ꝓpter hoc magis videtur esse iusticie vnde hec exceptio. quecūq; obiecta sunt supra de comedere temperate possūt hic obiici de coitu moderato.et propter hoc ad ꝓsens supersedemus.

Triplex cōtinentia

ꝓma q̄o huiꝰ capli.
Ad ꝙ sic.

In oppm

Solutio.

¶De virginitate.
¶Prima questio q̄ est scda huius capituli.

SEquitur vt dicaꝫ de virginitate et primovtrum virginitas sit virtus.scō de fructu ipsius. tertiovtrū fructus cētesimus sit duplex premiū.quarto vtrū corrupte per violentiā debetur aureola. quīto de hac auctoritate hieronimi. Cū deꝰ possit omia nō potest de corrupta facere incorruptā.sexto de hac auctoritate apostoli in ꝑma epla ad corī.vij.volo oīes esse sicut meipsū.septimo ꝙ temperantia in oībus sensibus debet obseruari.

Ad primo.

QRobatur ꝙ virginitas sit ꝛ̄tus.sic:illi siue eius motui debeꝫ fructus centesimus et sic p̄miū cētesimū. sed non debeꝫ p̄miū centesimū nisi virtuti vl motui ꝛ̄tutis:ꝙ virginitas est ꝛ̄tus vel motus virtutis et constat ꝙ nō est motus virtutis:ergo est virtꝰ. Cōtra.augustinus dꝛ et si cōtinentia in cōiugio nō seruetur de damnatione nō timeꝫ:ergo licet non seruetur continētia in cōiugio:tm̄ nō peccatur.aꝫ sine cōtinentia coniuges saluari possunt: ergo continentia nō est virtus:ergo nec virginitas.est enī virginitas sub cōtinentia.Item apo.in prima epistola ad corī.vij.Si virgo nubat non peccat.sit ergo ꝙ nubat et cognoscatur a viro suo:et sit ita ꝙ non peccauerit. inde sic. Quācunq; virtutē habuit ista habet modo: sed ꝓꝰ habuit virginitatem.ergo et modo habet eā: sed cōstat hoc esse falsum cū prius eēt virgo et modo non sit.ergo virginitas non est virtus. Item. habet vnā virtutem.s.caritatē.sit ita:et tm̄ cognita ē a viro suo. ergo habet oēs virtutes:sed non habet virginitatē ergo virginitas non est virtus.Item.omēs virtutes sui ꝑpares.ꝙ crescente vna crescunt oēs alie: crescat ergo caritas in hac:ꝙ virginitas crescit.ꝙ ista habet maiorem virginitatem q̄ prius:et hoc falsū. Solutio.hoc nomē virginitas multipliciter dꝛ. quādoq; dꝛ mundicia corporis siue integritas carnis:secundū ꝙ dicitur fatue virgines non sūpserunt oleū.et dicūtur fatue virgines que seruant integritatem carnis propter inanē gloriā vel propter aliqđ lucrū temporale.quādoq; dicitur virginitas oīmoda cōtinētia siue corporis siue mentis secundū qđ dicit apostolus Despondi vos vni viro virginē castam exhibere cristo.hoc modo ecclesia est virgo que parit deo filios spiritualiter:et tm̄ manet virgo post partum ad similitudinē beate marie.Tertio mō dꝛ virginitas omni moda abstinentia coitus cum integritate carnis ꝛ sic est virtus et ē idem qđ cōtinētia:sed importat qđdā accidens.s.integritatem carnis que non ē de essētia virtutis:tm̄ ē accidentalis perfectio virginitatis secūdum ꝙ virginitas.Similiter cōtinētia q̄nq; dꝛ oīmoda abstinētia a coitu ꝛ sic ē virtus:iportat tm̄ qđdā accidens quod nō est de essētia virtutis.s.vniuersalitatem q̄ importatur ꝑ hāc dictionē oīmoda quevniuersalitas nō est de essētia virtutis et gratia illius accidētis.dicit augu.Cōtinētia nō seruari in opere cōugali:tm̄ ipsa essentia virtutis.sed destruit accidēs.s.integritas carnis.Et sic patet solutio ad primum. Ad secundū dicimus ꝙ hec argumentatio nō valet. Quācūq; virtutem habuit ꝛc.Dicitur enī amittere virginitatem nō quo ad essentiā:sed quo ad accidēs et est fallatia ex mutatione p̄dicati: vel etiā fallatia accidētis. Instātia.mucalus musicꝰ corrūpitur et nullꝰ hō corrumpitur:ꝙ mu.musi.nō est homo.Ad tertiū dicimus ꝙ hec argumētatio nō valet. Hec mulier habz oēs virtutes:intellige ī specie. ergo habet virginitatem.fallatia accidētis propter accidēs qđ importat hoc nomē virginitas. Ad vltimū dicimus ꝙ hec argumentatio nō valet. virginitas crescit ī ista:ergo hec est magis virgo ꝙ prius:qm̄ in prima hoc verbū crescit importat crementū quo ad essentiam. in conclusione hec dictio magis significat intensionē respectu integritatis corporis que non potest intendi vel remitti:etiam secundum ꝙ est in subiecto.vñ potest nullo modo vere dici.hec est magis ītegra ꝙ illa.

In oppm

Ad ꝙm sic.

Ad primum.

Ad scōm

Falla figure dictiōis vel accidēt

Ad tertiū.

Ad vltimū

¶De fructu virginitatis.
¶Secunda questio huius capituli.

QUeritur de fruciu virginitatis.Sed prius notandū est ꝙ triplex distinguitur:fructꝰ.s. tricesimus qui est coniugatorū quibus sufficit īplere opera decalogi in fide trinitatis: tricesimus enī numerꝰ fit ex terciano ducto in denarū. secūdus ē sexagesi-

triplex fructus.

mus qui est viduarū q̄re dñt hꝰ opa perfectiōis.q̄m et si licet cōiugatis thesaurizare.propter filios tamē illud nō licz viduis.ꝛ multa huiusmodi habem⁹.aut fit ex senario ducto in denariū.senarius autē pfectionem significat.qz deus impleuit opus suū sex diebus ꝛ septima requieuit.Itē centesimus fruct⁹ q̄ ē fruct⁹ virginū predicatorū martyrū qui debēt habere maiorem perfectionē.ꝛ ob hoc assignat eis cētesimus qui transit ad dexterā a leua.Et nota q̄ virginibus debetur centesimus fruct⁹.q̄m ✠gines angelicā vitā hñt que significat per cētenariū.Primo ergo sic obiicit demonstret aliqua que nupsit ✠go et est cognita viro nec amisit caritatē quā prius habuit:sed tantam habet vel ampliorē.inde sic.quantācūq̄ caritatē habuit prius habet modo.ergo quātūcūq̄ premiū pius debebatur ei debetur et modo.sed prius debebatur ei fructus centesimus:ergo ꝛ modo.Cōtra.Conugata est:ergo nō debetur ei nisi tricesimus.Itē augustin⁹ dicit q̄ celibatus iohānis nō pfertur cōiugio abrahe ergo nec premiū premio:ergo nec fructus fructui.sz celibatui iohannis debet fructus centesimus:ergo ꝛ cōiugio abrahe.Solutio.Ad primū dicim⁹ q̄ nō valet hec argumentatio.quantūcūq̄ fructus prius debebatur huic ꝛ modo.secundū q̄ ipoꝛtat per hūc terminū eius fructus.q̄m supra essentiam premij addit quēdā decorē qui debet solis virginibus p̄dicatoribus martyribus.Ad aliud dicimus q̄ non valet hec argumentatio:celibatus iohānis.ꝛc.Itē queriꝫ vtr virgini que nupsit:sed nōdū est cognita a viro q̄ debet fructus centesimus.videt q̄ nō.quoniā ipsa est coniugata:ergo ei debet tricesim⁹ fructus:nō ergo centesimus.Itē nichil est meritorū nisi volūtariū:ergo cū ista velit coire nō habet virginitatē voluntariā.et ista nō meretur fructū cētesimū cū sit adulta:ergo nō debetur ei fructus centesimus.Ad hoc dicūt quidā q̄ fructus centesimus nō debetur alicui virgini nisi tantū illi qui vouit virginitatē quales sūt sanctimoniales.Contra.in apocalipsi dicit de innocentib⁹.hȳ sunt qui cū mulieribus nō sunt coinquinati.virgines enim sunt ꝛ sequuntur agnū quocūq̄ ierit.qđ ꝓpriū est virginū.hoc est enī expressissime imitari ipsū.sz talibus qui expressissime imitant ipm debetur virginitatis fruct⁹.s.cētesimus:ꝯ innocentes habent fructū centesimū nec tamē emiserunt votū virginitatis :ꝯ votū virginitatis nō exigit ad hoc vt debeat fructus centesimus.Alij dicūt q̄ virgini que nupsit et nondū est cognita nō debetur fructus centesimus.quia proposuit se cognituram virū.sed eadē ratione nulli virgini siue sit in ✠iugio siue non.dūmō se cognituram virū proponat:debet fruct⁹ centesim⁹.Nobis videt q̄ si talis sit virgo que propria voluntate sine coactione aliqua parentū nupsit vel nubere proponat cū tā secundū huiusmōi ꝓpositū preponat cōtinentiā ✠iugalem virginali talis habenda est pro conugata nec est virgo verissime.vnde tali nō debet fructus cētesim⁹ Nec valet hec argumētatio.est ✠go mente et corpore:ergo ei debetur fructus centesimus.ꝛ est ibi fallꝫ cōsequētis.quoniā esse virginē mente et corpore supertus est ad esse dignū fructu cētesimo.vel se habēt vt excedentia ꝛ excessa.sed si esset ✠go oībus modis bene sequeret.si autē sit talis virgo que sit in caritate et nullo modo proponat se cognituram virū aut si nupsit coacta nupsit ꝛ quasi inuita:talis quātū in se ē in statu virginū est et ei debetur fructus centesimus.

Af primo.

In oppm Scdo p augustinū āte oppositū.

Solutō ad primum.

Ad aliud.

Af q̄ non.

Secundo.

Opinio aliquorum.

ꝯ hanc af.

Alia opio.

ꝯ hāc af.

Opinio dōctoris.

Ad primū

Falla ꝯntis

quoniā inuita est in statu cōiugatorū.et per hoc patz solutio ad obiecta. Ad rōnes.

Vtrū fructus virginitatis sit duplex p̄miū.

Tertia questio huius capituli.

Queritur vtrū fructus centesim⁹ sit duplex premiū.videtur q̄ sic:q̄m dicitur ī fine canti.Attr affert pro fructu eius mille argenteos.i. aliquis virtuliter agēs habet pro fructu eius.s.vinee mille argē.i. perfectum p̄miū:q̄m millenarius est numerus perfectionis.Et paulopost dr.et ducēti his qui custodiūt fructum eius.s.vinee.s.predicatores habebūt perfectum p̄miū duplicatum.centenarius enī numer⁹ est perfectionis sicut millenari⁹.Predicatores igit qui custodiunt fructus vinee habebunt duplex premiuz et ita duo premia et equalia.qz centū et centū equalia sūt.Si predicatoribus debentur duo premia ꝛ nō debetur eis nisi fructus centesimus:ergo fruct⁹ centesimus est duplex premiū vel duo premia:et ita virginibus debentur duo premia.Et dicendū videtur p illud.exod.Precepit enī dñs in mēsa fieri quādam coronā aureā ī terra:ꝛ sup ipsā aliā coronā aureolā que dicitur aureola:qz minor erat q̄ inferior que dr aurea.significat vero aurea premiū illud qđ debetur simplicibus fidelibus qui non habuerunt in vita ista prerogatiuā operum.erat aūt ī terra aurea ad seruiendū diuersitatē meritorū.Aureola vero significat premiū quod debetur fidelibus qui habuerunt ī vita ista prerogatiuā operū.s.martyrij vel predicationis vel virginitatis.ꝛ dicitur aureola diminutiue nō quia sit minus in essentia q̄ istud p̄miū quod significatur p aureā:sed q̄m paucorū est.q̄m pauci sunt qui habent prerogatiuā operū.igitur cū aurea ꝛ aureola sint diuerse corone:ergo sunt diuersa premia. Sed virginibus debetur tam aurea q̄ aureola:ꝯ diuersa premia.et sic centesim⁹ fructus qui debet virginibus est duo premia.Hoc etiā videt per hoc qđ ecclesia cantat de iohāne baptista.trina centeno cumulata fructu te sacer ornant.q̄m fuit virgo/martyr/predicator.si trina serta:ꝯ tres corone et sic diuersa premia.Si conceditur.Contra.sit aliquis simplex fidelis qui non habet prerogatiuā operū:et sit aliqs virgo equalem habens castitatē cū illo simplici:et decedant illi in equali castitate.inde sic.vtrūq̄ p̄miatur p̄mio quod est aurea.et preterea virgo premiatur aureola quod est equale vel maius aurea:ergo virgo magis premiatur q̄ ille qui nō fuit virgo.Hoc etiam videtur qđ dicit in leuitico:q̄ cētesimus fruct⁹ ē maior.lx.et virgo premiatur centesimo alius nō.ꝯ magis premiatur q̄ alius.Item.fulgebūt iusti sicut sol Sed maior est claritas solis q̄ lune et aliarū stellarū Claritatē vero solis habebunt qui prerogatiuā operum habuerunt.ꝯ maiorē claritatem habet virgo q̄ alius qui non fuit virgo.ergo magis premiat.Contra.in equali caritate decesserunt.ergo equaliter premiantur.Ad hoc dicunt q̄dā q̄ hec argumentatio nō valet.vterq̄ premiatur aurea:et insup virgo premiatur aureola que est equalis auree vl maior.ergo magis premiatur virgo q̄ alius:q̄m non est magis beatus illis duobus premijs q̄ altero illorū tm̄:sicut ille non est magis bonus duabus virtutib⁹ equalib⁹ q̄ altera illarū tm̄ Sed contra.illud premiū quod virgo habet preter aureā est aliquod gaudiū aut in deo aut in alia re.Si in deo:ergo ē substantiale premiū.

Af q̄ sic.

Cōfirmat.

Cōfirmat secundo.

Scdo p̄ncipaliter.

In oppm

Secundo.

Tertio.

Opinio aliquorum.

ꝯ hāc af.

et ita idē ē q̄ aurea. Si ī alia re.g̃ nō eq̃le auree:g̃ in ifinitū min⁹.aliter esset ibi pcñ mortale.qñ in ifinitū magis ē gaudiū deo siue in deo q̄ in alia re.tḡ nulla est illa solutio.qō concedimus. Unde dicimus q̄ centesimus fructus. vnde premiū est in essentia.s.in aureola.ꝛ in aurea supponit p̄miū subāle.sz cū q̄dā accidente.s.cū quodā signo quod erit in corpore eoꝝ qui habuerūt prerogatiuā operū ꝛ gaudiū de illo accidēte improportionabile gaudio de substātiali premio. qñ se habet ad illud sicut punctus ad lineā ꝛ superficiem.ꝛ ꝓpter hoc nō accidit q̄ virgo magis premiat̄ q̄ non virgo qui decessit in equali castitate. Ad illud quod ꝺr q̄ centesimus fructus est maior lx. Dicimus q̄ verū est q̄tū ad dignitatē: qz semp dignior est q̄tū ad statum: sed non est semp melior. sed in pluribus. Similiter cū ꝺr maior est claritas solis q̄ lune. verū est vt in pluribus.sed non est verū intelligēdo hoc secundū significatū.ad litterā aūt verū est. Qō aūt obicitur q̄ btūs iohannes baptista habet tres coronas. Intelligendū est sic. Coronatur pro trib⁹.ꝛ sic de cō similibus auctoritatibus. Item dicit augu. q̄ status celibū siue virginū melior est q̄ status continētium. Sed contra. Virgines ꝛ continētes se habentvt excedentia ꝛ excessa.qō patet:qz celibat⁹ iohānis nō prefertur coniugio abrahe:ergo aliquis cōtinēs est melior aliquo virgine.ꝛ ecōuerso. ergo vnus status nō est melior altero. Ad hoc dicūt quidā q̄ status virginum melior est.i.dignior. Sed contra. Decedant in pari caritate duo.vnus sit continens:alius virgo.cōstat q̄ equalia premia habēt q̄tum ad illud gaudiū quod est de fruitōne dei:ergo eque sūt beati.quoniā illud gaudiū quod habet virgo de illo signo ꝓ quod cognoscitur esse virgo improportionabile est premio substantiali.vt patet per predicta:ergo per illud non elicitur virgo magis beatus. ergo cū sunt eque beati sūt eque digni: ergo non est verū q̄ status virginum sit dignior. Alij dicunt q̄ status virginum melior est id est similior deo.id est per eum magis assimilamur deo.sed eodē modo potest improbari. Alij dicūt q̄ status virginū melior est in genere q̄ status continentium.qz optimū in statu virginū meli⁹ est optimo in statu continentiū. Unde virgo simpliciter melior est continente. sicut si optimus equus optimo asino melior.equus simpliciter asino est melior. Sed falsa videtur esse ratio quā assignant:qz non est necessarium q̄ optimus virgo sit melior optimo continente.quia si celibat⁹ iohānis nō preferet cōiugio abrahe. ꝯ abraham fuit vel potuit esse eque bonus vt iohānes. Sz nullus est adeo bonus in hac vita quin possit fieri melior. Potuit ergo abraham melior fieri quocūq̄ virgine.ꝛ sic optimus cōtinens potest esse melior optimo virgine. Solutio. Dicimus cū augustino q̄ status virginū melior est proprie loquendo q̄ status cōtinentiū alijs paribus. quoniam coniugatus est quodāmodo diuisus.ꝛ quandoq̄ cogitat q̄ dei sunt quādoq̄ que sunt mundi. Sed virgo in q̄tumvirgo magis est intentus ad ea que dei sunt.vnde plura opera meritoria facit ꝛ sepius q̄ cōiugatus.ꝛ sic auget de⁹ in eo caritatem. Unde omnibus alijs paribus exemptis hijs que ad status pertinent aut semp aut in pluribus maiorem caritatem habet virgo q̄ continens. et ideo melior est. Et sic ad litteram. status virginū melior est q̄ status continentium. nō potest plenius dici q̄ per hunc comparatiuū melior.

Solutō doctoris.

Ad rōnem

Ad aliud.

Ad aliud.

ꝯ dictū augustini.

Opinio aliquorum.

ꝯ hanc aī.

Alia opiō.

ꝯ hāc sicut prius.

tertia opio

ꝯ hanc aī.

Solutio.

De aureola et vtrū per solā violentiā debetur corrupte.

Quarta questio huiꝰ capit̄.

Postea queritur vtrū corrupte per solā violētiam debetur aureola.videtur q̄ sic.quoniā augustinus dicit q̄ non potest corrūpi corpus nisi prius corruptus fuerit animꝰ. sed in ista nō fuit corruptus animus:ergo nec corpus. est igitur integra mente ꝛ corpore:ergo virgo vel pro virgine est habēda:ergo aureola debetur ei. Item. beata lucia dicit. si inuitam me violaueris castitas duplicabit̄ michi ad coronā:ꝯ si violata fuisset multe adhuc deberet ei duplex.et sic tā aurea q̄ aureola deberet ei:ꝯ corrupte p̄ solā violentiā debet aureola. Itē. ābrosiꝰ ꝺt q̄ nullꝰ meret eo q̄ inuitꝰ agit:ꝯ eadē ratione nullꝰ demeretur eo q̄ inuitus agit. qñ oē meritū et demeritū cōsistit in voluntate.ergo ista que per solā violentiā corrūpit̄ a nullo merito cadit:ꝯ quicquid debebatur ei prius et modo:sed prius debebatur ei aureola.ergo ꝛ mō Contra.corrupta est corpore: ꝯ non est virgo. ergo ei non debetur aureola. Item.dicit teronimꝰ.q̄ ille que corrupte sūt:non audeant se sacris virginib⁹ cōparare.nec audeant consecrari. non sunt igitur tanti meriti corrupte:quāti sunt nō corrupte.ꝛ sic videtur q̄ non debebatur eis aureola:quātū enī ad aliud premiū non possūt esse equalis meriti. Solutio. nobis videtur q̄ si per solā violentiā corrūpitur aliqua ꝛ nullomodo consensit inter veras virgines habenda est quantū vnde ei debetur aureola.dicit enim augusti. q̄ cū quedā obstetrix vellet tentare de virgine an eēt virgo corrupit illā manu:tū illa nō amisit propt̄ hoc meritum virginitatis. Similiter dicimus si corrūpit̄ aliqua:vel dormiendo vel alio modo:dū modo non consentiat.non amittit meritū virginitatis:nec valet est corrupta carne.ergo non debetur ei aureola. qñ corruptio corporalis cui non est adiuncta corruptio spiritualis non destruit meritū virginitatis.sed corruptio corporis cū consēsu:meritū virginitatis destruit.ꝛ de tali corruptione loquitur augustinus. Ad auctoritatē ieronimi dicimus.q̄ corrupte per consēsuz propriū non audent se cōparare sacris virginibus:et de talibus loquitur ieronimus.consiliū est etiā vt ille que per solā violentiā corrupte sunt: non audeant ꝛ c.qz dubitare possunt probaliter an consenserit aliquo modo:et tales non debent consecrari nisi certuz esset q̄ nullo modo consenserint. Sed cū hoīes corrupti possunt consecrari.fiunt enim sacerdotes ꝛ epi quare similiter mulieres corrupte non possunt consecrari. Ad hoc dicimus q̄ neq̄ sacerdos neq̄ epūs est verus sponsus ecclesie.s.christi. vñ ipse dicit. Nō sū ego sponsus:sed amicus sponsi.quia sacerdos nō baptizat:nisi tñ mīstrādo.sed christus baptizat qui aīaz mūdat:illa vero que consecratur debet eē vera sponsa christi:et ideo oportet q̄ sit virgo. Sed obicitur iterū de hac aucto. Si inuitā me violauer[ca.du.michi ad c.sit q̄ violetur inuita:ꝯ castitas duplicatur ei ad coronā:ꝯ magis meret castitate q̄ prius.ꝯ modo meretur motu castitatis. Cōtra.corrūpit̄ corruptōne destruente castitatē. ꝯ nō mouetur motu castitatis. qō concedunt quidā dicentes q̄ tunc motu pacientie mouetur. Contra. In pacientia sunt duo.s.voluntas patiendi ꝛ ipa passio: ergo si mouetur motu pacien-

Tertio per ambrosiū.

In oppm

Secūdo p ieronimū.

Solutio.

Augustinꝰ

per hoc ad augustinū.

Ad ieronimum.

ꝯ dicta aī.

Solutio.

Iterū aī.

In oppm

Opinio aliquorum.

ꝯ hanc aī.

tie vult pati passionē siue sustinere. ⁊ hoc falsum: qm̄ inuita violatur. ⁊ ita patitur inuita. Propter hoc dixerunt quidā q̄ motu fortitudinis mouetur tūc. qm̄ fortitudo est in sustinēdis aduersis. Sed cōtra. Quelibet virtus consistit in medio: mediū autem respicit duo extrema: vnde quelibet virt⁹ respicit alio modo duo extrema. vnde sicut largitas dat quando dandū est/ ⁊ nō dat quando nō dandū est: sic patiētia sustinet qm̄ sustinendū est/ ⁊ rebellat vel resistit qm̄ resistendū est. actiua debet esse quelibet virtus. ⁊ ita patientia debet esse actiua: non tantū passiua. Quis ergo lucia inuita patiatur ⁊ resistat q̄tū potest hmōi corruptōi: nichilominus motu patientie moueꝛ. Qd̄ p̄cedit⁹. quelibet enī virtus habet propriū amorē et propriū odiū ⁊ delectatur in sibi cōuenienti: ⁊ contristatur in disconuenienti ⁊ et resistit q̄tum potest. vnde aristo. in ethy. In vnaquaq; virtute sunt propria bona et delectabilia. Motu igitur patientie posset lucia resistere si inuita corrūperetur. Coitus enī nō est tale quid q̄ si sustineatur promoueat hoīem ad melioꝛa. vnde patientia debet ibi resistere. Si contumelie ⁊ verbera sustineātur promouent hoīem ad melioꝛa. vñ non est opus resistētie in hmōi. Ad primo obiectū dicim⁹ q̄ lucia non volebat passionē illā simplr: sed volebat eam anteq̄ negaret fidem: et poterat esse q̄ simul. i. in eodē paruo tempoꝛe moueꝛet motu fidei ⁊ patiētie et motu castitatis. ⁊ si diceretur q̄ simul. i. in eodē instanti moueretur diuersis motibus scōm diuersas vires aīe. non posset hoc improbari: cū videam⁹ simile in motibus corporalibus. Item. queritur cui prope debetur aureola: an virginitati virtuti an motui eius. Si virtuti: ergo ei que est in coniugio que nōdū coiuit sed proponit coire: cum sit integra mente et corpoꝛe debeꝛ aureola. et hoc falsū. Si motui ei⁹. Cōtra. Sit q̄ aliqua virgo perueniat ad adultā etatem et mouetur primo motu fidei vel spei vel caritatis. ⁊ sic decedat. Ista nunq̄ mota fuit motu virginitatis: ergo ei non debetur aureola. qd̄ falsum. Si dicis q̄ ei debetur aureola: qꝛ parata fuit moueri motu virginitatis licet non fuerit mota: ergo eadem ratione huic scholari qui habet scientiam predicandi ⁊ paratus est predicare: licet non predicauerit debetur aureola. ⁊ hoc falsum. qm̄ nō est predicatoꝛ neq; martyr nec virgo: ergo ei nō debetur aureola. Solutio. Dicimus q̄ virginitati nullomodo degenerāti debetur aureola. qm̄ cum virginitas sit filia caritatis ⁊ caritas sp moueat surſū cū sit virt⁹ ignea: ꝛgitas nullo mō degenerās sp dꝫ appetere oīmodā mūditiā tam mētalē q̄ coꝛporalē. ⁊ sic patet q̄ virgo que est in cōiugio ⁊ appetit coire habet virginitatem alio modo degenerantem. vnde nō debetur ei aureola. Potest etiam dici q̄ motui virginitatis existenti in actu vel habitu debetur aureola. nec oportet propter hoc q̄ huic scholari qui habet scientiaꝫ predicādi debeatur aureola: quia multi sunt ita timidi vel remissi qui si mitterentur non reciperent libenter officiū predicationis. Sꝫ si aliquis scholaris habet scientiā ⁊ volūtatem promptissimā recipiendi officium predicandi ita q̄ nō deest nisi q̄ mittatur: tunc concedi potest q̄ ei debetur aureola.

Alia opio.

ꝓ hanc aꝝ.

Opinio doctoꝛis.

Ad primū

Alia q̄o incidens.

Arguitur.

Euasio.

ꝓ hoc aꝝ.

Solutio.

per hoc ad rōnem.

Alr̄ ꝑt dici

Nota.

re post coꝛruptionem. Contra hanc auctoꝛitatem sic obicitur. In resurrectōne integrabit penitus coꝛpus huius coꝛrupte: sed non erit maioꝛis potentie tūc q̄ modo: ergo modo potest eam integrare. ⁊ sic de coꝛrupta potest facere integram coꝛpoꝛe. ⁊ sic virginē. Item. coꝛruptam mente potest facere penitus integram mente. qd̄ probatur. quia dicit hieronymus super illud osee. Sponsabo te michi in sempiternum. Coniugiū hoīm de virgine facit coꝛruptam: sed coniugiū dei de coꝛrupta facit virginem. Cū igitur coꝛruptā mēte penit⁹ possit integrare. i. coꝛruptā coꝛpe pōt penit⁹ integrare ī coꝛpe. Ad hoc pōt solui dicēdo p̄o q̄ dn̄s nō pōt coꝛruptā coꝛpoꝛe integrare coꝛpe i. non significauit se posse. significauit autē se posse resuscitare moꝛtuos quia suscitauit aliquos: et se posse illuminare cecos: quia multos illuminauit. sed nō legitur q̄ coꝛruptā coꝛpoꝛe integrauit. Secundo modo potest dici q̄ coꝛruptā integrare potest de potentia: non de iusticia. sic potest dānare pe. de potētia: ſꝫ non de iusticia. qd̄ nō est consonū iusticie dei: vt huic que coꝛrupta est det aureolam. et sic patet soluto ad primū. Concedimus enī cōclusionē. Ad secundū dicimus q̄ de iusticia non potest deus integrare mente illā que coꝛrupta fuit mēte. sicut enī aliqua dignitas inerit virgini ex eo q̄ non fuit coꝛrupta coꝛpoꝛe: ita quedā dignitas inerit anime ex eo q̄ non fuit coꝛrupta naturaliter: et ad illā dignitatē siue ad statū illuz nō potest de iusticia de⁹ illā instituere. vnde ī amos. Non resurget virgo in israel. quoniā cū aīa resurgit a peccato: non resurgit virgo. i. in omnimoda integritate quā prius habuit. Quidā tamen exponūt predictam auctoꝛitatem sic. deus non potest facere de coꝛrupta virginez. i. non potest facere de coꝛrupta quin fuerit coꝛrupta. sed hoc dubiū est: quoniā gilbertus dicit in glosis super boecū de trinitate. q̄ de⁹ potest facere q̄ mundus nunq̄ fuerit. ⁊ quia dubiū est: aliis solutionibus adheremus.

ꝓ arguitur.

Secundo.

Opio p̄ma

Alr̄ ꝑt dici

per hoc ad primū.

Ad scōm.

Amos.

Expositio aliquoꝝ

¶ Utrum auctoꝛitas apostoli sit vera.

¶ Sexta questio huius capituli.

Queritur de auctoꝛitate apostoli: Volo oēs homines esse sicut meipsum. Videt q̄ apostol⁹ peccat moꝛtaliter hoc volendo. quoniam deus precepit creſcere et multiplicari: apostolus autē volebat oēs homines esse sicut se. i. virgines vel continentes perpetua continentia. volebat eī q̄ non creſceret vl multiplicaretur genus humanū. ergo volebat cōtra preceptū domini. ergo peccauit moꝛtaliter. Item. sciebat q̄ nondū erat finis mundi: ergo sciebat q̄ nōduz erat cōpletus numerus electoꝛū. et sciebat dominuz velle compleri numerū electoꝛum. ipse autē volebat non cōpleri numerū electoꝛū: cum vellet omnes esse continentes continentia perpetua. ergo volebat contrarium eius quod sciebat dn̄m velle. ergo peccauit moꝛtaliter. Solutio. ad preceptum dicimus q̄ preceptum de matrimonio nō fuit eternū: sed tempoꝛale. quoniam illa sola sūt eterna precepta ī quoꝝ ipletione seruat anima similitudinē dei. in matrimonio aūt non ē necessariū seruare similitudinē dei. tempoꝛale igit fuit preceptū de matrimonio. tunc enī fuit matrimoniū in precepto: quando necessarium erat genus humanum propagari: et per vniuersum mundū multiplicari ad preceptum dei. sed in tempoꝛe aposto li erat matrimonium ad remedium tantum: ⁊ modo

ꝓ dictū pauli aꝝ.

Secundo.

Solutio.

per hoc ad primū.

similiter. vnde apostolus non volebat contra preceptum dñi. ꝛ sic patet solutio ad primū. Ad scōm dicimus ꝙ apostolus nō volebat cōiūctim omēs hoīes esse virgines: sed diuisim. i. volebat istum per se virginem: ꝛ illum per se. ꝛ sic de alijs. sicut aliquis vult diuisim de quolibet canonico huius ecclesie ꝙ sit eps non tamē vult cōiūctim ꝙ quilibet sit eps. Sed probatur ꝙ apostolus volebat istud cōiūctim. quoniā melius est illū esse virginem ꝙ in matrimonio esse. similiter melius est istos duos esse virgines ꝙ esse in matrimonio. ꝛ sic de quolibet: ergo melius est omēs pariter acceptos esse virgines ꝙ aliquem esse in matrimonio. sed qō melius est magis est eligendū ꝛ magis volendū. ergo cū apostolus hoc sciret debebat magis velle omēs acceptos simul esse virgines ꝙ aliquē eē in matrimonio. ꝛ qō magis debebat velle magis volebat cū discretus esset: ergo volebat omēs hoies coniunctim esse virgines. Item. si aīma sola est in toto et qualibet parte. cū eadē sit ratio ī vna ꝛ in qualibet: ꝝ melius cum sit istū esse virginē ꝙ esse in matrimonio melius est omēs pariter acceptos esse virgines ꝙ esse in matrimonio. ꝛ inde vt prius. Item. si omēs essent virgines in tēpore apostoli forte cōplet⁹ esset numerus electoꝝ. et hoc erat dubiū apostolo. ergo cū dubia sint interpretanda in meliorem partem ꝛ melius esset omēs pariter acceptos esse virgines ꝙ esse in matrimonio. ꝛ magis debebat velle apostolus oēs pariter acceptos esse virgines: saltem in futuro. cum super hoc ignoret dei voluntatem. sicut si video aliquem summe indigentem debeo velle ipm esse summe indigentē in hoc instanti. cū sciam deum velle illō sed debeo velle ꝙ in futuro habeat vnde sustentetur cum super hoc ignorē volūtatē dei. Solutio. Melius est simpliciter omnes pariter acceptos esse virgines ꝙ aliquem esse in matrimonio: non tamen est magis eligendū vel magis volendū: quia non est magis fructuosū vel vtile reipublice ecclesie. vt in canti. Spōsa inuitat spōsum: veni dilecte mi egrediamur de cubili. cōmoremur in villis. mane surgamus in vineas. quasi dicat. surgamus ad opera actiue que sunt fructuosiora ꝙ opera contemplatiue. ꝛ sic patet solutio ad omnia obiecta.

Ad scōm.

Iterū aī.

Tertio.

Solutio.

Ad rōnes.

De vita contemplatiua et de temperantia.

POst hoc sciendum ꝙ contemplatiua nō tantum consistit in gustu et tactu: sed etiā in alijs sensibus. Cōtingit enim peccare per alios sensus. qō probatur. Dicit enim gregorius. Cum vox blanda queritur: vita sobria deseritur. ꝛ sic per auditum peccat. Item augustinus. Cuz cantus me delectat magis ꝙ res que cantatur: grauiter me peccasse cōfiteor. Item ysaias. Cithara ꝛ lyra ꝛ tympanū et tibia et vinum in conuiuijs vestris. ꝛ opus dñi nō respicitis nec opera manuū eius considerati. ergo peccatū est audire talia. Item in exodo. Cū dixisset iosue ad moysen. vlulatus pugne auditur in castris. Respondit moyses. Nō est clamor adhortātiū ad pugnā nec ꝙ vociferatio compellentiū ad fugā: sed vocē ludentiū ego audio quasi diceret. vocē peccātiū ego audio. ꝝ peccatū est in cantādo et in audiendo. Sed cōtra. Dauid citharizabat coram dño ꝛ psallebat. ꝛ hoc faciēdo merebat: ergo bonū est citharizare ꝛ audire sonū cithare: ergo nō est peccatū. Item. dauid ꝙ vocē cithare et psalterij excitabat in se spīm ꝓphetie. ꝛ hoc erat bonū: ꝝ bonū erat citharizare. ꝛ indevt prius. Item. bonū est videre pulchritudinē firmamēti ꝛ ceteraꝝ creaturaꝝ: vt per hoc miramur: cognoscam⁹ sapiētiā creatoris. ꝝ licitū est audire dulcē sonū cithare. vt per dulcedinem creature cognoscam⁹ dulcedinē creatoris: ꝝ audire talia non est peccatū. Nō cōcedimus si hac intentione audiamus. duplici enī de causa libet huiūsmodi instrumenta audire. Prima est. vt per dulcedinē soni consideremus dulcedinē dei: qui dulcedinē soni creauit. Scōa causa est. vt cōsolationē aliquā hmōi sonis habeamus ad fugiēdū tristiciā seculi ꝙ aliqn mortē aīe operatur: ꝛ ad fugiendū inhonestas ꝛ illicitas occupationes. Sola ergo volūtas ipropa delectādi in citharā cū consensu rationis reprehensibilis et vituperabilis in hmōi est. sicut patet in auctoritate gregoꝝ. et augu. Hoc etiā patet per ysa. dicentē. Cithara ꝛc. id est nō respicitis vosmetipos ad ꝙd facti estis. ꝛ opa manuū eiꝰ nō considerati. i. instrumēta quoꝝ sonos auditis nō considerati. nec per dulcedinē soni dulcedinē dei considerati. ꝛ hoc vobis culpabile est.

Tertio.

Solutio.

per hoc ad rōnes.

De iusticia. Capi. vij.

DIcto de tēperātia: dicēdū est de iusticia de qua hoc ordīe agemus. prīo de spēbꝰ eiꝰ. scōo vtrū omnis motus cuiuslibet virtutis sit motus iusticie. Misericordia. sicut dicit aug. iusticia est in subuentē do miseris. De opere ergo misericordie quod est elemosina: dicendum est primo. ergo videndū quid elemosina: que vtilitas eiꝰ. Secūdo. ī quo articulo omittit aliquis: si non dat elemosinā. Tertio. de electiōe elemosine. s. cui dāda sit elemosina. Quarto. de quā titate. s. quantū dandum sit Quinto. de ꝗbus potest fieri elemosina. Sexto. qualiter meretur dñs per elemosinā factā per manum serui. Elemosina potest sic describi. Elemosina est indigenti propter deū rei necessarie erogatio. Utilitas magna ē. sicut dicit dñs ī euangelio luce. Date elemosinam indigenti: et ecce oīa mūda sunt vobis. Et daniel dicit nabu. Redime peccata tua ele. et īiquitates tuas misericordijs pauperum: forsitā ignoscet delictis tuis. Et apostolꝰ ad timotheū. Corporalis exercitatio ad modicuz vtilis est. pietas animi. i. opera pietatis. s. elemosina vtilis est ad omnia. Contra primā auctoritatē sic obicitur. Multi enī faciunt largas elemosinas: et tñ pmanent in peccato mortali. ergo per dationē elemosine non sunt omnia munda. et sic falsa est illa auctoritas Solutio. Auctoritas sic est intelligēda. Date elemosinā ordinate et sicut debetis: et omnia munda sunt vobis. quoniā dans elemosinā debet incipere a se. vñ in ecclesiastico dicitur. Aime vestre sitiunt vehementer: et esuriunt similiter et moruntur frigore. qui ꝝ vult dare elemosinā debet prius cibare animā suā cibo fidei et spei et caritatis: et vestire eam vestimentis virtutū. de quibus dicitur. Beatꝰ qui custoditve stimenta sua. ꝛc. et tunc faciendo elemosinā erunt ei munda omnia. quoniā mundus erit a culpa et a pena. Potest etiā exponi auctoritas illa de illis ꝙ sunt in pctō mortali. sic. Date elemosinā. i. exercete vos in operibus misericordie: et ecce omnia munda sunt vobis. i. in prōptu est quod vos mundemini. quoniā si preparetis vos: deus infundet vobis gratiā: et remittet culpā et penā. Contra secundā auctoritatem sic obicitur. Daniel sciebat nabuchodonosor esse infidelem: ergo sciebat ꝙ non poterat redimere peccata sua elemosinis. ergo nullum erat illud consilium

Diffinitio elemosine.

ꝓ primā auctoritatē aīr

Solutio.

aīr itelligit auctoritas.

ꝓ secūdam auctoritatē arguitur.

Opinio alī quorum. Redime peccata tua elemosinis. Ad quod dicūt quidam q̄ non consulebat redimere peccata elemosinis nisi per quas euitaret penam eternam: quia sciebat hoc esse impossibile. sed consulebat ei per elemosinas redimere ⁊ vitare penā illam temporalem quam predixerat ei. s. q̄ eiciendus erat a consilio hoīm ⁊ fenum quasi bos comesturus. et hanc temporalē penā

Iterū ar. poterat vitare per donationē elemosinarū. Sed iterum obicitur. Daniel predixerat ei penā illam: ergo sciebat deū velle se illaturū illi penā illā: ⁊ cōsulebat ei q̄ per elemosinas redimeret illā. ergo consulebat contra id qō sciebat deum velle: ergo pecca. mortali

Solutio. ter. Solutio. Hec est falsa: Daniel sciebat deuz velle se illaturū penam illā. quoniā non sciebat hoc simpliciter: sed sub conditione .s. meritȝ nabuchodonosor mouentibus. sed merita poterant mutari: ⁊ sic pena

Isaias. redimi. sicut isa. non sciebat ezechiā moriturū simplr cū dicit. Dispone domui tue: qz morieris ⁊ nō viues. sed sciebat ipm esse moriturum meritis manētibus.

Alr p̄t dici Potest tamē dici q̄ daniel cōsulebat nabuchodonosor redimere pctā sua per elemosinas advitandū penam eternā. nec illud erat impossibile: qz poterat facere tā largas elemosinas q̄ deus infunderet ei gr̄az et sic dimitterētur ei peccata. vnde meditāte poterat

ꝫ auctorita tē apli ar. per elemosinas vitare penā eternā. Contra auctoritatem apli obicitur. Videtur enī falsa esse. quoniam ieiuniū quod est exercitatio corporis vtilꝰ est q̄ pietas. i. q̄ datio elemosine quod est opus pietatȝ. Sit enī q̄ aliquis ieiunet ex caritate ⁊ illeidē det elemosinā ex caritate. constat q̄ hoc ieiuniū ⁊ hec datio elemosine inq̄tum exeūt ab eadē caritate eque sūt meritoria vite eterne: ꝯ quo ad hoc parta sunt. sed q̄tū

Confirmat ad dimissionem pene vtilius est ieiuniū. Probatio. Ieiunū magis grauat q̄ datio elemosine: ergo magis est penale: ergo magis remissiuū pene. ⁊ sic ieiuniū simpliciter vtilꝰ est q̄ datio elemosine siue q̄ elemosina. ꝯ hec est falsa: Exercitatio corpis ⁊c. ad mo-

Solutio. dū ⁊c. Solutio. Hec est falsa gr̄aliter intellecta. Ieiunū magis grauat q̄ datio elemosine. vnde q̄tum ad dimssionē pene se habent vt excedentia et excessa.

Alr p̄t dici Dato etiam q̄ ieiunū vtilius sit q̄tuz ad dimissionē pene q̄ datio elemosine: ⁊ ex eadē caritate procedat: non tamē propter hoc simpliciter vtilius est q̄ datio elemosine. sunt enī in datione elemosine multa bona que nō sunt in ieiunio. qm̄ in datōne elemosine est mentis iocūditas: per quā excitaī deuotio q̄valet ad augmentū caritatis. in ieiunio autē nō est mentis iocunditas. ideo solent hoīes esse tristiores in dieb⁹ ieiuniorum q̄ in alijs diebus. ⁊ sic quodāmodo vtilior

Alia rōne probatur. est ad vitā eternā pietas: q̄ exercitatio corporis. Itē alia ratione. qm̄ misericordia assimilamur deo. in ieiunio nō. vnde dr. Estote misericordes sicut pater vester celestȝ. Item super illū locum apostoli. Pietas

Ambrosiꝰ. ad omia vtilis est. dicit ambro. Omnis disciplina aīe religionis consistit in operib⁹ misericordie. quā si aliquis sequitur ⁊ lubricum carnis patiatur: vapulabit

ꝫ dictū ambrosij ar. sed non peribit. Sed cōtra. aut intelligiī de mortali lubrico carnis: aut de venali. Si mortali: ꝯ hec ē falsa: vapulabit sed nō peribit: ideo peribit. Si venali. similiter non periret si nō faceret opa misericordie: ergo frustra dicitur illud.

Solutio. Solutio. De vtroq; lubrico. s. tam mortali q̄ venali potest intelligi. qm̄ si aliquis sit in lubrico mortali ⁊ insistat operibus misericordie punietur quidē pro peccato. sed non peribit: quia per operibus misericordie preparabit se ad obtinendum gratiam: qua data nō peribit. Similiter si sit in lubrico venali. s. sentiendo primos motus carnis vapulabit .i. punietur pro illis peccatis. sed non peribit: quia opera tusticie sustentabunt ipm. Item. Iterū ar ponatur q̄ hic sint duo habentes pares caritates et dent pares elemosinas et sint pares in omibus. excepto q̄ vnus dat cum maiori grauamine q̄ alius. q̄ autem dare elemosinā sit penale patet: quoniā aliter non esset satisfactorium pro pena. constat secundū positionem q̄ iste due elemosine sint equaliter meritorie vite eterne. sed queritur vtra illarum sit magis meritoria dimissionis pene. videl q̄ que magis grauat. est enim penalis magis: ergo meritoria dimissio

In oppm nis pene: cum omnia alia sint paria. Sed contra. Elemosina est satisfactoria pro pena: ergo equales elemosine sunt equaliter satisfactorie. igitur illi duo e-

Secundo. qualiter merentur q̄tum ad dimissionē pene. Item. Hylarem datorem diligit deus: ergo magȝ hylarem magis diligit. ergo gratior ē deo elemosina eius qui dat cum hylaritate: q̄ eius qui dat cum grauamine: ergo magȝ est meritoria dimissionis pene. Solutio.

Solutio. Ille dationes equaliter sunt meritorie dimissionis pene: oīb⁹ alijs paribus. et hec argumentatio nō valet. hec datio est magis penalis. ergo ⁊c. secunduz q̄ penale sumitur in actu: et quasi secundū quid respectu istius. Sed si eēt magis penalis secundū naturā per hoc ad ⁊ simpliciter tunc teneret: sed prima eēt falsa. qō patet per simile. qm̄ cū album modificatur ex parte aīe dicitur album: ideo q̄ iudicatur albū ab deposito secundū visum. similiter sanū in cibis cum modificatur ex parte hominis dr sanum. quod sanū est omni hōi bene habenti corpus. vt dicit aristo. similiter penale similiter est ideo illi grauans q̄ penale est nature bene disposite. vnde licet hec datio sit magis penalis huic melācolico: nō tñ magȝ est penalis simpliciter. ideo iste due dationes sunt eque penales nature bene disposite: cum sint equales. Item. ex alia parte nō

Hec argumētatio nō valet. valet hec argumētatio. hec datio magis placet deo: ergo magis est meritoria dimissionis pene. quoniaz licet magis placeat: non est tñ maior. vñ nec magis satisfactoria. et patet instantia in duobus. quorū vnꝰ dat obolū ex maiori caritate: alīꝰ. v. sol. ex minori caritate. datio primi magȝ placet deo qz ex maiori caritate: non est tamen magis meritoria dimissionis pene. Sed contra hoc obicitur. Sint hic duo quorum

ꝫ ista ar. vnus valde pauper: et dat duos denarios. alīꝰ valde diues et dat centum flo. inde sic. elemosina est meritoria dimissiōis pene: ꝯ maior elemosina magȝ est meritoria dimissiōis pene: ergo elemosina diuitis cū sit

Cōfirmat. maior est magis meritoria dimissiōis pene. Hoc etiā videtur per istud quod dr in eccle. Utilior est virtus cuz diuitijs. quoniā per diuitias potest diues existēs in caritate merere regnū celor. quod nō pōt pauper. et ita plures modos habet diues satisfaciens p̄ peccatis: q̄ pauper. quod sic dicitur. videtur ergo status

In oppm diuitis melior esse: q̄ statꝰ pauperis. quare ꝯ dicī in euangelio: Beati pauperes. Item. domin⁹ in euāgelio de paupercula muliere que posuit duo era minuta in gazophilaciū. dicit q̄ plus misit q̄ oēs alij. ꝯ

Secundo. non magis meretur diues dās. c. sol. q̄ pauper duos denarios. Quod concedimus. vnde dicimus q̄ argu-

Solutio. mentatio non valet. Elemosina est satisfactoria: ergo maior. et cetera. debet enim addi. alijs paribus.

hoc aũt non est verũ in proposito casu. Concedimus etiam q̃ status pauperis melior est simpliciter q̃ status diuitis. quoniã licet diues habeat diuitias quib⁹ potest mereri dimissionẽ pene: tamen pauper potest magis compati q̃ diues. ꝛ plus est cõpati q̃ dare pecuniam. quoniã compatiendo dat de suo: dando pecuniam dat quasi de alieno. quoniã diuitie sunt accidẽtia diuitis. ꝛ plus est de suo dare q̃ de alieno. vt dicit gregorius. Tamen quo ad quid ꝛ simpliciter melior est status diuitis q̃ pauperis. q̃tum ad hoc. s. qm̃ per diuitias potest mereri diminutõnẽ pene. quod nõ potest facere pauper. ꝛ sic intelligitur auctoritas que est in eccle.

¶Quando omittat aliquis si non det elemosinam.

¶Secunda questio huius capituli.

Queritur quando omittat aliquis ꝯ non det elemosinam. ¶Donatur q̃ hic sit aliquis pauper cuius paupertas euidens est. ꝛ aliquis diues qui habet superflua multa. videt q̃ in hoc casu iste diues omittat nisi det elemosinã huic pauperi: quoniã preceptũ est dare elemosinã. ergo diues iste tenetur dare huic pauperi pro loco et tẽpore. sed modo est tẽpus et locus cumvideat ip̃z indigere ꝛ habeat multa supflua. ergo omittit si non dat modo. Jtẽ in euãgelio. Que enĩ vultis vt faciant vobis hoĩes ꝛ vos eadẽ faciatis illis. Sz iste diues iuste ꝛ discrete vellet sibi dari elemosinã si esset in statu pauperis hui⁹. ergo iste diues tenetur dare elemosinã huic pauperi in hoc casu: ꝯ si non dat/peccat. Jtẽ. in prima canonica. Qui habuerit substantiã mundi huius ꝛ viderit fratrẽ suũ necessitatẽ habere ꝛ clauserit viscera sua ab eo: quomodo caritas dei manet in eo? Sed iste diues habet substãtiam huius mundi et videt fratrẽ suũ necessitatẽ habere: ergo si clauserit viscera sua ab eo si non dat elemosinã ei caritas dei nõ manet in eo: ꝯ si non dat elemosinam ei caritas dei nõ manet in eo: ergo omittit.

Secundo.

Tertio.

Euasio. ℣ quã ar. Si dicit q̃ non clausit: qz cõpatitur. Contra. Ad hoc tenetur tã diues q̃ pauper. ergo pro nichilo premisit apls. Qui habuerit substantiã mũdi hui⁹. nisi daret intelligi q̃ diues tenetur dare. Jtẽ hieron⁹. Aliena rapere cõuincitur qui vltra necessaria sibi retinere cõprobatur. ergo nisi iste diues det huic indigẽti de superfluis: pro raptore est habendus: igr̃ peccat mortaliter nisi det. Ad idẽ facit hec auctoritas Omi petẽti te tribue rem. s. si habes rẽ: si nõ habes saltẽ bonãvoluntatẽ. ergo cũ iste diues habeat rem tenet eã dare. et ita omittit si nõ dat isti. Cõtra. ¶Potest dare eque indigenti. ꝛ si dat absolutus est: ergo non tenet dare isti. Juxta hoc solet obici de illo cui obuiat aliq̃s in extrema necessitate cõstitutus. cõstat q̃ tenet ei dare modo. Sit ergo q̃ preparet se ad dandum ꝛ interim occurrit alius in extrema necessitate ꝯstitut⁹. quer̃t vtrũ tenetur dare primo. Videtur q̃ sic: qz pr⁹ tenebatur ei dare. ꝛ nõ est ab illa tentione absolut⁹: ergo adhuc tenetur ei dare modo. Cõtra. Si det secũdo: absolutus est. posito q̃ non possit reficere nisi alterũ tantũ: ergo non tenetur dare modo primo. Solutio In duobus casib⁹ omittit aliq̃s si non det elemosinã ¶Prim⁹ est qm̃ credit aliquẽ esse in extrema necessitate. tunc aũt credit hoc cũ dicat ei conscientia q̃ nisi det huic iste nõ habebit vnde sustentet. in hoc casu si non

Af q̃ casũ.

℣ hoc ar.

Solutio.

Quarto

Confirmat

In oppom

dat huic: peccat mortaliter. Etiã monach⁹ tenetur in hoc casu dare: licet abbas precepert et q̃ nullomodo det. qm̃ preceptũ abbatis non ligat aliquẽ contra preceptũ dei. vnde absolutus est a precepto abbatis in hoc casu. Alius casus est. qm̃ videt aliũ indigentem valde: licet non in vltima necessitate: et habet multa superflua nec proponit melius dispensare tenet dare illi modo. Sed tm̃ hec est cõcedenda. Jste diues tenetur dare huic indigenti pro loco ꝛ tẽpore. sed hec est falsa: modo est locus et tẽpus: si esset locus ꝛ tẽpus si non proponeret melius dispẽsare. Et sic patet solutio ad primo obiectũ per interemptionem. Ad scõm dicimus q̃ ille diues si esset indigẽs indiscretã haberet voluntatẽ: si oĩbus modis vellet sibi dari ab aliquo siue meli⁹ dispensare ꝓponente siue nõ. Ad tertiũ dicimus q̃ iste diues nõ claudit viscera sua ab hoc indigente q̃uis non det. qm̃ habet bonãvoluntatem dandi nisi proponeret melius dispẽsare. Ad auctoritatẽ hieronymi dicim⁹ q̃ iste diues pro raptore habetur si vltra necessaria retinere cõprobaretur. sed si superflua ꝓponit bene dispẽsare: nõ est habẽdus pro raptore nec cõprobare retinere superflua hoc casu. Ad istã auctoritatẽ Omi petẽti te tribue. dicim⁹ q̃ sic intelligenda est. si rem vel bonã voluntatẽ vel bonum verbũ. Unde iste diues nõ est transgressor huius precepti cũ habeat bonã voluntatẽ dandi sicut dictũ est. Ad illud qõ queritur de duobus in extrema necessitate constitutis vtrum tenetur dare isti. demonstrato primo. dicimus q̃ sic. ꝛ similiter scõo. sed neutri tenetur dare modo. tm̃ tenet dare alteri modo. vt iste terminus alteri teneatur cõfuse. ꝛ patet.

Per hoc ad primũ.

Ad scõm.

Ad tertiũ.

Ad hieronymum.

Ad aliã auctoritatem

Ad aliud.

¶Quibus danda est elemosina.

¶Tertia questio huius capituli.

Queritur de personis quibus danda est elemosina. queritur vtrũm magis danda sit elemosina corporalis consanguineis quibuscunq̃ q̃ extraneis. videtur q̃ sic. qm̃ iste est ordo caritatis: vt pr⁹ diligam⁹ propinquos. deinde extraneos. ergo magis dãda est elemosina consanguineis: q̃ extraneis. Cõtra. in eccle. 9z desudet elemosina ĩ manu tua: donec inuenias iustũ cui des. ergo magis danda est elemosina iusto: q̃ iniusto. ergo si extraneus sit iustus et cõsanguineus non: magis dãda est elemosina extraneo iusto: q̃ consanguineo malo. Jtem. deus magis diligit iustum extraneũ q̃ tuum consanguineũ malũ. sed tu debes illum magis diligere quẽ scis magis diligi a deo. ergo tu debes magis diligere extraneũ bonuz q̃ consanguineum malum. sed probatio dilectionis est exhibitio operis. ergo magis debes dare elemosinam extraneo bono: q̃ propinquo malo. Solutio. Quedã elemosina danda est melioribus et iustioribus pauperibus. vt elemosina que est de testamẽto. quoniã per preces sanctorum pauperum citius liberatur a pena ille qui mortuus est. sed elemosina quã facimus de propriis facultatibus magis danda ẽ propinquioribus q̃ extraneis melioreb⁹: aliis paribus. Similiter concedimus q̃ iustioribus pauperib⁹ magis danda est elemosina aliis paribus. sed pro quãta propinquitate debeã pferre propinquũ extraneo: nõ determiat ars: sed vnctio. Ad istõ qõ obicit. q̃ magis iustum magis debemus diligere: cũ deus magis diligat ipsũ. bene concedimus eo mõ q̃ de⁹ magis diligit

Af q̃ sic.

In oppom

Secundo.

Solutio.

Nota.

per hoc ad primũ.

Ad aliud.

ipsum maiori affectu vel maiori motu. quoniã deꝰ nõ afficitur nec mouetur: sed magis diligit. i. ad maius
Similiter et nos ad maius debemus ipm diligere:
Correlariũ non tamẽ maiori affectu. Ex predictis patet quibus
danda est elemosina. s. pauperibꝰ in quibꝰ est imago
dei et nostra. et quod eis damꝰ quodãmodo deo da-
mus. cũ ipsi sint imago dei et eis demus mꝫtũ tales
Ꝑ ista aꝝ. sunt. Sed cũ in histrionibus sit imago dei: videt ꝙ
dare histrionibus nõ sit peccatũ. mentitur ergo hie-
ronymus dicẽs. qui dat histrionibus imolat demoni
Hieronimꝰ bus. Item. histriones vtuntur arte sua sine pctõ. qm̃
Secundo. non est peccatũ citharizare vel psallere. qõ patet per
helyseũ. qui cuꝫ consuleretur a tribus regibus ut sit
sibi adduci psaltẽ. et cũ caneret psaltis facta est super
eum manus dñi. ergo scõm hoc dare histrionibus nõ
Tertio. est peccatũ: cũ histrio nõ sonet in viciũ. Item. ille qui
dat histrioni non cogitat de diabolo: ergo nõ imolat
Solutio. diabolo. Solutio. Histrio ꝓprie dr qui gesticulatio-
ne corporis prouocat ad risum hoies. Unde hystoria
rerum. g. narratio. sed modo ampliatũ est nomen vt
dicatur histrio quicunq; ioculator qui per musica in-
strumenta vel alio modo excitat hoies ad voluptatẽ
et gaudiũ hmõi. et sic sonat inviciũ. et hac intẽtione da
re est demonibus immolare. qm̃ cuiꝰ dicitur esse res
eius est fructus rei. vnde cũ diaboli sit fructus huius
dationis: propter hoc dr dari diabolo. Hec valet hec
Ad primũ. argumentatio. Iste nõ cogitat de diabolo: ergo non
immolat diabolo. Et est fallacia cõtis. qm̃ excedentia
Fallꝫ cõtis et excessa sunt immolare diabolo et cogitare de dia-
bolo. sed si alia intẽtione detur histrioni. s. aut ꝙtuꝫ
Nota. indiget aut ꝙtum volumus habere consolationẽ ad
remouendũ tristiciã huius seculi que mortẽ aie ope
ratur: huius dare non est peccatum.

De ꝙtitate elemosine.

Quarta questio huius capituli.

Queritur de ꝙtitate elemosine. et querit de illo qui vendit oĩa que habet et dat oĩa pauperibus non retinendo sibi aliquid vtrum peccet mortaliter.
Aꝝ ꝙ sic. Videtur ꝙ sic. quoniã dare superflue est peccatũ mor-
tale. quoniã prodigalitas est peccatum mortale. sed
nulla superfluitas est maior in dando ꝙ dare omia et
nichil retinere sibi: ergo qui sic facit peccat mortaliꝝ.
Confirmaꝝ Dicit enim apls. Rationale sit obsequiũ ꝛc. Facit ergo
In oppoᵐ cõtra preceptum apli. inicit manus in se: ergo peccat
mortaliter. Si cõceditur. Contra. Hoc est opus per-
fectionis. sicut dr in euangelio. Si vis perfectus esse
vade ꝛc. ergo nõ peccat qui sic facit. imo optime agit
Solutio. Solutio. Si dat oĩa sic vt nõ habeat spem habendi
aliũde necessaria peccat mortaliꝝ: sꝫ si oĩa dat habẽs
propositũ intrandi claustrũ in quo habebit omia ne-
cessaria: tũc multa sibi retinet. vñ nõ peccat sꝫ bñ agit.
Iterũ aꝝ. nec dat superflue: quoniã retinet oĩa necessaria sibi.
Sed obicitur de illo qui nimis macerat corpus suũ.
non est simile: quoniã ille inicit sibi manũ. iste non. cũ
oĩa sibi necessaria retineat. Sꝫ queritꝝ ad ꝙtũ tẽpus
Opio cõtis possumus nobis reseruare necessaria. Magri dicunt
q̃o incidẽs. vsq; ad annũ. vnde exponũt sic illud euãgelij. Nolite
sollicti eẽ de crastino. i. de anno futuro. Sed queritꝝ
quare dñs phibet nõ esse sollicitũ de crastino: cũ bo-
num sit sollicitudinẽ et curam habere de sibi necessa-
Solutio. riis. Ad hoc dicimus ꝙ duplex est sollicitudo. s. pro-
uidentie: et ita non prohibetur. et sollicitudo suffocãs
et ita prohibetur. hec impedit hominẽ et retrahit a
multis operibus bonis. vnde dicit dñs. Sufficit diei
malicia sua. quoniam viuendo quiete et sine sollicitu-
dine de crastino satis impedimur et retrahimur a bo-
nis operibus. vnde non est bonum magis inuolue-
re se et angustiare se.

De quibus habeat fieri elemosina.

Quinta questio huius capituli.

Queritur de quibus habeat fieri elemosina. et di
citur ꝙ nullomodo põt fieri elemosina de vsu-
ra/ de rapina/ de rebus male acquisitis. vnde in eccl.
Qui offert sacrificiũ ex substantia pauperũ quasi vi-
ctimat filiũ in conspectu patris sui. quoniã pro homi
cida habetur qui aufert pauperi illud vnde debet su
stentare vitam suam. Sed cõtra. In euangelio dicit. Ꝑ illud aꝝ.
Facite vobis amicos de mãmona iniquitatꝭ ꝛc. ergo
licet facere amicos de pecunia ĩquitatis. ergo de pe
cunia male acquisita licet facere elemosinã. Solutio Solutio.
Usurariꝰ potest facere elemosinaꝫ de denarijs quos
habuit de vsura: si proponat reddere de alijs dena-
rijs. alitervero nõ potest. Hec auctoritas Facite vo- Hec aucto
bis amicos ꝛc. tripliciter exponitur. Primo sic. Faci- ritas tripli
te vobis amicos de mãmona iniquitatis. i. de diui- cit exponit
tijs que vt in pluribus et inique et cũ peccato solent
acquiri. sꝫ nõ inde iubet vel cõsulit facere amicos de
pecunia male acquisita. Secundo sic exponitur. faci
te ꝛc. i. de pecunia que inique retineretur si non dare
tur. Tertio modo sic. Facite ꝛc. i. de pecunia inequa
litatis. i. que inequaliter possidetur. vnus enim plꝰ ha
bet: alius minus. ille enim qui plus habet suppleat
defectũ eorum qui non habent vel qui minus habẽt
Hoc fuit significatum in mãna. quoniã qui plus col Mãna ꝺd
ligerat non plus reperit ꝙ gomor. nec qui minꝰ col- significat.
ligerat minus inuenit ꝙ gomor. Sed obijcit de hoc Ꝺ ꝓdicta aꝝ
quod dicitur. vt cum defeceritis recipiant vos in sua
taber. aut meritis nostris aut suis. si nostris recipere
mini. si suis: ergo meritis alienis potest aliquis sal- Solutio.
uari. quod falsum est. Solutio. sic debet intelligi. re
cipiant vos meritis vestris que habuistis per preces
eorum. quoniã sancti merentur alijs primã gratiam
Item. ponatur ꝙ sit quidã vsurarius qui non habet Iterũ aꝝ.
denarios in bursa sua: nisi quos habuit de vsura. sed
multos habet in archa qui non sunt de vsura: et oc-
currit ei pauper in extrema necessitate positus. que-
ritur vtruꝫ tenetur ei dare de istis denarijs. videtur
ꝙ sic. quoniam in extrema necessitate omnia sunt
communia. ergo iam denarij isti sunt pauperis: ergo
vsurarius tenetur eos dare. Itẽ. de alijs denarijs po Adidẽ aꝝ.
test reddere ei a quo habuit istos. ergo non tenetur
reddere ei istos: ergo ei quem vidit in extrema neces
sitate tenetur dare. Si conceditur. Contra. Isti de- In oppoᵐ
narij non sunt sui. ergo nõ potest eos dare huic: ergo
non tenetur dare. Itez. reddere tenetur eos ei a quo Secundo.
habuit: ergo nõ tenetur eos dare alij. Queritur etiã q̃o incidẽs
vtruꝫ iste pauper debet eos accipere si sciat ꝙ sint de
vsura. Videtur ꝙ sic. quia inceret sibi manũ si nõ ac- Aꝝ ꝙ sic.
ciperet. ergo peccaret mortaliter: ergo deberet eos
accipe. Sꝫ cõtra. Precipit in leuitico. Morticinũ et ca In oppoᵐ
ptũ a bestia nõ comedat. morticinũ est illud qd̃ per
mortale pctm̃ acquiritur. captũ a bestia qd̃ captũ est

a bestiali hoie: ergo cū ista pecunia sit mozticinū et captum a bestia. et hoc sciat ille pauper: non debet accipere eam. Solutio. Jste vsurarius tenetur dare pauperi in predicto casu. etiā si nō haberet vnde redderet. nec valet hec argumentatio. Jsti denarij non sunt sui: ergo non potest eos dare. ꝑ Potest enī recōpensare de alijs cū dederit istos. nec tenetur reddere istos nūmos ei a quo habuit. qm̄ si reddit alios equivalentes absolutus est. ⁊ iste pauper si est in extrema necessitate debet eos accipere: si nō est in extrema necessitate: ⁊ sciat illos esse de vsura nō debet accipere.

Ad rōnem postoppm Alia q̄o incidens. Ad istud qđ obicitur. Mozticinū ⁊c. dicimus q̄ non est mozticinū isti. Facti enī sunt isti denarij pauperis per extremā necessitatem. Queritur postvtrū meretrix de acquisitis per meretriciū potest facere elemosinam. Videtur q̄ sic. qm̄ suū est. qm̄ auctozitas dicit q̄ meretrix turpiter acquirit: sed nō turpiter accipit. et de suo potest cuilibet facere elemosinā. Jtē. mercatozes acquirunt pecuniā per moztale peccatū. qm̄ mentiūtur sepe ⁊ dicūt falsū. et de illa pecunia possūt facere elemosinā. ergo eadē ratione licet meretrix acquisierit pecuniā: tamen de illa potest facere elemosinam. Contra preceptū in lege: Non offeres precium prostibuli vel preciū canis. ergo meretrix non debet offerre preciū prostibuli. ⁊ sic non potest fieri elemosina de acquisito per meretriciū. Jtē. queritur quare ꝓhibetur alicꝫs offerre preciū canis. qm̄ multi canes sunt qui bene valēt viginti solidos. ergo sicut potest aliquis accipere tantū precij de suo cane: et ita licite potest offerre precium canis. Solutio. Meretrix pōt de acquisito per meretricium facere elemosinas priuatas et non publicas. Unde si publica ⁊ notozia sit meretrix ecclesia non debet recipere elemosinam vel oblationē eius. ne videatur peccato eius consentire.

Jdē de vsurario. Jdem dicim⁹ de vsurario. qm̄ ista duo genera hoim ingtum talia sunt: quicquid acquirūt per peccatum moztale acquirunt. vnde in detestatione peccati non debet ecclesia publice recipere oblationē meretricis

Ad illō de mercatozibus. publice: nec vsurarij publici. Nec est simile de mercatozibus. qm̄ negociatio potest exercerī sine moztali peccato. Ad qđ obicitur de precio canis. dicimus q̄

Ad illō de cane. illud preceptū fuit non mozale: vnde dictū est ꝓpter significationē. sicut illud. Nō comedet carnē porci. i. non delectaber in luxuria que significatur per porcū Similiter illud Nō offeres precū canis. i. vozacitatē vel edacitatē que signific̄ per canem. qm̄ hō vozax vel gulosus q̄ caninū habet appetitū nō placet deo.

Alia q̄o ex casu. Jtem. iste habet vnicū denariū et vouit se daturum illū sacerdoti: dū est invia occurrit ei pauper in extrema necessitate. querit vtrū teneat ei dare illū denariū.

Aī q̄ sic In oppm videtur q̄ sic. qm̄ per extremā necessitatē fact⁹ est iste denarius huius pauperis: g̃ tenetur ei dare. Contra. Vouit illū sacerdoti. sed preceptū est prius votū reddere: ergo nisi reddat peccat moztaliter. ⁊ ita non teneat dare isti pauperi. Solutio. Maioz obligatio solvit minozē. Maioz obligatio est ad dandum isti q̄ sacerdoti duplici de causa. Prima est: qz magis vergit ad pietatē ꝑ quaz maxime assimulamur deo dare ibi q̄ dare sacerdoti. Scōa causa ē. qm̄ ad dādū isti obligatus est iste ex natura siue ex precepto nature. sed ad dandū isti sacerdoti obligatur tantū ex voluntate. quoniā volūtarie vouit. Dicimus igitur q̄ in hoc casu non tenetur dare istuz denariū sacerdoti. Jtem. si aliquis in extrema necessitate positus videt panē suum per stallum. queritur vtrū liceat sibi accipere. Videtur q̄ non. quoniā si accipit cōtractat rem a. r. d. ergo committit furtum: ergo peccat mozaliter. Contra. Jpe est in extrema necessitate: ergo sunt ei cōmunia: ergo potest accipere panem istū tanq̄ suum: ergo nō peccat accipiendo. Jtem. dauid comedit panes propositionis quos non licebat edere nisi solis sacerdotibus. et non peccauit. qm̄ necessitas maioz nulla est extrema. g̃ necessitas excusat istū a furto vel rapina. ergo non peccat accipiendo. Jtē. dns excusauit discipulos suos vellentes spicas in die sabbati propter articulum necessitatis. ergo si in veteri lege licebat sine peccato accipere rem alienā in articulo necessitat⁹. cū maioz sit libertas in noua lege licet accipere rē alienam in articulo necessitatis. ergo iste non peccat accipiendo panē. Quod concedimus. nec valet hec argumentatio. Jste accipit rem alienā: ergo cōmittit furtum vel rapinam. quoniā res ista nō est pure aliena: ideo cum accipit eam efficitur sua in articulo necessitatis. Jtem. dicimus de omibus qui habēt depositā penes se: et de illis qui gerunt negocia aliozum. qm̄ in extrema necessitate licet dare depositum indigentibus si non habent propria vnde sustētent eos ⁊ absoluti sunt nec tenentur ad reddendum. excusantur enim per preceptū nature. Similiter illi qui gerunt res aliozū in extrema necessitate tenent ea dare si nō habēt proprias nec tenent ad restitutionē in hoc casu. sed citra extremā necessitatem non licet depositū dare. vnde si aliquis seruauerit diu depositū alicuius qui iuit vltra mare et dz cōmuniter q̄ mortuus ē: si ille q̄ habet depositū consilio ecclesie ipsū distribuit pauperibus: et post redeat qui deposuit tenetur ei reddere. etiā ecclesia teneretur ei reddere si apud eā deposuisset ille.

Aī q̄ non. In oppm Secundo. Tertio. Quarto

De elemosina q̄ fit per manū alterius.

Ultima questio huius capituli.

Ad vltimū q̄ritur de elemosina q̄ fit per manū alterius. ponatur q̄ aliquis sacerdos iniūxit alicui dño dare. xx. sol. et ille precipiat seruo suo dare et seruus dat illos pauperibus. xx. sol. sed cū murmure et rancoze ⁊ mala voluntate. queritur vtrum hec datio sit meritoria dño. videtur q̄ non. quoniam hoc ē moztale peccatum: ergo simpliciter est demeritoria. g̃ nulli ē meritoria. Si cōceditur. Cōtra. hec actio procedit ab imperio dñi et dns imperat ex caritate: g̃ hec actio procedit ex caritate. ergo ē meritoria illi a cuius caritate procedit. Jtem. iniunctū ē isti vt det. xx. vt satisfaciat pro peccatis: et iste dat quod sibi iniunctū ē. qm̄ ille facit cui⁹ auctozitate fit et ex caritate: g̃ satisfacit: g̃ hec actio ē ei satisfactoria. g̃ est ei meritoria. Jtem. si nō satisfacit: g̃ adhuc teneat satisfacere: et si tantū daret per manū serui adhuc fozte non satisfaceret. igitur stulti sunt omnes diuites qui per manum aliozum dant res suas. Jtem. senna cherib dictus ē baculus: quoniā dominus per istum percutiebat iudeos. g̃ illa pcussio actio procedebat a deo et a sennacherib. inquātū procedebat a deo erat bona. inquātum a sennacherib mala. Eadē ratione hec actio inquantū procedit a seruo ē demeritoria: inquantum a dño meritoria. Nō concedit prepositi⁹ ponens exēplū de sacerdote cui scī hoies diuites dicūt q̄ celebret. ipe autem celebrat et consecrat

Aī simili. Opio ꝓpositiui.

cupiditate pecunie tantū. dicit prepositiu⁹ q̄ hec consecratio est demeritoria sacerdoti et meritoria alijs. Similiter in ꝓposito casu dicebat q̄ hec actio est demeritoria seruo ⁊ meritoria dño. ⁊ nō valet hec argumentatio. Hec actio est demeritoria: ergo nulli ē meritoria. Est enī meritoria ⁊ demeritoria scōz diuersa. Hec solutio plana est q̄tū ad eos qui dicūt q̄ omnis actio est a deo. sed scōm illos qui dicūt q̄ mala actio est ab hoīe vel a diabolo in qua nichil facit de⁹. dicē dum q̄ hec actio nulli est meritoria. nec dño nec seruo: nec etiā satisfactoria. tñ deus satisfacit nō ratione dationis actionis: sed ratione ipius dati vel rōne ipi⁹ passionis. qñ istius actio displicuit: passio grata fuit. Sed contra hanc solutionē obicit. qñ si ipm datū satisfacit pro eo: sed ipm datū est pecunia. Sit ita. aut igit ipm datū satisfacit inq̄tum pecunia: aut ꝓpter dationē passionē. Si inq̄tum pecunia: g̃ siue daretur siue nō daret esset satisfactoria. ⁊ hoc falsū. Si ꝓpter dationē passionē. Cōtra. ꝓassionib⁹ nō meremur: g̃ propter illā passionē nō est meritoriū ipm datū: ergo nec satisfactoriū. Item. actio ex qua ꝓcedit imediate passio illa est demeritoria: g̃ passio illa nō est meritoria: ergo nec satisfactoria. Forte dicit q̄ ipm datū nō dicitur satisfactoriū gr̃a meriti: sed gr̃a recōpensationis. Sed contra hoc est quod dr̄ in euāgelio. Quid prodest hoi si vniuersū mundū lucret: ai vero sue detrimētū patiat? aut quā dabit hō cōmutationē ꝓ aia sua? g̃ si in aia remanet aliq̄d vestigiū pcti. s. debitum alicuius pene nō absoluitur per aliquā cōmutationē vel recompensationem nisi motu proprio moueatur ꝓterea. si dñs daret illam pecuniā sua propria manu non satisfaceret nisi actione. quoniam non sunt isti due satisfactiones: cum nō det nisi tantam pecuniam quantam intūxerit ei sacerdos: ergo ipm datum non satisfacit. qđ concedimus. ꝓtest autē solui neutri opinioni derogando. s. nec ei que dicit q̄ omis actio est a deo. nec ei que dicit q̄ non omnis. Dicimus igit q̄ si deus precipiat dari tantā pecuniā et nichil omittat de his que pertinent ad preceptum: satisfacit ipo precepto. tunc autē satisfacit: nichil omittit de contingentibus. quoniā precepit seruo quē credit esse fidelem dispensatorē. ⁊ cum postea inquirit vtrū dederit et quo tempore et quibus dederit. Actio ergo serui qui est in mortali pctō non est satisfactoria dño. sed actus precipiēdi. i. perfecta preceptio nichil omittēs de contingentibus inq̄tum talis: satisfactoria est. tamen si dñs daret ꝓpria manu vtilius esset ei. quoniā excitaretur deuotio sua. ⁊ pauper accipiens elemosinam expressius ⁊ deuoti⁹ oraret pro ipso. Unde facta per manū propriā non solū est meritoria vite eterne et dimissionis pene: sed et augmenti gr̃e potest esse meritoria. Item. ponatur q̄ dñs sit in caritate quando precepit dare elemosinā: ⁊ seru⁹ in caritate quādo datur elemosina. sed dominus non sit tūc in caritate. queritur vtrū hec datio sit meritoria dño. videtur q̄ sic. qñ ꝓcedit a caritate serui ⁊ caritate dñi. qñ seru⁹ dat ex precepto dñi. et preceptū istud fuit ex caritate: g̃ illa actio est meritoria dño cū sit ex caritate ipsius. Contra. Ipe est in mortali peccato: ergo nichil meretur illa actione: ergo illa non est meritoria. Similiter si dominus sit in mortali peccato quando precipit ⁊ in caritate quando datur. queritur vtrum illa actio sit ei meritoria. videtur q̄ non. quoniā nō procedit a caritate eius. Econtra videtur q̄ sic. quoniam seruus qui dat est in caritate: ⁊ dat pro domino suo q̄ est in caritate: ⁊ ratam habet dationē. ergo est ei meritoria. Solutio. Ista actio nō est meritoria nisi dñs sit in caritate ⁊ in tempore preceptionis ⁊ in tempore dationis. quoniā ad hoc q̄ sit ei meritoria oportet q̄ moueatur actu ex caritate nec paratus est moueri. Unde nō est verum q̄ datio illa sit a caritate domini cum non sit in statu caritatis in tempore preceptōnis et tempore dationis. Et est simile de alio qui proposuit ex caritate dare quattuor denarios et dat primo vnum cuz mouetur ex caritate. postea successiue dat alios cogitando de alio q̄ de deo. Omnes iste dationes sunt meritorie si maneat caritas: quia sunt ex eodem imperio caritatis. quoniam paratus est moueri ex caritate. Sed si durante datione non maneat caritas illa datio nō est meritoria. Similiter dicimus in predicto casu. tamen intelligendū est: quia cum dicitur actio serui qui est in caritate facta pro dño velocc dñi q̄ est i mortali nō ē meritoria dño inq̄tū hmōi itelligi dz q̄tū advitā eternā et q̄tū ad dimissionē pene Sz q̄tū ad habēdū gr̃am pōt eē meritoria. qñ aliqs potest mereri alij primā gratiam ⁊ hoc per tria: scilz per orationē/per elemosinā/per consecrationē. quoniam sacerdos impetrat augmentum gratie eis qui intersunt diuinis officijs si habent gratiā. et si nō habent meretur eis semper primā gratiam: nisi ipsi repugnant. Item. seruus existens in caritate dño nesciente dat elemosinā vice dñi sui: et tunc dñs est i mortali. postea reuelat ei qñ dñs est in caritate: et dñs ratam habet dationē et gaudet. queritur vtrū illa donatio fuit meritoria dño. videt q̄ nō. quoniā erat in mortali peccato: quando seruus dabat. ergo ꝓ predicta non erat ei meritoria. Contra. donatio illa retro trahitur et mandato comparatur et dñs habet ratā dationem illam. ergo idem est acsi dñs preciperet. sed si dñs preciperet istud quādo ratū habet meretur. ergo datio illa fuit meritoria ei. Ad hoc dicūt quidam q̄ non meretur illa actione. Qđ obicitur q̄ datio retro trahitur. intelligitur quantum ad repetitionem: quoniam dominus nō potest repetere amplius a seruo: cū ratū habeat. Sed contra. voluntas quam modo habet adeo progressiua est q̄ si haberet quod datum est modo daret: ergo idē est acsi modo daret. ergo datio illa fuit ei meritoria per voluntatem quam modo habet vel modo est ei meritoria Quod concedim⁹. quoniā reputatur ei acsi ipe fecisset: ex quo simpliciter voluntas est progressiua. i. tāta q̄ progrederetur in actum si non esset facta.

Ad rōnem diceret ille

Scōz alios

Ꝑ hāc solutionem.

Secundo.

Euasio.

Ꝑ hāc ar.

Solutio.

Alia q̄o ex casu.

Ar q̄ sic.

In oppo⁹

Ali⁹ casus.

Ar q̄ non.

Ar q̄ sic.

Solutio.

Ali⁹ casus.

Quō aliqs meret alij ꝓmā gr̃am

Alia q̄o ex casu.

Ar q̄ non.

Solutō ali quorum.

Ad argum tum.

Ite ꝑ hoc arguitur.

Solutio.

¶ De specie iusticie.

¶ Aliud capitulum.

Dicto de illa specie iusticie per quam homo facit quod debet inferioribus. s. de elemosina. sequitur de specie iusticie per quam facit homo qđ debet superioribus: scilicet de obedientia. Primo de essentia obedientie. Secundo an fructus vel virt⁹ sit obedientia. Tertio an habeat aliquid de suo: et an sit species specialissima. Quarto in quibus obediendum prelatis: et in quibus non.

¶ De peccato.

¶ Prima questio vtrum obedientia sit virtus specialis.

Aſ per ambroſium.

Arca primū ſic obicit. Ambroſ⁹ ſic diffinit peccatum. peccatū eſt priuatio legis diuine et celeſtium inobedientia mandatorū. ergo ſi vera eſt diffinitio ꝓuenit cuilibet peccato: ꝫ oē pctm̄ eſt inobediē

Secundo. tia. ergo a cōtrarijs omnis ℞tus eſt obediētia: ꝫ obedientia nō eſt virtus ſpecialis. Jtē materia circa quā eſt obediētia eſt generalis ad materias omniū virtutum. motu enī cuiuſlibet virtutis impleť mandatū: et obedientia eſt ad implendū mādatū: ergo obediē

Tertio. tia eſt generalis virtus. Jtē ſi obedientia eſt ſpecialis virtus habet ſpecialē motū. queriť q̄s ſit ille ſpecialis motus. ſi implere qđ p̄cipiť. ſed hoc fit qualibet ℞tute: ꝫ q̄libet virt⁹ eſt obediētia. qz p̄cipiť. Con

Jn oppo⁹ tra. aliquis poteſt diligere deū ſup omnia quia p̄cipitur. facit ergo qđ precipiť qz precipitur: ergo huius motus eſt ꝓprius motus obedientie. et hoc falſum. qm̄ caritatis eſt propꝛie diligere deū propter ſe

Solutio. et ſuper omnia. Solutio. dicimus ꝙ vno modo obedientia eſt generalis virtus. alio modo ſpecialis. generalis ſecundū ꝙ eius motus eſt implere mandatū ſūpto cōmuniť mādato ad precepta ꝛ prohibitiones. et hoc modo quodlibet peccatū eſt inobedientia. et ſic ſumit ambroſius inobedientiā in diffinitione peccati. ſpecialis aūt eſt ſcōm ꝙ eius mot⁹ eſt velle ꝑple re mandatū. quia huⁱ⁹ motus nullius virtutis eſt niſi obediētie. ille autē motus velle implere mādatū eſt

per hoc ad primum et tertiū. motus interior. vñ dicimus ꝙ obedientia ſecundū ꝙ eſt ſpecialis virtus motū habet proprīū interiorē: ſz non habet motū proprīū exteriorē. et ſic patet ſolutio ad primo et tertio obiectū.

ꝺ ſcōm. Ad ſecundū dicimus ꝙ hec argumētatio nōvalz. materia circa quā ē obedientia eſt generalis: ergo obedientia eſt generalis. inſtantia. gen⁹ eſt cōmune ad ſpeciē: ꝫ ſcientia generis eſt cōmunis ad ſcientiam ſpeciei.

¶ Qualis virtus ſit obedientia.
¶ Secunda queſtio huius capituli.

Aſ ꝙ ſit theologica Qualis virtus ſit obedientia. videť ꝙ ſit theologica. qm̄ eius motus eſt imediate in deū. qđ ꝑz cū dicit iſte obedit deo. quoniā talis motus eſt imediate in deū. ſicut cū dicitur iſte credit in deū: iſte diligit deū. ergo obediētia eſt virtus theologica. Jtem

Secundo. prius eſt velle ambulare ꝙ ambulare. pr⁹ eſt velle comedere ꝙ comedere. ergo prius eſt velle implere mandatū ꝙ implere mandatū: ergo prius eſt implere mandatū de fide ꝙ ipſū credere. et prius eſt velle implere mandatū de dilectiōe dei ꝙ diligere deum. ſed velle implere mādatū quocūq; ſiue de fide ſiue de dilectione dei motus eſt obediētie propꝛius: ergo prius eſt motus obedientie ꝙ credere in deū vel diligere deū: ergo motus obediētie prior eſt quolibet motu alterius virtutis: ergo obediētia eſt prior qualibetvirtute. et hoc falſū qm̄ fides dicitur eſſe prima

Solutio. Solutio. dicimus ꝙ ſecundū ꝙ obediētia eſt virtus ſpectalis: nō eſt ℞tus theologica nec motus et⁹ imediate ē in deū. qđ patet ſi exponitur hec locutio: iſte obedit deo. eſt enim ſenſus. iſte obedit deo. iſte vult

per hoc ad primum. implere mandatū dei. patet ergo ꝙ motus obedientie immediate nō eſt i deū. ſicut cū dr iſte timet deū. motus timoꝛis licet videat eſſe immediate in deū: tm̄ nō. qz ē ſenſus iſte timet deū. iſte timet ſepari a deo.

Ad ſcōm. Ad ſecundo obiectū dicimus ꝙ non omnis voluntas precedit ſuū volitū imo aliq̄ volitū eſt quod p̄cedit ſiue voluntatem ſiue illud quod dulcedine ſua nos allicit ad ſe volendū. ſicut delectatio eſt adeo dulcis ꝛ ſuauis ꝙ ipa allicit hominē ad delectationē ſui: qm̄ diligimus ipſā dilectionē. vnde velle diligere deum non ē prius ꝙ diligere deū: imo econuerſo. et ſic patet ꝙ obedientia non eſt prior qualibet virtute: quomā nec motus eius prior eſt motu cuiuſlibet virtutis immo motus fidei prior eſt: et ex dulcedine que eſt motu fidei et in motu caritatis perfecte vult hō facere mandatū dei. Jtem augu. dicit. ꝙ ſeruitia quātomagis indebita tantomagis gratioꝛa. ergo quanto magis debita tantominus grata. ſed ſeruitia obedientie magis ſunt debita ꝙ ſeruitia aliarū virtutū. quod patet: qm̄ obedientia reſpicit preceptū inquantum preceptum. ꝫ ſeruitia obedientie min⁹ ſūt grata ꝙ ſeruitia aliarū virtutum: ꝫ minus meritoꝛia. ꝓpter quid igitur adeo laudatur obediētia ī ſacra ſcriptura. et propter quid dicit apo. ꝙ per vn⁹ obedientiā iuſti conſtituuntur multi? Jtem. ſeruitia obediē-

Ad idē aꝝ. tie pure debita ſunt: ergo non ſunt meritoꝛia. hoc ꝓbatur ꝑ ſimilitudinē: qm̄ ſi miles terrenus ſeruiat regi terreno ex debito tm̄: nichil meretur apud ipſum. pari ratione. ſi aliquis ſeruit regi celeſti pure ex debito non meretur aliquid apud ipſū: et ita mot⁹ obedientie non eſt motus meritoꝛius. ꝫ obedientia non

Solutio. eſt virtus. Solutio. quelibet virtus ē meritoꝛia quātum ad motum ſuū duabus de cauſis. ℙrima eſt qz

ℙrima cā quelibet virtus leuat ſe ſupꝛa ſe: ſiue ſubiectū ſuum ſupꝛa ſe leuat: ſicut dr in theremia. Leuabit ſe ſupꝛa ſe. qm̄ fide magis credimus deo ꝙ nobis: ꝛ ſpe magis ſperamus in deo ꝙ in nobis: caritate magis diligimus deū ꝙ noſipſos. Quia igitur quelibet virt⁹ leuat ſubiectū ſuum ſupꝛa ſe: ideo dicitur meritoꝛia.

Scḋa cā. Alia ratio eſt. qz qualibet virtute ſeruim⁹ deo grat⁹ i. ꝓpter ſeipſū tm̄: et iſte due cauſe cōmunes oībus virtutibus ſunt in obedientia. et preter iſtas duas habet alias duas ſibi propꝛias. Quaꝝ ꝑma ē. ꝙ ī obe-

ℙrima. dientia magnatur propꝛia voluntas. Secūda. ꝙ per

Secunda. obedientiā confirmamus expꝛeſſe voluntatē nr̄az voluntati diuine per ſe et propꝛie: qm̄ eoipo ꝙ volo facere mādatū dei quo ad executionē mandati dei: volo conformare voluntatē meā volūtati diuine. criſtus enī fuit obedīēs patri vſq; ad moꝛtē. per hoc ꝑz ꝙ ſeruitia obedientie ſunt meritoꝛia. Ad primū. dici-

Ad primū mus ꝙ cum dr ſeruitia quātomagis indebita ꝛc. nō cōparantur opera virtutum ſecundū ꝙ ſunt in precepto operibus virtutum ſecundū ꝙ ſunt in conſilio. ꝛ ſine dubio opera conſilij gratioꝛa ſunt: ꝙ opera p̄cepti. et ſic patet ſolutio ad p̄mū. Ad ſecūdū dr ꝙ ope-

Ad ſcōm. ra obedientie pure debita ſunt: ꝛ tm̄ meritoꝛia. nec eſt ſimile de rege terreno et rege celeſti. qm̄ qui ſeruit regi terreno ex debito ſeruit ei tm̄ propter feodū quē tenet de rege. ſed qui obedit deo nō ſeruit regi celeſti propter feodū. ſ. propter coꝛpus et animaz que habet a rege celeſti: ſed ſeruit ei gratis. ſ. tantuz propter deū. ℙreterea. rex terrenus non eſt ita libe-

Alia ratio. ralis ſēper ꝙ remuneret ſeruitia ſibi debita. ſed rex celeſtis adeo liberalē ꝙ remunerat ſibi debita. et iō ſecⁿ ē de ſeruitijs q̄ debentur regi terreno et de ſeruitijs que debentur regi celeſti duabus de cauſis predictis. Jtem. dixit ſamuel ad ſaul. Melioꝛ eſt obediētia ꝙ victima: et auſcultare magis ꝙ offerre adipem arietum. qm̄ quaſi peccatū ariolandi eſt repugnare et quaſi ſcelus idolatrie nolle acquieſcere. ī hac auctoritate ꝓparat inobedientia idolatrie. Sed obijcitur

ℨ hoc aꝝ.

Augustin⁹ Peccatū idolatrie ē maximū peccatū. qm̄ infidelitas est pctm̄ quo retento cetera retinētur vt dicit augustinus. vñ dicitur antonomastice pctm̄ in euangelio iohannis. si nō venissem et locutus eis nō fuissē peccatū nō haberēt. s. peccatū infidelitatis. ergo inobediētia

Secundo. nō est cōparabilis pctō infidelitatis: ergo male assimilatur inobedientia in predicta auctoritate pctō infidelitatis vel idolatrie. Itē quāto aliqd opus virtutis difficili⁹ ē: tāto et⁹ oppositū min⁹ malū. sz op⁹ obediē

Tertio. tie difficillimū ē: ḡ op⁹ inobediētie min⁹ malū: ḡ male comparat inobedientia pctō idolatrie. Itē cū dicit melior est obedientia q̄ victima. sic ꝓparat opus obediētie operi victime. aut igitur fit cōparatio scd̄m q̄ vtrūq; opus est formatū: aut scd̄m q̄ vtrūq; informe aut secundū q̄ alterū formatū reliquū informe. si primo modo: ergo vtrūq; eque meritorium est: ergo eq̄ bonū. nō ergo vnū melius alio. similis est obiectio si vtrūq; informe. si opus obedientie formatū et opus victime informe. Similit potest dici q̄ melior est victima q̄ obedientia. si opus victime sit formatum et

Solutō ad primum. opus inobedientie informe. Solutio. ad primū dicimus q̄ in detestatione inobediētie cōparat inobediētia peccato idolatrie sicut mos est in sacra scriptura. vnde in detestatione luxurie dicit apostolus. fornicatores et adulteros iudicabit de⁹. tamē multos alios

Ꝛ hoc p̄ gregorium. iudicabit grauius et puniet. Sed contra. gregorius plane dicit q̄ inobedientia cōparat idolatrie. vt de magnitudine pcti ostendat quid de laude obediētie

Solutio. sentiendū sit. Dicimus igit q̄ inobedientia dr esse similis idolatrie. quoniā inobediens inquantū inobediens respuit cultū dei cui ꝓprie debet obediētia. vñ

Ad rōnem in hoc assimilātur inobediens et idolatra. Ad illud quod querit vtrū fiat operū cōparatio. s. q̄ vtrūq; est opus formatū. dicimus q̄ sic. nec valet hec argumentatio. sunt eque meritoria: ergo eque bona. qm̄ possunt esse eque meritoria vite eterne: nō tamē eque bona in genere. sicut ex equali caritate dare centū marcas et dare vnū nūmū sunt eque meritoria vite eterne: tñ non sunt eque bona in genere. Est aūt obediētia melior q̄ victima quattuor de causis. prima ē qm̄ in obedientia mactat propria caro in victima aliena

Scda cā. Secunda est quoniā opus obedientie est spirituale. opus victime carnale. vñ opus obediētie magis assimilat nos deo. Tertia causa est quia obediētia est p

Tertia cā. Quarta cā petua victima tempalis. Quarta causa est scz casū in quo samuel dixit illō qd̄ p̄ceptū erat saul vt nichil reseruaret de p̄da amalech. ipse autē pinguissima animalia reseruaut ad sacrificandū. illi sine dubio melⁱ erat obedire q̄ cōtra preceptū sacrificare aialia.

¶ Q⁹ in moralibus nulla sit obedientia.
¶ Tertia questio huius capituli.

Aꝛ per gregorium. Sic obijcit. gregorius dicit in moralibus nulla est obediētia que habz aliquid de suo. sed obediētia Isaie aliquid habuit de suo qm̄ voluit mittī. inde anteq̄ mitteret dixit. ecce ego mitte me. ḡ nulla fuit illa obediētia: ḡ nō fuit meritoria. Sed cōtra.

In oppo⁹ ipse nō tuisset nisi missus fuisset. impleuit ergo preceptum. qz ex caritate. ergo habuit verā obedientiā

De obediē tia moysi. Similiter obijcit de obediētia moysi qui dixit. obsecro dñe mitte quē missurus es: nō sū eloquēs ab heri et nudiustertius et ex quo locutus es ad seruū tuū impeditioris et tardioris lingue sū. ḡ obediētia illa habuit aliquid de suo: qm̄ ipse moyses nolebat mitti. et sic videtur nulla fuisse illa obedientia. Eadē obiectio est de obediētia hieremie qui dixit. a. a. a. dñe deus ꝛc. Item gregor⁹ videt esse sibi contrarius q̄ dicit. nulla est obedientia que habet aliquid de suo.

Solutio. cuz dicitur nulla est obedientia que habet de suo aliquid: intelligendū est ī aduersis in quibus cui ī peratur inuitus ꝛ cū murmure et rancore īplet preceptum: sine dubio tūc nō ē ibi meritū obediētie. sicut sēper fuit in iudeis: qui tantū timore seruili implebant mandatum. sed in prosperis licet obediētiā habere aliquid de suo. sicut in obedientia ysaie contigit: qm̄ prosperū et bonū erat ire ad predicandū. vn de quasi suū erat velle ire. tñ fuit verus obediens qz iuit propter deū: et non iuisset nisi sibi preceptū fuisset. ī aliqbus ergo nulla ē obedientia que habet aliquid de suo: et in aliquibus aliqua ē obedientia que habet aliquid de suo. ꝛ sic gregorius non ē cōtrari⁹ sibi. Ad illud qō obicitur de moyse et hieremia. dicimus q̄ ipsi non recusabāt mitti aīo cōtradicendi: sz ex sola humilitate ꝛ hoc bonū erat: nec constabat eis deū esse perseueraturū in proposito mittendi. sed qm̄ consistit libenter terūt. vnde illoꝝ obedientia nichil habuit de suo. Sed videt secundū hoc q̄ diuerse sint

Ꝛ hoc aſ. species obediētie: qm̄ aliqua obediētia habet aliqd de suo aliqua nichil. ḡ aliqua obediētia habet aliqd de sui essētia qō nō habet alia. ḡ diuerse sūt species

Secundo. obedientie. Item. diuerse sunt species pietatis. vna in deū que dr theosebia: alia in proximū. ḡ similiter diuerse sunt species obediētie. vna qua tenet hō obedire deo. alia qua tenetur obedire plato. Itē. diuerse sunt species inobediētie. Quedā enim inobedientia ortū habet a superbia. sicut inobedientia eue quafuit inobediens comedēdo pomum vetitum. Quedam habet ortū ex amore proximi: sicut illa qua adā fuit inobediens comedendo pomū vetitum ne cōtristaret delitias suas: scilicet vxorē suam. Quedā habet ortum ex consideratione maioris boni. sicut illa qua fuit saul inobediens reseruando pinguia animalia amalech ad immolandū domino: iudicans illud melius esse q̄ omnia interfici. quod erat ei preceptum. Quedā habet ortū a necessitate: sicut illa qua fuit inobediens ionathas comedendo mel fame cogente. cuz saul precepisset q̄ nullus comederet ante

Tertio. multiplex. iobediētia vesperam. igitur cum plures sint species inobedientie: plures debēt esse species obediētie. Solutio. ad primū dicimus q̄ hec argumentatio non valet. Aliqua obedientia habet aliquid de suo qō non hz alia. ergo ꝛc. dicitur enī aliquid habere de suo propt aliquid annexū vl propter aliā causā: sicut contingebat in iudeis qui tantum timore seruili iplebāt mādatū

Solutō ad primum. Ad secundū dicimus q̄ diuerse sunt species pietatis qm̄ diuerse materie sunt. qm̄ propria materia pietatis in deū que ē diuinus est sūma bonitas. Materia vero pietatis que est in proximū. alia ē. s. mia proximi vel aliqd tale. Sed obediētia qua tenemur obedire deo: et illa qua tenemur obedire prelato eandē

Ad scd̄m. habent materiā. s. preceptū inquantum preceptū. et ideo non est simile. Ad instantiā dicimus q̄ nō oportet diuersas species obedientie esse: licet sint diuerse cause inobedientie: qm̄ ex diuersis causis bene pro

Adrationē ꝛ hoc. uenit idē effectus. vñ dicim⁹ q̄ inobedientia species est et habet vnū motū interiorē specialē. s. velle iplere preceptū. dato tñ q̄ inobedientia habeat diuersas

Aliter dr. species: nō ideo sequit q̄ obediētia habeat diuersas

ſpecies.qm̃ vna virtus ſpecialis habet duo vicia ſpecialia ſibi oppoſita. vt patet in largitate q̃ habz duo vicia oppoſita.ſcz auariciã et prodigalitatem.

¶Quibus obediendũ ſit et quibus non.

¶Quarta queſtio huius capituli.

Notandũ. QVeritur quibus obediendũ ſit et in quib⁹.Notandum q obediendũ eſt deo ⁊ prelatis ⁊ principibus terrenis. Sed dubiũ eſt in quibus precise tenemur obedire ꝓlatis. Similiter hoc ſic obicit.dñs vt in euangelio Sup cathedrã moyſi ſe.ſcri.et pha.oia quecũq; dixerint vobis facite:ſecũdũ vero opera eor nolite facere. Aut fit ſuppoſitio per hũc terminũ quecũq; pro preceptis dei tãtũ.aut pro illis et alijs.ſi tm̃ pro preceptis dei: ſed ad ea tenemur ſiue prelati precipiant ſiue nõ. ergo ſimiliter potuit dixiſſe quecũq; dixerit vobis iſte ruſtic⁹ facite.facta ſuppoſitiõe tm̃. ſi pro preceptis dei⁊ etiã pro quibuſdã alijs q̃ ptinẽt ad cathedrã: ſed ad cathedrã pertinet inũgere penitentiã et dare conſiliũ ad emendationẽ vite. ergo ſi epiſcopus p̃cipiat tibi vt intres clauſtrũ vl̃q portes cilicũ toto tempore vite tue teneris obedire ei ĩ hoc et hoc falſũ. Solutio. obediendũ eſt prelatis in oĩb⁹ que ptinẽt ad cathedrã. Sunt autẽ duo que ptinent ad cathedrã in quibus omẽs ſubditi tenent obedire prelatis.ſ.in preceptis dei:et in pceptiõe ſacramẽtor ecclesiaſticorũ.qm̃ ꝓlatus ſm q ꝓlat⁹ tenet exponere p̃cepta diuina. Labia enĩ ſacerdotis custodiũt ſciẽtiã ⁊ legẽ requirẽt ex ore eius. ſicut dicit in malachia.debet enĩ diſpenſare et diſtribuere ſubditis ſacramẽta eccleſiaſtica. Jn his ergo duob⁹ quilibz ſubdit⁹ tenetur obedire prelato claue non errante manifeſte.qm̃ ſi prelatus inũgat penitentiã que longe maior ſit q̃ cõdigna:nõ tenet ei obedire. Sz preter iſta que dicta ſunt in quibus prelato tenet obedire ſubditus: ſunt quedã ſpecialia in q̃bus minores prelati tenent obedire maiori prelato. ſicut ſi epiſcop⁹ precipiat ſacerdoti q excõmunicet iſtũ.ſacerdos tenet obedire epiſcopo. Sz querit poſito q epiſcopus p̃cipiat ſacerdoti q excõmunicet iſtũ et ſacerdos ſciat iſtũ eſſe innocentẽ et ſciat q epiſcopus excõmunicat iſtũ odio tm̃. querit vtrũ ſacerdos in hoc caſu tenet obedire eĩ. videtur q ſic. quoniam ſacerdotis nõ eſt cognoſcere vtrũ ſcientia ſuperioris ſit iuſta vel non. qm̃ ſi poſſet cognoſcere ſemp poſſet dicere prius cognoſcã vtrũ ſentẽtia ſit iuſta vel iniuſta.et ſic periret humana terarchia et humana obedientia. cum ergo ſacerdotis non ſit cognoſcere tenetur obedire epiſcopo. Sed contra .caſus decretalis eſt q ſi aliquis ſit cõiunctus alicui per matrimonium de facto: ſi poſtea ſciuerit matrimoniũ nullũ eſſe licet hoc nõ poſſit probari: ſi mulier petat debitum a marito maritus nõ debet ei reddere cũ ſciat matrimoniũ nullũ eẽ. qm̃ cotre cum illa eſſet ſibi tunc fornicari. et ſi eccleſia precipiat q reddat nõ tenet obedire eccleſie:imo prius debet pmittere ſe excõmunicari.qm̃ eccleſia precipit ei malũ ſcz fornicari. A ſimili cũ epiſcopus p̃cipiat ſacerdoti punire innocentẽ non tenet ei obedire ſacerdos. Jtẽ ſacerdos ſcit q iniuſtum ſit iuſtũ excõmunicari:⁊ ſcit q deus prohibet omne iniuſtũ:ergo ſcit q deꝰ prohibet contrariũ.ſed regula eſt q cũ duo ſuperiores precipiant cõtraria: maiori eſt obediẽdũ.ergo in hoc caſu ſacerdos debet obedire deo et nõ epiſcopo. Jtem excõmunicare innocentẽ malũ eſt in ſe. ergo ſacerdos nõ debet excõmunicare iſtũ innocentẽ.g̃ nõ tenet obedire epiſcopo p̃cipiẽti iſtud malũ. Solutio. Solutio. afiq; ſacerdos excõmunicet iſtũ debz intiare eꝑo innocẽtiã huius:ſz ſi eꝑs perſeueret ſine dubio ſacerdos tenetur et obedire.aliter periret obedientia humana.ſicut dictum eſt. Et notandũ q hec eſt ſimplicit vera: iuſtum eſt tuſtũ excõmunicari.et hec vera ſimplicit: tuſtũ ẽ ſacerdotẽ excõmunicare iſtum. tuſte enĩ excõmunicat:qm̃ ex obedientia q̃ eſt ſpecies iuſticie. Hec aũt duplex.ſacerdos tuſte excõmunicat iſtum. qm̃ ſi aduerbiũ determinet verbum in cõparatione ad rem nominatim: vera eſt.ſi in cõparatione ad rem accuſatiue:falſa eſt.qm̃ is ẽ ſenſus.ſacerdos excommunicat iſtum ex meritis hui⁹. Ad obiecta.dicimus q punire innocentẽ eſt malũ in ſe:ſed non ẽ malũ ſecundum ſe.qm̃ bene poteſt fieri.ſicut ipſe deus punit innocentes qñq;.Submerſit enĩ pueros ſodomitarũ q̃ erãt innocentes cum patribus eorũ.et hoc bene ⁊ miſeriter.quoniã ſi diuiviſſent:longe maiora ſupplicia meruiſſent. Per hoc patet ſolutio ad vltiõ obiectum. Ad primũ.dicimus q non eſt ſimile de caſu decretalis:qm̃ eccleſia precipit ibi quiddã quod ſcom ſe et in ſe ẽ malum.ſ.fornicari.ſed eꝑus non precipit malum ſecundũ ſe. Ad ſecundũ dicimus q nõ valet hec argumentatio. Sacerdos ſcit q iniuſtũ ẽ iuſtum excõmunicari:g̃ ſcit q deus precipit contrariũ. quoniã deus non precipit nec prohibet hoc.iuſticia vero nõ ẽ niſi reſpectu paſſionis. procedit ergo acſi iuſticia gẽt poſita reſpectu ſacerdotis. quod nõ eſt verũ. Jtẽ.ponatur q rex precipiat prefecto vel lictori ſuo aliquẽ ſuſpendere quẽ prepoſitus et lictor ſcit eẽ innocentme. queriturvtrum tenetur in hoc caſu obedire regi.videtur q ſic: qm̃ eius non eſt cognoſcere vtrum preceptũ regis ſit inſtũ vel iniuſtũ. ſicut pr⁹ dictum eſt de ſacerdote.et occidere hominẽ non ẽ ſecundũ ſe malum ſicut nec excõicare:imo multis prodeſt excõmunicari et occidi.g̃ tenetur obedire. Contra.preceptũ eſt in prouerbijs.Erue eos qui ducunt ad mortem.ſupple iniuſte.g̃ ſi iſte nõ eruit: facit cõtra preceptum iſtud.ergo peccat mortaliter ſi obediat.ergo non tenetur obedire. Jtem. ſi tenetur obedire eadẽ ratione minores iudei tenebantur obedire maioribus iudeis precipientibus occidere chriſtũ quẽ maiores iudei dicebant eſſe deſtructorẽ legis. g̃ minores iudei non peccauerunt occidendo chriſtuz. Si dicis minores iudei non erant ſubiecti maiorib⁹ quo ad puniendũ rebelles legi. Contra.ponat q fuerint ſubiecti quo ad hoc.ergo non peccauerunt occidendo chriſtum: cum eorũ non eẽt cognoſcere vtrũ chriſtus eſſet legis deſtructor. Solutio.dicimus ſicut prius dictũ eſt de ſacerdote. q prepoſitus vel lictor debet facere quod in ſe eſt:vt iſte innocens nõ interficiatur.ſed ſi rex perſeueret tenet obedire. Qđ patet per ſimile.qm̃ ſi aliquis quẽ ſacerdos ſuus ſcit eſſe in mortali petit euchariſtiã a ſuo ſacerdote ĩ loco priuato.non debet ei dare:quia ſcit q peccat mortaliter accipiẽdo.ſed ſi in loco publico corã tota parrochia peteret:debet ei dare.quia ſi negaret quodã modo eſſet proditor criminis et infringeret ſigillum confeſſionis.qđ nullo caſu: nulla coactione infringẽdum eſt.et hoc propter cõmunem vtilitatẽ.quia homines timerent cõfiteri peccata ſua:ſi licite poſſet infringi ſigillũ confeſſionis. Eodẽmodo in predicto caſu prepoſitus tenetur obedire regi propter cõmunẽ vtilitatẽ. qm̃ ſine ſubiectionibus et dñationibus nõ

Alia pertinent ad cathedram.

Alia ẽo in cidens.

Af q ſic.

Jn oppm

Secundo.

Tertio.

Jn oppm

Af q ſic.

Secundo.

Euaſio. ꝫ hoc af.

Solutio.

Similiter.

Eodẽ mõ i ꝓpoſito.

Solutio. duo ptinẽt ad cathedram.

Jn malachia.

Af primo. Secundo.

Ad primū. Ad illō de iudeis.

potest bono mō regi genus humanū. De eo qđ obici tur. Erue eos ꝛc. intelligēdū est si potest: ꝛ si non coherceris a maiori potestate. de minorib⁹ vero iudeis dicitur ꝙ nō tenebant obedire maioribus: imo tenebantur liberare christū. audierāt enī rumores de potestate diuina. s. ꝙ iesus resuscitauerat lazarū et multa alia miracula fecerat per que poterāt credere illū

Alia ḡo incidens

hominē esse deum. Sed posito ꝙ aliqui fuerint inter eos qui nichil sciuerūt de miraculis aut predicationi bus eius: q̄rit vtrū illi peccauerit mortalit interficiē

Aī ꝙ non.

do christū. videtur ꝙ nō per predicta. Sed contra. interficiunt filiū dei: dant ei alapas: cōspuūt ipsū. ergo

Solutō alii quorum. ꝫ hāc aī.

peccant. Ad hoc dicūt q̄dā ꝙ hec sola circunstātia ꝙ ille homo est filiꝰ dei facit ꝙ isti peccēt. Sed obiicit. hec circūstātia nō pōt cadere sub scientia eorū q̄tū in ipsis est. ignorantia eorum inuincibilis est q̄tū in ipsis est: ergo excusat eos a toto et tāto. nō ergo p illā

Solutō do ctoris.

circūstantiā peccant. Nos dicimꝰ ꝙ primo est impossibilis: q̄n nullomodo p̄misisset filiꝰ dei: ꝙ iudei penitus ignorantes in eū manus mitterent. vñ in euangelio dicit. Nemo misit manū in eū: qr nondū venit hora eius et nō placebat ei adhuc pati: quoniā oportebat adhuc p̄dicari iudeis: vt inexcusabiles essent. passus est itaq; quando voluit ꝛ crucifixus est q̄n voluit.

Alia ḡo incidens.

Itē ponat ꝙ prepositus p̄cipiat aliquē interfici innocentē et hoc sciat vniuersus populus. queritꝰ vtrū tenetur liberare eum. videtur ꝙ sic. q̄n preceptum est

Aī ꝙ sic

Erue eos. ꝛc. cōstat ꝙ populus potest liberare eum: ergo tenetur liberare eum. Contra. iste nō tenet liberare eū. q̄n nō potest: ꝫ nō peccat non liberando. similiter nec ille ꝛ sic de alijs. ergo nullus de populo

In oppm

peccat nō liberando. tamē populus peccat nō liberando. ergo aliquod pctū̄ est in populo: ita ꝙ ī nullo de

Solutio.

populo. qđ est impossibile. Solutio. si populus iste non habeat rēpublicā necvniuersitatē cōmunē constituat nō teneꝰ liberare istū: sed si habeat rēpublicā vel cōmunē teneꝰ liberare nisi coherceatur a maiori potestate. et licet iste per se nō tenetur liberare eū tñ iste teneꝰ colliberare et facere quod in se est: et si non

Alia ḡo incidens

facit peccat mortaliter. Itē queritur. si rex precipiat populo expugnare aliquē ꝛ populus scit ꝙ ille est innocens ꝛ ꝙ rex ex odio tantū precipit istū expugnari.

Solutio p distinctiōez

vtrū teneꝰ ei obedire in hoc. Ad hoc distinguēdi sūt diuersi casus. quoniā si iudicatū est ab illis quorū est in regno iudicare. s. a patrib⁹ ꝙ iste debet expugnari

Alia ḡo incidens

tunc teneꝰ populus obedire. si nō: nō teneꝰ. Itē queritur. si capitulū reuocet aliquē canonicū q̄ est in scolis: vtrū teneatur obedire. Ad hoc distinguendū est

Solutio p distinctiōez

ꝙ si nō sit de consuetudine ecclesie ꝙ fiat residētia in scolis: teneꝰ obedire vel prebendā dimittere. si vero

Adhuc distinguendū

consuetudo sit ecclesie ꝙ fiat residentia in scolis adhuc distinguendū est vtrū reuocetur pro cōmodo tē-

Subdistinctio.

porali vl̄ spirituali. si pro tempali: nō teneꝰ obedire. si pro spūali: adhuc distinguendū est vtrū timeat lapsū ille qui reuocat. q̄n si cōcanonici sui malt sint: cū ex quictu formenꝰ mores: si lapsū timeat ex cōsortio

Subdistinctio

eorū nō teneꝰ obedire. si autē nō timeat lapsū adhuc debet considerare vtrū illud cōmodū spūale maius sit pro quo reuocat: ꝙ illud quod ꝓsequitur ī scolis. si sic: teneꝰ. si non: non.

¶ In quibus tenemur obedire deo.

¶ Aliud capitulum.

Ulso in quibus tenemur obedire prelatis et superioribus nostris: videndū est in quibus tenemur seruire deo. vtrū sc̄z tenemur obedire deo precipienti cōtra legē naturalē. quod videtur. quoniā deꝰ precepit abrahe vt immolaret filium. quod erat cōtra legez nature. abraham fuit paratus facere istud. Circa questionē istā primo queritur. vtrū hoc fuit p̄ceptū. Immola michi isaac ꝛc. Secūdo. quantū potest extendi huiusmodi preceptum dei: qđ fit contra legem nature. Tertio. quid tenebatur facere abrahā ex illo precepto.

¶ Vtrum īmola ꝛc. fuit preceptum.

¶ Prima questio huius capituli.

Queritur vtrū hoc: immola ꝛc. fuit preceptum. probatur ꝙ nō. tam directe ꝙ indirecte. indirecte sic. si fuit preceptum: aut deus volebat istud aut non. Si sic. Contra. non fuit factum. ꝫ non volebat. si non volebat et precepit istud. ergo aliud habuit in ore: aliud in corde. ergo locutus est in ore et corde. ꝫ fuit duplex. hoc aūt impossibile. ergo illud fuit preceptum. Item. si deus precepit illud et tñ non volebat. ergo habuit aliquid in ore: et non in corde. ergo in illo fuit est: et non. ipse autē precipit in euangelio Sit sermo vester ē est. nō nō. ergo si istud de immolatione isaac fuit preceptum: precepit ergo deꝰ contra preceptum suū qđ ē in euangelio. qđ est impossibile. ergo istud non fuit preceptū. Forte dicit ꝙ quādo deus precepit istud: ꝙuis aliud habuit in ore aliud in corde: tñ nō fuit duplex. nec fuit in ipso ē. et nō. quoniam non precipiebat istud ad deceptionē. Sed contra. si aliquis asserit oppositū eiꝰ qđ se credit esse verū: duplex ē. siue asserat istud ad deceptionem siue nō. eadem ratione. si deus precepit istud ad deceptionem: siue non. Item. preceptum est signū voluntatis diuine. sed non est signū alicuius rei: nisi illius q̄ precipitur. ergo si deus precepit istud: voluit istō fieri. sed constat ꝙ non voluit istud fieri: ergo nō precepit istud. Item. abrahā īmolare filiū suū erat contra legē nature: ergo erat malū. sed deus nunq̄ precepit malū. ergo non precepit istud. Propt̄ hoc dicūt q̄dā ꝙ non fuit preceptū: sed forma precepti. Cōtra. super istō euāgelij de ceco nato. Vide nemini dixeris. dicit glosa. precipit taceri: quod tñ nō potuit abscondi. ꝫ precepit ibi deus aliquid: quod tñ nō voluit. ꝫ eadē ratione precepit isaac īmolari: et tñ non voluit istud. Si dicis ꝙ non est simile. q̄n tacere indifferens ē: sed īmolare isaac est malū. vnde non fuit preceptū. Contra. super istud ad hebre. Fide obtulit abrahā isaac. dicit glosa. nō erat contraria religio credentis: deuotioni operantis. promissionē tenebat pius pater ī corde: q̄n oportebat īpleri in eo quem iusserat dñs occidi. hoc expresse habetur ꝙ dñs precepit istud. Sed forte exponetur sic. iusserat. i. sub forma precepti proposuerat. Sed queritur. aut abraham ex illa forma precepti tenebatur aliqđ facere: aut nichil. Si aliqđ ergo sub illa forma erat aliquod preceptū. si nichil: ergo pro nichilo preparauit se ad istud. et tamē pro nichilo tribus diebus iuit ad montem moria. Item. si non fuit preceptum: aut hoc est quia istud erat malum: aut quia deus nonvoluit istud. Si qr malū. Cōtra. homines q̄nq; interficiuntur meritorie. dicit etiā ꝙ quidā rex precepit suspendi proprīū filiū: qr latro. et istud non fuit malum. ergo eadē ratione abrahaz potuit meritorie immolare filiū. ergo non erat tale malum propter quod nō posset esse preceptū. Si nō fuit preceptum: q̄n deus non voluit illud. Contra

Aī ꝙ sic.

Secundo.

Euasio.

ꝫ hāc aī.

Secundo.

Ad idem.

Opio aliquorum.

ꝫ hanc aī.

Euasio.

ꝫ hoc aī.

Euasio.

ꝫ hanc aī.

Secundo.

ꝫ aliud.

Dñi scienter ⁊ discrete ꝓcipiũt aliq̃ seruiẽtib⁹ suis ad ꝓbationẽ: q̃ tñ nolũt fieri. ideo qñ vidẽt fuiẽtes suos ꝓparari ad faciẽdũ ea: reuocãt mãdatũ. Similit de⁹ potuit ꝓcipere istud ad probationẽ: licz nollet istud fieri. nec tamen ꝓpter hoc fuit duplex. qđ cõceditur. Et nota q̃ istud nõ fuit preceptũ ad executionẽ: imo forma verborũ cõmunis fuit ad preceptũ qđ est ad probationẽ et preceptũ qđ est ad executionẽ. ⁊ quia sic cõmune fuit forma ꝓcipiendi nq̃ voluit de⁹ abrahã immolare filium suũ: sed voluit abrahã immolare filium: vel q̃ prepararet se ad immolandum. vnde statim post preparationẽ reuocauit mandatũ. multa tamen precepit deus ad executionẽ que nõ voluit fieri simpliciter: sed voluit quantũ in ipso est. sicut multa bona et honesta precepit de iudeis: que tamẽ ipsi non fecerũt. nec deus simpliciter voluit ea fieri: qñ si simpliciter voluissẽt facta fuissent. ℘patet ꝯ q̃ de⁹ nõ habuit aliud in corde: aliud ī ore. cũ ꝓceptũ istud nõ esset determinatũ ad executionẽ. vnde nõ fuit duplex nec fuit in ipso est et nõ. et sic patz solutio ad duo primo obiecta. Ad tertio obiectũ dicimus q̃ nõ est simile de assertione et preceptione. qñ assertio determinata est ad vnũ tantũ: sed preceptio cõmuniter se habet ad probationẽ et executionẽ. Ad quartũ dicim⁹ q̃ ꝓceptũ istud fuit signũ voluntatis diuine. nõ qua voluit abrahã immolare filiũ: sed qua voluit abrahã immolare vel preparare ad immolandũ. vñ hec cõditionalis est falsa. si deus ꝓcepit istud: voluit istud. quoniã nõ precepit ad executionẽ. Ad vltimo obiectũ dicimus q̃ abrahã immolare filiũ est malũ in se: sed nõ secundũ se. et dicitur malũ in se qđ nulla circũstãtia addita est malũ. sicut occidere hominẽ. qđ tamẽ fit bonũ ꝑ additionẽ bone circũstantie. Malũ secũdũ se dicit istud quod non potest fieri bonũ per aliquã circũstantiam quãtũlibz bonã. sicut fornicari cuilibet. abrahã immolare filiũ est malũ in se: tamẽ bonũ erat abrahe ꝑ circũstantiã obedientie ⁊ deus potuit ꝓcipere. et deus potuit: cũ nõ esset malũ secũdũ se. Ex hoc patet q̃ nõ valet hec argumẽtatio. Abrahã immolare filiũ erat in se malũ ⁊ deus precepit hoc: ergo deus ꝓcepit malũ. Sic obijcit. quãdo deus ꝓcipiebat hoc: aut erat bonum aut malũ. si malũ: ergo deus precipiebat malũ. si bonũ: ergo tunc erat ista falsa. Abrahã immolare filiũ est malũ. Itẽ deus non precepit nisi bonũ. ꝯ quãdo ꝓcipiebat istud: ipsũ erat bonũ. Itẽ adã comedere hoc pomũ fuit malũ nulla alia de causa nisi prohibitum. si ergo aliquid est malũ quia ꝓhibitũ tantũ: per locũ a cõtrarijs aliquid est bonũ q⁊ preceptũ tñ. igit abrahã immolare filiũ erat bonũ: quia ꝓceptũ. Si cõcedit. Cõtra. Sortẽ immolare filiũ erat contra legẽ nature: ergo abrahã interficere filiũ erat contra legẽ nature. idẽ enim est ius cuiuslibz patris ad filiũ suũ. sz sortẽ interficere filiũ suũ est ꝓtra legẽ nature: ergo abraham interficere filiũ suũ erat cõtra legẽ nature. ergo erat malũ. Itẽ deus volebat abrahã nõ immolare filiũ. sicut patuit ex post facto. sed non volebat nisi bonũ: ergo abrahã non immolare filiũ erat bonũ: ergo eius oppositũ erat malũ. cum bonũ non sit cõtrariũ bono vel oppositũ. Solutio. dicimus q̃ abrahã immolare filium suũ statim qñ preceptũ fuit: bonũ fuit et pro diuersis tẽporibus. Dicendũ est q̃ argumẽtatio illa nõ valet: ideo peccat scõm fallaciã vniuocatiõis. qñ ꝓcedit scõm diuersas ℘signationes tpis acsi esset vna. sed retorquendo oĩa verba ad idem tempus: ne cessaria est argumentatio. Concedimus igitur q̃ qñ preceptũ fuit: bonus fuit. Ad illud quod obicitur q̃ abrahã immolare filiũ erat contra legem nature. di stinguendũ. qñ ius naturale dupliciter dr. Quãdoq̃ dicitur ius naturale: qđ natura docuit oĩa aialia. et sic abraham immolare filiũ erat contra legẽ nature. sed secundũ hutus ius non est virtus neq̃ viciũ. ⁊ sic non sequitur q̃ abraham immolare filiũ esset malum. Quãdoq̃ ius naturale dr qđ natural' ratio dictat eẽ faciendum. et sic abrahã immolare filiũ non erat cõtra legem nature: imo secundũ legem nature. qñ naturalis ratio dictabat ei hoc esse faciendum. quia de⁹ preceperat istud. Ad aliud dicimus q̃ abraham non immolare filiũ negatio quedã est: et non erat bonus proprie ⁊ secundũ se: sed dicebatur bonũ ex adiũcto. sicut non peccare cũ nichil sit. non est bonũ proprie: sed ex adiuncto. s. qz adiacet virtuti dicitur bonũ. cuz dicatur q̃ bonum non est cõtrariũ bono: intelligitur de bonis que bona sunt proprie.

Ad tertiũ.

Ad ꝗrtum

Ad vltimũ

Malũ in se et malũ secundum se

Jterũ ar.

Secundo. Tertio.

Cõtra hoc

Ad idem.

Solutio.

Ad rõnem

Ad aliud.

Ad aliud.

¶Quantũ possit extẽdi preceptum dei.

¶Secunda questio huius capituli.

Queritur quantuz potest extendi preceptũ dei: scilicet vtrum potest precipere contra oĩa precepta decalogi. videtur q̃ sic. quoniã malus malũ est in se siue in genere occidere q̃ fornicari. sed deus precepit occidere: qñ precepit abrahã immolare filiũ: ꝯ potest precipere q̃ aliquis fornicetur. eadem ratiõe potẽt precipere contra totũ decalogũ. Si dicit q̃ nõ valet argumentatio. qñ occidere non ẽ malũ secũdũ se: vnde nullam difformitatem iportat. sed fornicari est secundũ se malus: vnde difformitatem importat. et ideo deus non potest illud precipere. Si ergo ꝓ precipere omnẽ actum qui non iportat difformitatẽ: etiã hoc cõstante q̃ filius dei incarnabitur. ergo manẽte eadẽ veritate deus ꝓt precipere illud. Sit ergo q̃ ꝓcipiat illud manẽte eadem veritate. inde sic. Abra. credidit filiũ dei nõ esse incarnandũ: et ex precepto dei. ergo meretur. Cõtra. credit oppositum articuli fidei: ergo demeretur. ꝯ eodem motu meretur et demeretur. quod est impossibile. Item in veteri lege precepit deus adulteram lapidari. in nouo testamento precipit oppositũ. ergo precipit contra legem suã. pari ratione potest precipere contra totum decalogũ. Solutio. ad hoc q̃ aliquis possit precipere aliquid alicui: oportet q̃ istũ nõ sit secundũ se malũ: et preterea q̃ recipiat recõpensationẽ. propter primũ nõ potest deus precipere q̃ aliquis fornicetur. quia fornicari importat difformitatem. Nec valet hec argumẽtatio. magis malũ est occidere q̃ fornicari: et deus potest precipere occidere: ergo et fornicari. quoniã ab eo qđ est occidere ẽ malicia separabilis. sed ab eo qđ est fornicari est insepa rabilis. Instantia. sortes est magis albus q̃ plato. et sortes potest fieri niger: ergo plato põt fieri niger. posito q̃ albedo nõ sit separabilis a pla. Propter secundũ deus non potuit precipere abrahe q̃ crederet filium dei non eẽ incarnandũ. quia huius mot⁹ nõ recipit recõpensationẽ: sed dãnũ. quia est ex interfectõe hominũ recipit recõpensationẽ. vt pz in interfectõe hẽticoz: ex qua accidit trãqlitas ⁊ mltiplicatio ecclesie. Similiter nõ potest precipere mihi deus nõ dili-

Ar q̃ sic.

Euasio.

ꝫ hoc ar.

Sz hoc est falsum.

Ad idem.

Solutio.

Ad rõnes. ꝓpter pmũ

ꝓpter scũz

nõ ꝫ mltos

gam ipsum. qz huiusmodi non recipit recõpẽsationẽ.

Ad vltimũ

Ad vltimũ dicimus q hec argumentatio non valet: deus p̃cipit actũ cõtrariũ actui quem precipit: ergo precipit cõtra legẽ suã. quoniã cũ virtus sit habitus immediate existens quo ad nos. secũdũ diuersos status aliquid aliqñ est preceptũ: aliquãdo nõ. et sicvn⁹ et idẽ actus aliquãdo est motus virtutis: aliqñ non. sicut si iste habeat mille marcas et videat homines valde indigentes tenetur dare. si depauperet nõ tenetur. Siliter in veteri lege p̃ceptũ est adulterã lapidari ad refrenandũ luxuriã iudeorũz qui timore seuiebant non ex amore: sed in nouo testamẽto in quo est copia gratiarũ que retinent et refrenant fideles non oportet huiusmodi preceptũ esse. Sed iterũ probat q deus potest precipere contra legẽ suã. quoniã preceptũ est in decalogo. Nõ cõcupisces vxorẽ proximi tui. sed deus potest p̃cipere alicui q cõcupiscat vxorẽ proximi sui. quod probat. quoniã multi boni viri habuerũt duas vxores: vt iacob et dauid. et hoc potuit deus p̃ciperc scz q iacob haberet plures vxores. ergo potest p̃cipere q vnus homo sit maritus duarum vxor simul. ergo potest p̃cipere ecõuerso q vna vxor sit duorũ maritorũ simul. ꝛ sic potest p̃cipere q aliqs concupiscat vxorẽ proximi sui. ergo põt precipere cõtra legẽ suam. Itẽ precepit filijs israel q asportarẽt vasa egyptiorũ: ergo precepit q cõtrectarẽt res alienas vel aliorũ: ergo p̃cepit furari: ergo precepit contra hoc preceptũ: Nõ furtũ facies. ergo precepit ꝛtra legẽ suã. Itẽ legit de beata magdalena q. xxx. ãnis fuit in heremo vbi fruebat colloqo angelorũ. ꝛ huiusmodi status cõtemplationis optimus est. ergo deus potest precipere huiusmodi statũ: ergo potest p̃cipere quicquid sequit ex eo. sed ex eo sequit nõ dare elemosinas: nõ facere opera actiue: ergo potest p̃cipere non dare elemosinas et huiusmodi. ergo põt precipere contra hoc preceptũ: Date elemosinã et omnia mũda sunt vobis. cũ igitur possit precipere cõtra p̃cepta affirmatiua ꝛ contra precepta prohibitiua: pt similit precipere cõtra legẽ suã. si conceditur. Contra. deus non precipit aliquid nisi quod facit ad hoc vt simus similes ei: et ipse non potest p̃cipere q simus dissimiles ei: ergo nõ potest p̃cipere cõtra legẽ suã. quod cõcedimus. Ad primo obiectũ dicim⁹ sicut dictũ est supra. q ad hoc q deus possit p̃cipere aliquid qđ ẽ in se malum oportet q istud recipiat recõpẽsationẽ. vnde dicimus q deus potuit p̃cipere q vnus homo haberet duas vxores. et multa alia mala. tamẽ hoc malũ recipit recõpẽsationẽ. quoniã ex hoc q vn⁹ homo habet multas vxores: genus humanũ multiplicatur ad cultum vnius dei. vnde deus potest p̃cipere istud. et non sequitur: ergo deus potest p̃cipere istud q duo mariti habeant vnã vxorẽ simul. quoniã per hoc nõ multiplicatur genus humanũ. sed per primũ multiplicatur. qñ plus potest vnus vir generare q̃ multe mulieres cõcipere. Ad secundũ dicimus q nõ valet. deus instit asportari vasa egiptiorũ: ergo iussit cõtrectare res alienas inuito dño. qñ egiptij nõ erãt domini illarũ rerũ quando asportabant. quia deus cui⁹ proprie sunt omnia trãstulerat dominiũ ab eis. vñ dicimus q deus non põt p̃cipere hoc cõplexũ cõtrectare res alienas inuito dño: quia est malum secundũ se licet forte nõ exprimat ad formitatẽ. sicut homo fm se est risibile licet non exprimat risibilitatẽ. Ad tertio obiectũ dicimus q alicui et in casu aliquo ꝓ loco et tẽpore potest deus precipere nõ dare elemosinas. qñ expedit aliquẽ sẽper eẽ in contẽplatione. et expedit aliquẽ semper esse i operibus actiue. et expedit aliquẽ esse i contẽplatione aliquãdo ꝛ in actione aliquando. precipiendo aũt hoc alicui non dare elemosinas ꝛc. non precipit cõtra hoc preceptũ: Date elemosinam ꝛc. precepta enim affirmatiua non obligãt ad semper.

De diuersitate tẽpoꝝ

Iterũ ar.

Secundo.

Tertio.

In oppom

Solutõ ad primum.

Ad secm.

Ad tertiũ.

¶ Querit ad qđ teneret abra. ex illo p̃cepto

¶ Tertia questio huius capituli.

Queritur ad quid teneretur abrahã ex illo p̃cepto. et primo vtrũ teneretur velle imolare. videtur q sic. quoniã tenebatur obedire. obedire aũt mentaliter est velle facere quod precipitur: qz precipitur. g abrahã tenebatur velle imolare: quia istud precipiebatur. Item. preceptũ erat ei imolare. ergo tenebatur imolare: et ex obedientia. sed obedientia nulla est: nisi sit voluntaria. ergo tenebatur voluntarie imolare. ergo tenebatur velle imolare. Contra. non tenebatur velle imolare: qz esset preceptũ probatiõis. si hoc esset preceptũ abrahe tantũ ad probationẽ et hoc sciret abrahã: non teneret velle imolare et tamen remaneret preceptũ. ergo preceptio nõ faciebat q teneretur velle imolare: nec alia causa erat quare teneretur. g simpliciter non tenebatur velle imolare. Itez. oẽ p̃ceptũ est preceptũ ad probationẽ vel executionẽ et ecõuerso. ergo si abra. tenebat velle imolare quia sciebat cẽ preceptũ: similiter si sciret esse preceptũ ad executionẽ vel probationẽ teneretur velle ꝛc. sed si sciret esse preceptũ tantũ ad probationẽ sciret esse preceptũ ad probationẽ vel executionẽ. ergo si sciret esse preceptũ ad probationẽ tantum teneretur velle imolare. et hoc falsũ. ergo ꝛ primum. Itẽ. abrahã dubitabat vtrũ istud esset ei preceptũ ad probationẽ vel executionẽ. sed dubia in meliorẽ partẽ sunt interpretanda. sed melius erat dim precipere hoc ad probationẽ q̃ ad executionẽ. ergo abrahã magis debebat credere hoc esse preceptũ ad probationẽ q̃ executionẽ. ergo non tenebatur velle imolare. Ad hoc potest dici q ex illo precepto nõ tenebat simplicit velle imolare: sz sub conditione. s. si nõ reuocaretur preceptũ. Nec valet hec argumẽtatio. tenebatur obedire: ergo tenebatur velle facere mandatũ. sed cum conditione predicta bene sequit. Similr patet solutio ad secundo obiectũ. non enim ex precepto tenetur aliquid velle simpliciter facere. simplicit maxime cũ aliquid graue et difficile precipitur. sz si scireturesse preceptũ ad executionẽ: teneret velle facere mandatum simpliciter. Sed contra hanc solutionẽ obicitur. deus precepit iudeis nõ mechari. non fornicari ꝛc. et ipsi tenebãtur velle nõ mechari ꝛc. qz preceptũ erat eis. cũ ergo preceptũ esset abrahe vt imolaret: tenebatur velle imolare simpliciter. quod concedunt quidã: dicẽtes ad primo obiectũ q abraham non poterat scire hoc esse preceptũ tantum ad precipiat aliquid alicui: cuius oppositum teneatur velle: vel ipsũ quod precipitur velle. Ad secundo obiectum dicimus: non est facile respondere quantum ad ipsos. qñ ipsi recipiũt hãc cõditionalẽ. si p̃ceptũ ẽ abrahe tñ ad ꝓbationẽ imolare filiũ: teneẽ velle imolare. sed abrahã sciebat bene illã consequẽtiã eẽ verã: ergo si sciret primũ sciret et vltimũ. ꝛ hoc ma-

Af q sic.

Secundo.

In oppom

Tertio.

Solutio.

per hoc ad primum.

Ad secm.

ꝫ hãc solutionẽ ar.

Opio aliquorum.

Dicunt ad primum.

Ad secm.

nifeſte falſum.ideo ſi ſciret iſtud eſſe p̄ceptū ad p̄=
bationem tantum:non teneretur velle iſtud.niſi di=
catur q̄ ſi abz̄aham ſciret p̄mum:duo contradicto=
rie oppoſita ſequerentur.et ita ſequeretur q̄ teneret
℈ hoc aī. velle et non teneretur velle.Sed contra.aut ſequūt
ex īpoſſibili quidlibet: aut naturali ꝯſequētia.ſi p̄i=
mo mō fiat petitio q̄ nō recipiat ꝯſequētia naturalis.
Si ergo dicat q̄ duo oppoſita ſequūtur naturali cō=
ſequentia.Contra.abz̄ahe eſt p̄ceptū tantū ad p̄ba
tionem īmolare filiū:et īmolare filiū erat quoddāve
rū inſolubile.ergo ſi deus re uelaſſet illud verū abz̄a
Secundo. he nō p̄opter hoc ſequerētur oppoſita.Preterea.ſi
rex frācie p̄ciperet aliquid alicui:ſufficeret regi ſi ille
vellet:tantū ſub conditiōe iſtud facere.ſcz ſub hac cō
ditione:ſi rex nō reuocaret p̄ceptū.ergo deo debet
ſufficere q̄ ſi p̄cipiat aliquid alicui: q̄ ille velit iſtud
facere ſub conditione.ſ.ſi non reuocatur mandatū.ℊ
hec conſequētia nō valet: ſi abz̄ahe p̄ceptū eſt īmola
Solutio. re:teneret velle ſimpliciter īmolare.Cui cōcedim⁹.
vnde p̄me ſolutioni adheremus.dicim⁹ tñ q̄ abz̄a=
ham non poterat ſcire iſtud eſſe p̄ceptū ſibi tātum
ad p̄ohibitionē.nō p̄opter impoſſibilitatē:ſed quo
niam nō cōgruit bonitati dei p̄cipere aliquid alicui
Ad aliud. quod nō debeatvelle.Ad illud qō obiectū eſt dicim⁹
q̄ non eſt ſimile.qm̄ deus p̄cepit iudeis id qō erat
ſcriptū in cordibus eorū.vnde tenebanturvelle iſtud
ſimpliciter:q̄uis nō eſſet p̄ceptū.ſed abz̄ahe p̄cipie
batur quoddā quod erat in ſe malum ſicut dictū eſt.
vnde non eſt ſimile.

¶Vtrū abz̄aham teneretur credere illud eſſe
p̄ceptum ſibi a deo.

¶Quarta queſtio huius capituli.

Af q̄ non. Queriturvtrū abz̄ahā teneretur credere iſtud eē
p̄ceptū ſibi a deo.videtur q̄ nō.dicit enī apo
ſtolus in principio ad gala.Licz̄ homo aut angel⁹ de
celo euāgelizauerit aliud q̄ accepiſtis:anathema ſit.
et intelligitur aliud quod eſt cōtra fidē vel cōtra bo=
nos mores.ſed iſtud quod p̄cipiebat bonus angel⁹
abz̄ahe erat cōtra bonos mores.quoniam interficere
hoīem eſt cōtra bonos mores.ergo abz̄ahā nō debe=
bat credere ei īmo potius debebat ipſū anathemati=
zare.et ita nō tenebat credere iſtud ſibi eſſe p̄ceptū
Secundo. a deo.Itē.angelus ſathane tranſſigurat ſe in angelū
lucis:ergo abz̄ahā neſciebatvtrū ille āgelus eſſet an=
gel⁹ lucis vel āgelus tenebrarū.nullo enī ſigno pote
rat diſcernere.ℊ nō tenebat ei credere:ℊ non tenebat
Solutō ad credere iſtud eſſe p̄ceptū ſibi a deo. Solutio.dicim⁹
p̄mum. q̄ tenebat credere iſtud eſſe p̄ceptū a deo: nec illō
Ad ſcōm erat ꝯtra bonos mores:qz nō erat malū ſcōm ſe.Ad
ſcō obiectū dicim⁹ q̄ abz̄ahā bene ſciuit angelū illū
eſſe bonū āgelū.quontā habebat donū quod dicitur
diſcretio ſpirituū. quod donū habuit beat⁹ martin⁹
quontā dixit diabolo:ieſuz purpuratū nō adoro.ſed
quo ſigno diſcernatur bonus a malo.nos neſcim⁹: ſz
℈ p̄dicta aī qui habent donū p̄dictū bene ſciunt. Itē.Anſelm⁹
ſuper geneſim dixit.Laudand⁹ erat abz̄aham in con=
ſtantia immolandi et fide ſuſcitandi. ⁊ ſumit ibi con=
ſtantia immolandi p̄o voluntate immolandi. ergo
laudandus erat p̄o voluntate immolandi:ergo vo=
Secundo. lebat immolare.et dictū eſt q̄ non. Item videtur q̄
non eſſet laudādus in hoc.quontā ſi aliquis traderet
aliquā pecuniā alī certus q̄ ſtatim rehaberet:nō eēt
laudandus in hoc. ergo cum abz̄aham vehementer
crederet filiū ſuū eſſe ſuſcitādū nō erat laudādus p̄o
voluntate immolādi. Solutio.ad p̄imum dicimus Solutō ad
q̄ abz̄ahā laudandus erat p̄o voluntate īmolandi. p̄imū.
nec ſequitur q̄ vellet ſimpliciter īmolare:ſed ſub cō
ditiōe.p̄o quavoluntate conditionali laudād⁹ erat.
Ad ſecundū dicimus q̄ aliquo caſu laudādus eſſet q̄ Ad ſcōm.
traderet pecuniā ſuā alī:lz ſciret ſe rehabituꝝ illā.ſi
cut ſi traderet credens ſolū verbo illius cui traditur.
ſed ſi gratis traderet ſine ſpe rehabendi: tunc maxie
eſſet laudandus.Sed iterū queritur.cū abz̄ahā non q̄o īcidens.
p̄epararet ſe ad īmolandū filiū ſine ſpe rehabendi.
īmo cum certa ſpe rehabendi:quare ita ſumme lau=
datur.dicitur enī de ipſo.Senex fidelis:prima credē
di vī eſt.Ad hoc dicimus q̄ ſūme laudandus fuit: Solutio.
quontā credidit deū eſſe omnipotentē et veracē.cre=
didit enī deū poſſe ſuſcitare filiū ſuū. quod inauditū
erat in tēpore ſuo q̄ de⁹ aliquē ſuſcitaſſet. Itē.ſum=
me laudandus fuit:quia filiū ſuū vnigenitū quē dili=
gebatvoluit īmolare.Sz ſecundū hoc videtur q̄ ma ℈ hoc aī.
gis laudandus fuit ſanſon:q̄ abz̄ahā. quontā maius
fecit.quontā maius eſt interficere ſeipſū: q̄ filiū ſuū.
queritur igī quare ſcriptura non laudat ſanſonē: ſz tā=
tum excuſat.Solutio.Facere aliquid inſtinctu ſpirī= Solutio.
tuſſancti multipliciter dicitur:quontā vel ſpiritu ſan
cto monente et iubente:vel ſpiritu ſancto monente.
Primo modo voluit abz̄ahā īmolare filiū ſuū inſtin
tu ſpirituſſancti.quontā ſpirituſſanctus p̄cepit ei ⁊
monuit eū.Secundo modo voluit ſanſon interfice=
re ſe:⁊ interficere inſtinctu ſpirituſſancti. quontā ſpi
rituſſanctus monuit ipſuz ad hoc.vnde illa actio pl⁹
fuit ſpirituſſācti: q̄ ſanſonis.vnde nōvalde laudat eū
ſacra ſcriptura ī hoc facto:ſed excuſat.ſicut nō laudat
aſina balaam:quia locuta fuit.quontā illa locutio nō
fuit p̄opꝛie illius:ſed angeli qui mouit os eius. ve=
rum eſt tamen q̄ ſanſō meruit interficiēdo ſe ⁊ alios.
et ad iſtud mouit eū ſpirituſſanctus:p̄opter ſignifi=
cationē.quontā ſanſon interp̄etatur ſol eorū:⁊ ſigni
ficat in actu ſuo chriſtū.quontā ſanſon interficiēdo ſe
interfecit īmicos ſuos.ſ.philiſteos:ita xp̄s interficiē
do ſe interfecit philiſteos ſpirituales.ſ.demōes. Per per hoc pz
hoc pz quare abz̄ahā maxie laudat:ſāſon nō. Ad illō reſpōſio.
quod dixim⁹ ſup̄a.ſ.q̄ abz̄ahā nō tenebatur ſimpli
citer velle īmolare:ſed ſub conditione:videtur face=
re textus geñ.quontā iſaac querenti vbi eſt victima
olocauſti.reſpondit abz̄ahā.deus ſibi p̄ouidebit vi
ctimā olocauſti. videtur ergo q̄ ipe aliquomō cre= Arguit cō=
deret deum eſſe reuocaturū illud mandatū: et ita nō tra dicta.
volebat ipſum ſimpliciter īmolare:ergo nec tenebat
ſimpliciter velle īmolare.ſed arripuit gladiū: tūc vo
luit ſimpliciter īmolare.Sed obicitur ſicut p̄i⁹. cuz Iterū aī.
dubia interp̄etanda ſint in meliorē partē:et abz̄ahā
dubitaret an illud eſſet p̄ceptum ad p̄obationem
vel ad executionē:debuit ergo nō velle īmolare.So Solutio.
lutio.ſine dubio dubia ſunt interp̄etanda in melio=
rem partem ipſi eligenti.et īmolare filiū meltus erat
abz̄ahe q̄ nō immolare: quontā erat ei p̄ceptum.
vnde tenebatur velle īmolare:vel ſimpliciter vl̄ ſub
ditiōe:vel ſimpliciter.Dīto q̄ abz̄ahā tenebat velle Alia q̄o in
immolare:et tenebatur credere illud eē ſibi p̄cep= cidens.
tum:queriturvtrū teneret īmolare.videt q̄ non.qm̄ Af q̄ non.
p̄ceptū fuit ceco illumīato vt nemī diceret.tū ipe vbi
q̄ diffamauit:nec peccauit ex hoc. ℊ non tenebatur
tacere licet eēt p̄ceptū ei.eadē ratione abz̄a. nō te=
nebatur īmolare q̄uis eſſet p̄ceptū ſibi. Itē. p̄ceptū Secundo.
fuit filīs iſrael q̄ null⁹ duceret vxorē de alienigenis:

sãson autẽ duxit vxorẽ de philisteis et non peccauit. ergo nõ tenebaꝫ obseruare istud preceptũ. endẽ rõne abra. non tenebatur ĩmolare q̃uis ei preceptũ fuisset

Tertio. Item preceptũ fuit iosue q̃ quicũq; acciperet de spolijs iericho igne cõbureretur. et achor deprehensus fuit accepisse. nec tamẽ fuit cõbustus igne: sed lapidatus. et non peccauit ex hoc iosue: ergo nõ tenebaꝫ eũ cõburere igne: licet preceptũ ei fuisset. ergo nec abra

Solutio. ham tenebatur ĩmolare. Solutio. dicim⁹ q̃ tenebaꝫ

Ad rõnem Ad istud qđ obijciꝫ de ceco nato: dicimus q̃ mãdatũ illud fuit reuocatũ a spiritu sancto. vnde glo. dicit super locũ illũ. iustũ iusto est cõtrariũ. quoniã iustũ est tacere quod preceptũ est: ꝛ iustũ est predicare. Ad lau

ꝫ hoc aꝫ. dem dei. Sed secundũ hoc videꝫ q̃ cũ omne iustũ sit bonũ. q̃ bonũ sit cõtrariũ bono qđ supra negatũ est:

Solutio. et nos dicimus q̃ pro diuersis temporib⁹ dictum est hoc iustũ iusto est cõtrariũ. quoniã iustũ erat tacere anteq̃ preceptũ esset reuocatũ et iustũ fuit diffamare siue manifestare post reuocationẽ mandati. similiter pro diuersis temporibus bonũ fuit abrahã immolare filiũ et abra. non ĩmolare filiũ: habito enĩ respectu ad circũstantiã precepti et manente illa circunstantia abra. immolare filiũ nõ poterat nisi bene fieri. et ita

Ad scũm. erat bonũ simpliciter. Ad secundo obiectũ de sãsone dicimus q̃ istud mandatũ fuit reuocatũ ad significãdũ q̃ christus erat relictur⁹ synagogã et copulatur⁹

Ad tertiũ. sibi ecclesiã de gentibus. Ad tertio obiectũ dicimus

Alia q̃o in cidens. q̃ cõbustio ignis sũpta ẽ ibi p q̃libet pena. Posthea queritur quare apostolus dicit fide obtinuit abrahe

Arguitur. isaac. cũ motus ille siue voluntas ĩmolandi fuerit ex

Secundo. obedientia ad preceptũ: et ita non ex fide. Itẽ probatur q̃ ex caritate obtulit. quoniã propter hoc voluit

Solutio. immolare filiũ: quia plus diligebat deũ q̃ filiũ. Solutio. voluntas illa immolandi fuit ex obedientia ad preceptũ et ex caritate impante: sed ex fide fuit tanq̃ mouente et inclinãte. quoniã hylariter et sine oĩ angustia mentis voluit abra. ĩmolare filiũ: et hoc erat ex fide: propter hoc apostolus magis attribuit hunc motum fidei q̃ alij virtuti.

¶ De latria et dulia ꝛ primo quid latria.

¶ Aliud capitulum.

Dicto de specie iusticie qua tenemur superioribus nostris. s. deo prelatis pricipib⁹. que spes vocaꝫ obedientia. dicendũ ẽ de specie iusticie q̃ tenemur honorare deũ. que grece vocaꝫ latria vel latriosis. latine potest vocari religio que est species iusticie vt dicit tullius. latria est cultus soli deo debit⁹ et exhibitus vel exhibẽd⁹. dulia est honor debitus creatu-

Prima q̃o re. In questione ista primo queriꝫ quid sit latria. secundo de differentia latrie ꝛ dulie. tertio vtrũ idolatria sit latria. quarto quo honore honoranda sit hũanitas christi et ipse christus. quinto vtrũ aliquis põt sine peccato exhibere latriã alicui creature per ignorantiã. sexto de quantitate illi⁹ pctĩ qđ dicit idolatria

¶ Utrum latria sit virtus.

Arca primũ queriꝫ vtrũ latria sit virtus. videtur

Aꝫ q̃ sic. q̃ sic. qm̃ adorare deũ est motus meritor⁹. hoc constat: ergo est motus virtutis: sed nõ est motus nisi

Secundo. latrie. ergo latria est virtus. Itẽ preceptũ est: dominum deũ tuũ adorabis et illi soli seruies. ergo adorare deũ ẽ i precepto. similiter honorare patrẽ ꝛ matrẽ est in p̃cepto. et non intelligiꝫ tantũ de patre carnali immo de spirituali. ergo honorare deum est in precepto. qm̃ de⁹ est pater spũalis: sed sol⁹ mot⁹ virtutis est i precepto: ergo adorare siue honorare deum est motus virtutis: sz nõ est mot⁹ nisi latrie. ꝯ latria est virtus.

Opio aliquorum. Qđ concedunt quidã dicentes latriã non eẽ specialẽ virtutem: sed generalem ad fidem/spem/caritatẽ. et sic de alijs. et q̃ ita sit: probatur multis modis.

Prima probatio. Primo sic. quia credere prime veritati propter se et super oĩa: est honorare primã veritatez propter se et super oĩa: sed huiusmodi honorare est motus fidei. ergo mot⁹ fidei est motus latrie. similiter mot⁹ spei est motus latrie. quoniã sperare in primã largitatem propter se et super oĩa: est honorare primã largitatem propter se et super oĩa. Similiter diligere primã bontatẽ ꝛc. et ita motus cuiuslibet virtutis ẽ motus latrie. ergo latria est virtus generalis. Item

Scda probatio. super istud. dñm deũ tuũ adorabis et illi soli seruies dicit glosa. seruies seruitute que est latriosis siue latria. ergo latria idem est q̃ seruitus dei: sed qualibet virtute seruimus deo. ergo quelibet virtus est latria

Tertio. Item. honorare deũ motu latrie est preponere deuz omnibus: et hoc fit motu caritatis. ergo caritas ẽ latria: et similiter alie virtutes. ergo latria est generalis. Si conceditur: probatur q̃ sit specialis virt⁹: q̃

In oppom credere prime veritate propter se ꝛ super oĩa. ẽ motus specialis virtut⁹. s. fidei. similiter sperare aliquid a prima largitate propter se et super oĩa: est motus virtutis. s. spei. similiter diligere ꝛc. similiter timere primã potentiã ẽ motus specialis virtutis. s. timoris. ergo honorare primã paternitatem propter se ꝛ super oĩa est motus specialis virtutis. eadẽ ratiõe debetur enĩ proprie honor patri: sicut dñs dicit p matheuz. Si ego sum pater: vbi honor meus. sed huius modi honorare non est motus: nisi latrie. ergo latria est specialis virtutis. Itẽ. licet facere quod precipitur non sit specialis motus alicuius virtutis: tamẽ velle facere quod precipitur est specialis motus alicuiꝰ virtutis. s. obedientie. eadẽ ratione: licet honorare deũ non sit specialis motus: tamen velle honorare deum est specialis motus virtutis alicuius: non nisi latrie. ergo latria habet specialẽ motũ. ergo ẽ specialis virtus. Itẽ. si quelibet virtus est latria. ergo omneviciũ est idolatria per locum a cõtrarijs. ergo quilibet existens in peccato mortali: ẽ idolatra. sumpto idolatra stricte: ꝛ hoc falsũ est manifeste. quoniã fideles sũt in mortali: ꝛ tamen non sunt idolatre: cum sũt fideles.

Ad idem. Forte dicũt q̃ latria ẽ specialis virtus. s. reuerentia: siue timor reuerentie: sicut dicitur in principio eccle. Timor dñi scientie religiositas. Sed contra. augu. dicit. q̃ sapiẽtia ẽ theosebia. et latria idem ẽ q̃ theosebia. ergo latria est sapientia. non ergo reuerentia: vel timor. Itẽ omnis idolatra inquantum idolatra est infidelis. ergo idolatra inquantum idolatra est infidelitas. ergo latria inquantũ latria est fides. ergo non est reuerentia vel timor. Itẽ. si latria est idem q̃ reuerentia cum reuerentia moueatur anima in deum immediate. latria mouetur in deum ĩmediate. sed omnis virtus qua mouetur ĩmediate anima in deum est theologica. ergo latria ẽ virtus theologica. nõ ergo sunt tantum tres virtutes theologice.

Solutio. Solutio. notandum q̃ latria proprie est professio maiestatis diuine: vt non solũ appelleꝫ maiestas diuina magnitudo dei qua replet totũ mũdũ. qua etiã repleret infinitos mundos si essent. sed etiã vocetur maiestas diuina summa eius bonitas: sũma potẽtia:

summū dominū.ꝛ sic de alijs.Et est ibi professio triplex.s.corde/ore/opere.corde ꝓfitemur diuinā maiestatē.per fidē et sapientiā credendo deū esse sūme potentie:sūme bonū.ꝛ sic de alijs. Ore ꝓfitemur diuinam maiestatem orando deū vt fontem oīm bonoꝝ. Opere ꝓfitemur sacrificādo/genuflectēdo ꝛ sillibus. vnde latria cōprehendit q̄nq;.s.fidē/sapientiā/reuerētiam/sacrificiū/orationē. per hoc patet q̄ latria nec ē specialis virtus nec est gñalis ad oēs virtutes.Sic enī omne vicīū esset idolatria:sed est spēs virtutis habens sub se multas species. vnde ad omēs predictas obiectiões: qꝛ per quasdā probatur latria esse gñalis virtꝰ ad oēs alias virtutes.ꝑ alias ꝓbatur esse spālis Respondendū est ad primo obiectū.Dicimus q̄ hec est falsa.Credere prime veritati ꝓpter se ꝛ super oīa est honorare primā veritatē ꝛc. scōm q̄ honorare est motus latrie.Similiter est falsa. diligere primā bonitatē propter se et super oīa est honorare primā bonitatē ꝛc.prout honorare est motus latrie. quoniam hmōi honorare idē est q̄ protestatio deū esse summe bonū.ꝛ huiusmodi ꝓtestari nō est diligere deū super oīa nec etiā ꝑ̄s ad tp̄m.q̄m si aliquis diligit aliquid sup oīa.non ꝓpter hoc protestatur illud esse summū bonū. sicut auarus diligit pecuniā super oīa:non tñ profiteꝛ pecuniā esse sūmū bonū. ideo bñ scit q̄ non est sūmū bonū. Patet igitur q̄ honorare prout est motus latrie nō est idē q̄ credere vel diligere.ꝛ sic soluitur ad primū per interēptionē. Ad scōo obiectū dicimꝰ q̄ qualibet virtute seruimus deo:sed nō virtute q̄ est latriosis vel latria.q̄m nō qualibet virtute ꝓfitemur maiestatē diuinā.sicut dictum est.Ad tertio obiectū dicimus q̄ honorare deū prout est motus latrie non est idem q̄ preponere deū oībus. sed hmōi preponere seq̄tur ad hmōi honorare.Soluendum est igit̄ per interemptionē. Solute sūt igit̄ obiectiones ꝑ quas ostēdebat̄ q̄ quelibet virtꝰ esset latria.Nūc soluēde sūt obiectiones ꝑ quas ostendebat̄ q̄ latria esset spālis virtus.Ad primo obiectū dicimꝰ q̄ hec argumētatio nō vz. Credere p̄me veritati propter se et super oīa est motus spālis virtutis.ſ. fidei Similiter sperare ꝛc. Similiter diligere. ꝙ eadē ratione.honorare primā paternitatē ꝛc.nec est iste locꝰ a simili. q̄m honorare quod est motus latrie nō se hz solū ad primā paternitatē: sz etiā ad primā bonitatē et primū dominū.vnde sicut dñs dicit. Si ego sū pater vbi honor meꝰ.vñ prima paternitas nō est ꝓprius finis huius actus:sed primaveritas est finis proprius motus fidei. Ad scōo obiectū dicimus q̄ non est sile quod inducitur pro simili.q̄m facere qđ precipit̄ non est coartatū contra aliquā virtutē. vel etiā generaliter contra virtutē:qꝛ excedit metas virtutū:quia pōt precipi indifferens.sicut dñs precepit malū in genere sicut precepit dñs abrahe. propter hoc generale facere qđ precepit in hac ratiōe est quiddā contra qđ habet consistere laus in se si debite fiat. ideo velle istud est motus specialis virtutis.sed honorare nō excedit metas virtutū. tamen gñale est ad quasdā virtutes. Ideo velle honorare similiter generale est ad easdez virtutes.scōm q̄ velle accipitur pro appetere vel desiderare.ꝛ respicit hoc verbū honorare pro motibus interioribus quibus proprie honoratur deus.Sed si verbum volēdi respiciat honorē in generali vt teneatur pro motu singulari quo aliqs vult honorare deū in generali. tale velle est motꝰ virtutis que habet generale imperiū supra virtutes.scilicet fidei vel caritatis quo aliquis proponit honorare deum siue eligit per discretionem vt per illud veniat ad summū bonū sed secundum q̄ velle accipitur pro appetere caritatis est tantū desiderantis istud in ratione boni.consimili modo oportet dicere de eo quod est velle facere opera virtutis vel velle facere opus iusticie.secundum q̄ velle cadit super tale volitū gñale.quod cōe est.tamen coartatū ad opera multarū virtutum. q̄m tale velle est illius virtutis que habet generale imperiū super alias virtutes.ſ.fidei vel caritatis.vt dictū est. Ad tertio obiectū patet solutio.q̄m non quelibet virtus est latria. Ad auctoritatē tullij que dicit q̄ religio est species iusticie.et ita latria que idem q̄ religio est specialis virtus. Dicimus q̄ latria secūdū catholicum plus cōprehendit q̄ religio scōm philosophos. quoniā philosophi non attigerūt fidem vel sapientiā dei. vnde religio scōm ipsos nō cōprehēdit nisi reuerentiā quā debemus deo:et sacrificiū et orationem.ꝛ sic verum est q̄ religio est specialis virtus non tamen latria propter hoc est specialis virtꝰ:quia plus comprehēdit. Ad istud quod obicitur q̄ latria est reuerentia. bene concedimus de quadam latria: sed non de omni. Et similiter latria est sapientia: sed non omnis latria. Unde ex indiffinitis fit illa argumentatio. de hac autem propositione.Omnis idolatra inquantum idolatra est infidelis. Dicimus q̄ duplex est. quoniam hec vox inquantum potest notare causam formalem. et sic falsa. Non enim forma idolatre: sed idolatria est forma infidelis .ſ. infidelitas. vel potest notare quasi comitātiā proprie dispositionis ad ꝓprium subiectum:et sic vera.sed ex hoc nō seq̄tur q̄ idolatra sit infidelis: sicut non sequitur homo inquantū homo ē risibile:non tñ humanitas est risibilitas.vel sic.triangulus inquātū triangulus habet tres angulos ꝛc.ergo triangulo est habitus ꝛ.a.ꝛc. Ad vltimo obiectum dicimus q̄ hec ē falsa . anima reuerentia mouetur immediate in deū non enī aīa q̄ reuerentiā mouetur in deū:sed potius a deo. Est enī reuerentia resilitio ab altitudine dei in ꝓprīā paruitatem sicut in apocalipsi dicitur.precedebāt.xxiiij.seniores añ sedentē in throno . dicimus ergo q̄ latria non ē virtꝰ theologica nec per illā mouetur immediate in deū ad minus secundū quattuor primas species.vtrū aūt oīone moueatur in deū immediate.determinabitur q̄n de oratione dicetur.dictū ē q̄ fides est latria:et sapientia ē latria.Sed contra.sicut caritas se habet ad opera bona exteriora. sic fides et sapientia ad exteriores donationes veritatis.sed caritas nō facit bona opera exteriora nisi mediante alia virtute ergo fides et sapiētia nō facīt donationes exteriores veritatis nisi mediāte alia virtute . sed professio exterior maiestatis diuine ē exterior donatio veritatis.ergo fides et sapientia non faciunt profiteri exterius maiestatē diuinā nisi mediante alia virtute:ꝛ illa alia virtus est latria.ergo fides non ē latria nec sapientia est latria. Item. profiteri exterius maiestatem diuinam cū hoc sit instruere proximum opus est misericordie:non ergo fidei vel sapientie : est autem opus latrie.ergo fides non est latria : nec sapientia est latria . Solutio . Duplex est latria:scilicet interior et exterior. Fides et sapientia sunt

In latria quinq; sūt.

Resolutio doctoris.

Ad omnes rōnes.

Ad primū

Ad scōm

Ad tertiū.

Ad primū in cōtrariū.

Ad scōm.

Ad tertiū.

Ad auctoritatem.

Ad aliud.

Hec est duplex.

Exemplū.

Ad vltimū

Reuerētia quid est.

ꝛ p̄dicta ar

Secundo.

latria interior et nõ exterior. vnde bene concedim⁹ q̃ fides et sapiẽtia non faciũt profiteri exteri⁹ maiestatẽ diuinã nisi mediãte alia virtute. s. latria exteriori. et ex hoc nõ seq̃tur: ḡ sapiẽtia non est latria. sed sequit ergo sapiẽtia non est latria exterior. Consistit aũt latria exterior in professione exteriori sũme potẽtie: sũme bonitatis. ⁊ sic de alijs. sicut cãtat eccla Laudamus te. ⁊ hoc est cõe ad laudẽ interiorẽ ⁊ exteriorẽ. benedicim⁹ te. i. bona dicimus de te. adoramus te. i. humiliãdo nos altitudini tue oram⁹ te. glorificamus te. i. pfitemur te esse fontẽ oim bonor. ⁊ hec latria exterior alia est q̃ latria interior. qm̃ habet suam ppriã difficultatẽ et suas circũstãtias pprias. Nã enĩ semp et vbiq̃ profitẽda est exterius diuina maiestas neq̃ semp et vbiq̃ predicãdũ est. qm̃ vt dicit salo. est tẽpus loq̃ndi. Sz adhuc põt videri alicui q̃ latria sit specialis virt⁹. qm̃ diligere deũ sup oĩa est honorare deũ. ⁊ id videt de motibus aliar virtutũ: ḡ honorare deũ est cõe ad oẽs motus oĩm virtutũ. et excedit: qz extẽdit se ad opa consilij q̃ non sũt de necessitate motus virtutũ. ḡ per predicta latria est spãlis virt⁹. Ad hoc soluẽdũ est p interemptionẽ prime. qz hec est falsa ppria loq̃ndo: diligere deũ super oĩa est honorare deũ. sicut hec est falsa. Mgr̃ verberãs discipulũ dicit ipm esse subiectũ sibi. non enĩ ppria dicit ipz esse subiectum sibi: sed solo facto ostendit ita esse. Similiter diligens deũ sup oĩa non ppria profiteť vel honorat deũ: sed ipo facto ostendit esse honorandũ.

Latria exterior.

Jtez aꝝ.

Solutio.

¶ De differentia latrie et dulie.

¶ Secunda questio huius capituli.

Aꝝ q̃ sic.

QUeritur vtrũ idẽ sit latria ⁊ dulia. videtur q̃ sic qm̃ idẽ est q̃ amor dei et ꝓximi. sumpto amore pro habitu: ergo a simili idẽ est honor quo honorať proximus. sũpto honore pro habitu. sed honor quo honorat deus est latria: honor quo honorať proximus est dulia. ḡ idẽ est latria ⁊ dulia. Jtẽ. quia in proximo non diligiť nisi deus aut similitudo dei. ꝓpter hoc eadẽ ẽ dilectio qua diligiť deus et proximus. ḡ eadem ratione: quia in proximo non honorať nisi deus vel similitudo dei. propter hoc idẽ debet esse honor quo honorať deus ⁊ quo honoratur proximus: ergo vt prius. Jtẽ. flectimus genua ante crucifixũ et flectim⁹ genua ante p̃latũ: ⁊ eadẽ est genuflectio. saltẽ in specie. sed illa genuflectio est honor quo honorať deus ⁊ quo honoratur p̃latus: ergo idẽ ẽ honor in specie q̃ honorať de⁹ ⁊ q̃ honorať p̃lat⁹: ḡ idẽ est latria et dulia. Solutio. Ad p̃mũ dicim⁹ q̃ nõ est simle. et hoc est qz virtus aut est volũtas aut nõ est simle. et hoc est qz virtus aut est volũtas aut nõ sine volũtate. vnde cũ idẽ sit volitũ proprie amore dei et amore proximi. s. deus eadẽ est dilectio dei ⁊ proximi. Sed in honore dei et proximi non est idẽ proprie honoratũ. qm̃ in honore proximi proprie honoratur proximus q̃ est imago dei. licet honorẽť propter deũ. Sed vt dicit aug. in ꝓmo non diligiť nisi deus. i. nõ desiderať. pz ḡ q̃ nõ est simile: qz diligere deũ nõ est nisi velle sũmũ bonũ deo. diligere ꝓmũ est velle sũmũ bonũ ꝓmo. vnde idẽ est volitũ in dilectione. Ad secundũ dicimus q̃ hec est falsa. qz in proximo nõ diligitur nisi deus vel similitudo dei. ꝓpter hoc eadem est dilectio dei ⁊c. sed quia in ꝓmo diligitur tãtũ deus sed aliter est in honore: quia in proximo honoratur similitudo dei. Ad tertiũ dicimus q̃ hec argumentatio non valet. Eadem est genuflectio que fit ante deũ et que fit ante prelatũ. ⁊ genuflectio est honor: ergo idem est honor quo honoratur deus et quo honoratur p̃latus. et est fallatia accidentis. quoniaz iste terminus honor supponit genuflectionẽ in cõparatione ad finem. et quia alio fine honoratur deus. alio proximus. conclusio est falsa. ⁊ sunt ad id quasi diuersa accidentia. s. diuersi fines. Instantia. Jdẽ est es q̃ prius. sed es est statua: ergo eadem est statua que pri⁹. vel potest dici q̃ idẽ est honor quo honoratur de⁹ ⁊ proximus in essentia. Diuersus est autẽ in relatione. Sed adhuc probatur q̃ idẽ est honor quo honorať deus ⁊ quo honoratur ꝓrim⁹ siue homo: qz illa genuflexio que fit ante deũ eadẽ est in specie cũ illa q̃ fit ante prelatum. ⁊ vtraq̃ voluntaria: ergo eadẽ actio voluntaria est vtrobiq̃: ergo eadẽ volũtas. Jdẽ enĩ est volitum. s. genuflexio cũ igitur eadẽ sit volũtas. Virtus autẽ aut est voluntas aut nõ sine volũtate: ergo eadẽ debet esse virtus isti ex qua procedit ista genuflectio. et sic idẽ est latria et dulia. Ad hoc dicimus q̃ hec argumentatio non valet. Eadem est volũtas: ergo eadem virtus. et hoc: qz natura virtutis non est ad agere voluntariũ. quoniã ad hoc sufficit potentia. sed est ad facile agere et bene agere. Vnde natura virtutis est ad vestiendum actionẽ voluntariã debitis circunstantijs: quia hoc aduerbiũ bene ipoꝛtat debitas circunstantias. vnde cum alie circũstantie sint in genuflexione qua honoratur deus: et alie in genuflexiõe qua honoratur homo. alia virtus est latria q̃ dulia.

Falla accidentis.

Instantia.

Alĩ p̃t dici

Jterũ aꝝ.

Solutio.

¶ Utrum idolatria sit latria.

¶ Tertia questio huius capituli.

Aꝝ q̃ sic.

QUeritur vtrũ idolatria sit latria. videtur q̃ prẽdicta q̃ sic. qm̃ idolatra iste flectit genua ante idolum penitus eadẽ intentiõe qua catholicus flectit genua ante deũ: qm̃ intẽdit ipetrare ab idolo: et bõa tẽporalia et spiritualia: sicut catholic⁹ a deo. ḡ eadez est genuflexio et eedẽ circunstantie. ḡ idem honor in spẽ exhibetur deo et idolo. ḡ idolatria est latria. Jtẽ idolatria est cultus deo debitus: idolo exhibitus. ergo idolatria est cultus deo debitus: sed oĩs cult⁹ deo debit⁹ ẽ latria. ergo idolatria ẽ latria. Solutio. Ad primũ dicimus q̃ in genuflectione q̃ fit ante deũ ⁊ in ea q̃ fit ante idolũ sũt alique circunstãtie eedẽ: sed nõ oẽs: sicut enĩ in datione elemosine videndũ est cui dãdum. et ẽ quedã circunstantia hec. s. cui dandũ. sic in honore qui est latria videndũ est cui exhibend⁹ ẽ honor ille et hec circũstantia ẽ in honore exhibẽdo deo et non in honore exhibendo idolo. vnde nõ sũt eedez circunstãtie penitus hinc et inde. vnde idolatria non est latria. Ad secundũ dicimus q̃ hec argumentatio non valet. licet videtur eẽ sillogistica. Oĩs cult⁹ deo debitus ẽ latria: et idolatria ẽ cultus deo debitus. ḡ idolatria est latria. qz in matori propositione iste ẽmi nus cultus deo debitus tenetur pro indiuidualibus cultibus qui deo debentur: sed in minori nõ tenetur pro indiuidualibus: nec pro eisdẽ in numero. sed pro specie vel pro eisdem in specie. Est enim sensus. idolatria est cultus deo debitus. i. cultus cui similis debetur deo. qz ergo diffoꝛmiter sumitur mediũ. vnde non valet argumentatio: et est fallatia accidentis. Ad tertio obiectum dicimus q̃ nõ oĩs iterp̃tatio cõuertiť cũ suo iterpretato vt pz hic. trinitas ẽ triũ vnitas ⁊ tñ aliqua trinitas non ẽ triũ vnitas. non tamen trinitas similiter in proposito est.

Secundo.

Solutõ ad primum.

Ad scõm.

Exponit illud dictũ.

Ad tertiũ.

¶ De supdulia. i. de honore quo honorãda ẽ caro xp̃i vl̃ipe xp̃s

¶ Quarta q̃o huj⁹ ca.

Querit de honore qui est exhibēdus excellētib⁹ creaturis.s.humanitati christi ⁊ angelis.Et pri mo de honore qui angelis legit in apoca. q iohānes voluit adorare angelū ⁊ angelus dixit ei. Vide ne fe ceris:ꝑseruus enī tuus sū et frater tu⁹.Sed obicitur Aut iohānesvoluit adorare angelū latria aut dulia. Si latria:g peccauit mortalit.si dulia:sz hoc erat bo num ⁊ meritoriū iohanni.Dicit enī auctoritas q ne mo arcendus est vel prohibēdus a bono: sed potius ꝓmouendo in illo.g angelus nō debuit ꝓhibere io hanni ne ipm adoraret: ergo peccauit ꝓhibēdo. Itē grego.qm extranei eramus a deo extraneos nos im putabāt angeli.sed qm recognouim⁹ regē nostrū re cognouerūt nos angeli ꝓcues suos:⁊ timet angelus adorari ab humana natura quā videt in deo sublima tam.Sed querit quo timore timet. aut timore pene aut timore ꝙparationis/ aut timore reuerētie. Non penevel ꝙparatōnis. qm angelus bene scit se nō pos se ꝙparari a deo nec posse sentire penā. Sed timore reuerentie.hoc falsū est:qr reuerentia ꝓprie est re silitio ab altitudine deivel alicui⁹ maiorꝭ se in ꝓpriā puritatē. Sed hūana natura nō est maior angelica na tura: ergo ibi non est hmōi resilitio. ergo nec reuerē tia: g neq timor reuerētie. Si dicit q propter hoc ē isti reuerentia: qr angelus ꝓfitetur dignitatē hūane nature dicendo: cōseruus tuus sū.sed hmōi professio non est timor: g hec est falsa.angelus timet adorare ⁊c. Solutio. Ad primū dicimus q iohannes voluit adorare angelū dulia et bene meritorie.nec dicimus q angelus ꝓhibuit ipm:qr forte nō habebat potesta tem ꝓhibendi istud iohāni:sz monuit ipm ne adora ret se.⁊ hoc fecit cā hūilitatis: ⁊ in hoc non peccauit. Ad scōz pōt solui dupl̄r: qr pōt dici q angelus timet adorari ab hūana natura timore reuerentie.et est ibi resilitio ab altitudine ꝓsumptiōis:nō que sit in angło vel q̄ esset si ꝓmitteret se adorari.Sz q̄ possent vide ri esse in ipo si ꝓmitteret se adorari. vel pōt dici q ibi est resilitio ab altitudine dei qua angelus vidēs deū hūanū resilit ab altitudine dei habēti.⁊ ꝓpter hoc ti met adorari ab hūana natura. Postea q̄rit qua ado ratione adorāda est caro xp̄i.vtrū latria an dulia.pro bat q latria:qr ioh.damasce.dicit.vn⁹ est xp̄s deus ⁊ hō qui cū pre et spūsctō adorādus est cū incōtamīata carne sua.sed pater et spūsctūs non sunt adorādi nisi latria: g xp̄s cū incontamīata carne sua adorādus est latria:g incōtamīata caro xp̄i adorāda est latria. ⁊ q ita sit ipe ioh.dama.exprimit dicēs.non dico illa,ado ratione qua adorātur creature: sed qua adorat deus ergo incontaminata caro xp̄i adorāda est adoratione qua adorat de⁹.et ita adorāda est latria. Itē.ipe po mit tale simile.timeo tāgere carbonē ꝓpter carboni vnitū ignē:g cū idē sit timor quo timeo tangere car bonē et igne vnitū ei idē debet esse honor quo honorandū est verbū et caro vnita ei.sed verbū adorandū est latria:g et caro xp̄i. Item aug.dicit q periculum mortis incurrit quicūq regalē purpurā et dyadema regale non adorauerit. et loquit scōm consuetudinē quarūdaz religionū in quibus rex adorat qñ hz circa se regalia insignia.⁊ cōstat q eodē honore quo hono ratur rex honoratur purpura. etiā regale dyadema: ergo eadem ratione periculū mortis incurrit quicūq carnem christivnitā filio dei que est sicut regalia insi gnia non adorauerit eodē honore quo honoraturvel adoratur filius dei:g caro christi adorāda est latria.

Si conceditur.Contra.Dns loquens de sua ꝓpria carne dixit in euangelio.Spirit⁹ est qui viuificat.ca ro non prodest quicq̄:ergo non est adorāda latria. Item.caro christi est tantū creatura: ergo nō est ado randa latria.Solutio. Sup hoc sunt due opiniones vna que dicit q caro christi est adorāda latria. alia di cit q dulia. Iste due opiniones possunt reduci ad cō cordiam vt illa que dicit q caro christi adorāda est la tria loquatur per accidēs. Alia que dicit q dulia lo quatur per se. Concedim⁹ enī q caro christi est ado randa tantū dulia per se:sed p accidēs latria.Aucto ritatē damasceni sic exponimus.Christus cū patre et spiritu sancto est adorandus cū incontaminata carne sua.i.christus existens in incōtaminata carne sua ado randus est cū patre ⁊ spū sancto adoratiōe que est la tria.ex hoc non sequitur q caro christi sit adorāda la tria nisi per accidens.s.secundū q vnita est filio dei. Ad istud quod obicit de carbone vnito igni dicimus q bonū est simile si ignis sumit ibi vt substātia.qm si timeo tāgere carbonē ꝓp̄ ignē vnitū carboni ꝓprie loq̄ndo timeo tāgere ignē. Sim̄ si adoro latria carnē xp̄i propter verbū vnitū ꝓprie loq̄ndo adoro verbū et non carnē christi.si aūt carbo sit idē qđ lignū igni tū vt ignis soluet in qualitatē isti:tunc non ē ita exp̄s sum simile: sed is est sensus. timeo tangere carbonē quia ignitus. similiter adoro carnem cristi latria: qr diuina est:et sic per accidens oportet loqui.Concedi mus igitur q loquēdo per se caro cristi adoranda ē dulia.qm.Sed notandū q duplex est dulia. vna q̄ di citur simplex dulia qua adorant homines. alia q̄ dici tur cōperdulia quasi superior dulia: qua honoratur caro cristi et crux cristi.cōperdulia qua adoratur ca ro cristi:nichil aliud est q̄ professio: q caro xp̄i ē cau sa redemptionis nostre.qm in ipsa et per ipsā rede mit nos xp̄s exponēdo carnē suā passioni:et similiter profiteri q ipsa est viuificatrix aiarū. qm caro christi quantum in se est confert gratiā aut auget prehabi tam ei qui digne recipit eucharistiā.similiter cōper dulia qua adoratur crux:nichil aliud est q̄ professio q in ipa operatus est saluator mundi salutē nostram ideo dicimus ei.Salue crux preciosa que in corpore christi dedicata es. ⁊c. et quontā ista non possūt dici de alia creatura.propter hoc dicitur ꝓperdulia huius modi professio de carne xp̄i et de cruce eiusdem.

In oppom

Secundo. Duplex opinio.

Ad damascenum.

Ad aliud.

Duplex dulia.

cōperdulia quid est.

¶ Utrum aliquis per ignorantiā sine peccato potest exhibere latriā creature.

¶ Quinta questio huius capituli.

Queritur vtrū aliquis per ignorantiā sine pctō potest exhibere latriā creature.ponat q alicui simplici appareat diabolus transfiguratus in figurā christi cum maxima claritate et alijs dispositionibus per quas potest credi christus et dicat illi simplici. Ego sū xp̄s ⁊ ipe credat ei et adoret ipsū latria. que rit vtr peccet mortalit.videur q sic: qr exhibet pure creature cultum soli deo debitū.g facit contra precep tū dei.g peccat mortaliter. Itē si aliqs simplex cre dens fornicationē nō eē peccatū mortale fornicet pec cat mortaliter fornicādo. qr ignorās ignorabit. hoc hz locū maxie in his q̄ sūt cōtra ꝓceptū dei.eadē rōne cū iste faciat ꝓtra ꝓceptū dei lz ignorāt pec.mor. Itē q̄ amat creaturā amore q̄ debet soli deo pec.mor. si cut ille q̄ diligit creaturā ꝓp̄ se et super omīa. ergo qui honorat creaturam puram honore q̄ debet soli

Af q sic.

Secundo.

Tertio.

deo peccet mortaliter ergo iste qui adorat diabolū

Quarto. latria peccat mortaliter. Preterea. si nō pec. mortaliter sed excusat p ignorantiā. eadē rōne. si pcipit ei diabo

Falsa ñtis patet. lus sic transfigurat9 q̄ īmolet ei filiū suū nō peccabit īmolādo: qz excusabitur p eādē ignorātiā. Sz cōtra

In oppm Iste iterficit filiū suū sine p̄cepto dei: īmo ad p̄ceptū diaboli. g̃ peccat mortaliter. Eadē rōne peccat mortaliter adorādo diabolū latria. Si concedit. pbet q̄

Secundo. nō pec. mortaliter: qz iste nō intēdit adorare nisi xp̄m et nō adorat nisi quē intēdit adorare. g̃ nō adorat nisi xp̄z: g̃ nō peccat. Itē. si aliq̄s det elemosinā histrioni

Tertio. credēs illū esse pauperē nō peccat: tñ peccatū est dare histrioni. excusat p ignorātiā ꝛ iudicat p̄m intēt̄ionē vnde nō solū nō peccat: sz etiā meret. g̃ a silī. Iste sim

Quarto. plex adorando aliquē quē credit esse xp̄m iudicādus est scōm intentionē. ꝛ ita nō peccat. Itē aug. dicit. Si aliq̄s cognoscit non suā credēs esse suā adhibita dili

Quinto. gentia quā pōt ꝛ debet non peccat: g̃ eadē rōne. Iste simplex adorādo istū quē credit eē xp̄m cū adhibeat diligentiā quā pōt et debet nō peccat. Itē. illa ignorātia est inuincibilis. nō enim iste simplex pōt scire per se vtrū iste sit xp̄s vel diabolus. sicut dñs dicit ad iob Mūq̄d reuelabis faciē vestimēti ei9. i. diaboli. q. d. nō sed ego. Si ignorātia iuincibilis excusat a toto: ergo p talē ignorātiā iuincibilē excusatur iste a pctō. g̃ nō peccat. Itē. si sacerdos discret9 offerret simplicē hostiā dicēs esse corpus xp̄i iste crederet hoc esse corpus xp̄i sine pctō: ꝛ in hac fide māducaret. Sz augu. dicit q̄ nullus māducat corpus xp̄i nisi pri9 adorete ergo iste adoraret simplicē hostiā quā crederet eē corpus xp̄i ꝛ sine pctō adoraret. ergo eadē ratione iste nō pec

Solutio. cat istū adorādo quē credit eē xp̄m. Solutio. Latria non dz exhibert nisi fm regulā fidei. vñ mēsurari debet fm simbolū fidei vt nullus adoret latria nisi habeat illas cōditiōes q̄ sūt in simbolo. s. paternitatē ꝛ

Expō illius euāgelici. oipotētiā: et cōsimles. ꝛ hoc est qđ dz in euāge. Estote prudētes sicut serpētes. i. habeat serpētinā prudentiā. Serpentes totū reliquū corpus exponunt vt caput seruet illesū. Sic ꝛ nos caput. i. fidē q̄ dz regere oēs opatōes nras debem9 seruare illesam. Cū igr aliq̄s habet discretionē spirituū pōt adorare aliquē determinate q̄ ei apparet. sicut abrahā qui tres vidit et vnū adorauit. sed qñ nō hz discretionē spirituū et nescit de illo q̄ apparet ei an sit xp̄s non debet adorare ip̄m determinate: sed sub hac cōditione si est xp̄s. vñ debet dicere Adoro te si es xp̄s. vel dz dicere Adoro te sed nō diabolū. Sicut btūs tho. dixit qñ fuit addu

Ad primū ct9 añ idolū. Adoro sz nō idolū. adoro sed nō simulachrū. Si igr iste simplex itēdat actu tm̄ adorare xp̄m nō peccat: sz si intendat actu adorare istū q̄ ei apparet peccat mortaliter. Scōm hoc ad primo obiectū dici-

Ad scōm. mus q̄ hec est falsa. Iste nō intēdit adorare nisi xp̄m: īmo intendit adorare istū. Ad secundo obiectū de histrione dicim9 q̄ non est simile: quia nō est prohibitū simpliciter dare histrioni. quoniā possum dare histrioni quē scio esse histrionē et meretrice. nō quia histrio sed quia indigens. Sed simpliciter prohibitū est exhibere latriā pure creature. Unde nō est simile: quia non est simpliciter prohibitū dare histrioni: sed tantū

Ad tertiū. mō̄tum histrio. Ad tertio obiectū dicim9 q̄ nō est simile. qñ in cōcubitu aliene sufficit adhibere diligentiam que solet adhiberi a maritis. ꝛ secūdū diuersas consuetudines diuersa diligētia adhibenda est. Sed in exhibitione latrie nō est nisi vnica diligentia. s. diligentia fidei: ꝛ illā non adhibet iste. sicut patet p predicta. Ad quartū dicim9 q̄ ignorātia illa inuincibilis est isti q̄tum in se est. sed vincibilis est q̄tū ad auxiliū dei. qñ si iste facit qđ in se est dñs docebit ip̄z. vel potest dici q̄ inuincibilis est q̄tū ad dissolutionē. hz vincibilis q̄tū ad euasionē. qñ pōt euadere sic. Adoro te si tu es xp̄s. Ad vltimū soluit per interēptionem. quoniā iste non debet credere simpliciter corpus xp̄i esse sub hac forma: sed debet credere corpus xp̄i esse sub hac forma si rite facta est cōsecratio. Potest enim decipi sacerdos qui porrigit simplicē hostiā credens isti esse corpus xp̄i. vñ iste non debet credere sub hac forma esse corpus christi nisi sub conditione predicta

Ad vltimū

Itē. dicitur in quarto sententiarū q̄ si aliquis credat alicui heretico p̄dicanti sub nomine augustini vel hieronymi nō dicit credere heretico: sz aug. vel hieron. ergo eadē ratiōe si aliq̄s adoret diabolū trāsfiguratū in spē cristi et dicētē se esse cristū non dz dici adorare diabolū sic transfiguratū: et sic asserentē et dictū ē q̄ peccat. Ad hoc dicūt fere oēs q̄ auctoritas illa itelligenda ē in vno casu. s. qñ hereticus decept9 p̄dicat verū qđ credit esse contra ecclesiā: sicut si predicet filium esse equalē patri credens hoc esse contra ecclesiam in hoc casu si quis credat heretico predicāti sub nomine augustini non peccat. Sed contra. ponatur q̄ hereticus predicet aliquid de deo et iste cui predicat consentit ei et asserit istud quod hereticus predicat: qđ tñ non ē certū per sinderesim que nō dicit nisi verū: neq̄ per fidē neq̄ per sacraz scripturā. videtur q̄ iste consentiēs siue vero siue falso consentiat peccat mortaliter. qñ asserit aliquid de deo qđ nō est ei certū p sinderesim. nec per fidē nec per sacrā scripturā. ergo presumit: qñ nichil est asserendū de deo humana auctoritate. ergo peccat mortaliter: siue verum predicet hereticus siue falsum et siue predicet cōtra ecclesiā: siue non. g̃ nec in predicto casu vera ē illa auctoritas: nisi istud qđ p̄dicat heretic9 certū sit aliq̄ casu triū predictorum modoꝝ nec etiā falsa est in omni alio casu si istud quod predicatur sit certū aliqđ triuz predictorum modorum. Item. ponatur q̄ crist9 appareat isti sub specie cristi et dicat se esse cristuz. ꝛ iste credat et adoret ipsū: queritur vtrum peccet. videt q̄ non: qñ adorat christum tantum adoratione ista q̄ debetur cristo. ergo non peccat adorando. Cōtra. ponatur q̄ alij appareat diabol9 i spē cristi pēit9 sub oibus eisdem signis sub quibus apparet christus ꝛ dicat diabolus se esse cristum: et ille credat et adoret ipsum. constat q̄ ipe peccet mortaliter adorādo diabolum: quia ignorat eū qui ei apparet esse christum. quoniā istum esse christū est falsum. peccat aūt qz non adhibet diligentiā quā potest et debet: quia in peccato vbi est ignorantia facti iudicandū est peccatū secūdum intentionem ꝛ diligentiā: immo negligentiam. Similiter iste cui apparet christus ignorat istum esse christum. quoniā signa non certificāt ipsum: quia sub oibus eisdem signis apparet diabolus alij: ergo cuz ille non certificetur per illa signa nec iste per eadē signa: ergo isti duo cōmunicant ignorantia. nec iste qui adorat christum adhibet maiorem diligentiam. Sit ita: ergo cum equales sint diligentie vel potius negligentie equaliter peccant: qñ peccata vbi est ignorantia iudicantur secundū negligentiam et intentionem. sed vnus peccat mortaliter: ergo et reliquus. Si dicit q̄ veritas excusat istū qui adorat xp̄m. pbat

Ad q̄rtum

Alr p̄t dici

Ad vltimū

Iterū ar.

solutō cōis

Ō hoc ar.

q̄o incidēs

Ar q̄ non.

In oppm

q̄ non.qm̄ sl sint duo quor vnus cognoscat suā alius non suā ⁊ neuter adhibeat diligētiā quā pōt ⁊ debet ad sciendū an sit suā peccāt equaliter. nec excusaꝭ qui cognoscit suā.g̃ eadē ratione.isti duo quor vn⁹ adorat xp̄m ⁊ alius diabolū peccāt equaliter. Sī cōcedit

ꝫ hoc aī. p solutiōe. notandum

Cōtra. vnus est idolatra in facto suo.alⁱ⁹ non: g̃ non equaliter peccāt illis factis. Ad euidentiā solutōis istor notandū q̄ q̄nq; sunt vie in quibus aliq̄d asserit de deo. Prima est p sinderesim. Sinderesis enī dictat q̄ vn⁹ est deus retributor bonor et punitor malorū. Scda via est p fidē. qr per fidē asserim⁹ deū esse trinū et vnū. ⁊ multa alia. Tertia via est per sacrā scripturā q̄m creditur q̄ sacra scriptura a deo sit. ⁊ propter hoc de deo asserimus quod in sacra scriptura traditū habemus. Quarta via est per fantasiā. i. p rationes naturales ꝓbabiles per quas asserimus aliq̄d de deo. ⁊ ille q̄nq; vere sunt q̄nq; false. Non enī ita se habet sp in deo. sicut in naturalibus. Propter hoc via ista dr per fantasiā: qr fantasia q̄nq; vera q̄nq; falsa. Quinta via est p exteriorē predicationē vel miracula. qm̄ per predicationē quā audimus asserim⁹ aliq̄d de deo. Sz quarta ⁊ q̄nta via similes sunt. qm̄ nō est eis inmitēdū nec cōsentiendū nisi firmitatē habeant. vel a sinderesi vel a fide vel a sacra scriptura. Qui enī per naturales rationes aliq̄d asserit de deo quod nō est ei certū: nec

q̄liter asserendū ē aliq̄d de deo.

per sinderesim nec per fidē nec p sacrā scripturā peccat moraliter: qr presumit. Hūano enī ingenio asserere aliq̄d de deo presūptio est. Similiter si p exteriorem p̄dicationē asserit de deo aliq̄d quod nō est certū ei per sinderesim nec per fidē nec per sacrā scripturaz

Expō dicti euāgelici.

peccat moraliter. Istud habet locū euāgelij. Si cecus cecū ducat ambo in foueā cadūt. ⁊ istud aplꝰ probat. Spūs sl ex deo sunt. et istud. Si qs vobis aliud

Ad primū.

predicauerit anathema sit. Ad primū dicim⁹ q̄ hereticus p̄dicet aliq̄d de deo quod sit certū p sinderesim vel fidē ꝛc. credendū est ei. ⁊ in hoc casu intelligit auctoritas illa: aliter nō est credēdū ei. Ad istud qđ obtitur de illo qui adorat xp̄z dicim⁹ q̄ positio ipossibilis est. qm̄ impossibile est q̄ xp̄s q̄ est illuminator corditū appareat alicui quin p illuminationē aliquā interiorē manifestet aduentū suū. sed si ita contingeret q̄ xp̄s appareret alicui p̄cise sub eisdez signis sub q̄bus diabolus appareret alij. dicim⁹ q̄ non deberet adorare ip̄m simpliciter: sed sub cōditione sic. Si tu es xp̄s

Ad aliud.

adoro te. ⁊ si adoraret ip̄m simpliciter peccaret moraliter. nec valet hec argumentatio. Iste est idolatra

Similiter.

facto suo. ille non: g̃ non peccāt equaliter. Sicut ista non valet hec actio est adulteriū. illa est simplex fornicatio: g̃ nō sunt equalia pctā. ⁊ pz instātia in duob⁹ q̄z vterq; intēdit cognoscere alienā ⁊ alter cognoscit

ꝫ dicta aī

alienā cōiugatā. reliqu⁹ aūt solutā. Sz cōtra p̄dicta obicit. ponaꝭ q̄ simplex laic⁹ q̄ nec fidē formatā nec fidem iformatā hz nec vnq̄ aliq̄d nouit de deo audiat prelatū suū p̄dicantē equalitatē psonar ⁊ credat p̄dicatiōi p̄lati asserēdo equalitatē psonar q̄ nō est ei certa: nec p sinderesim nec p fidē nec p sacrā scripturam. Videt q̄ iste nō peccet. qr de⁹ dixit in euāgelio. Que dicūt facite: g̃ iste tenet facere qđ suus p̄lat⁹ dixit: g̃ et

Confirmat Secundo.

credere. Dns etiā dicit. si nō venissem ⁊ eis locut⁹ nō fuissez peccatū nō haberēt. Preterea. minores iudei qui legē non nouerāt tenebātur credere xp̄o p̄dicāti illis. Similiter gentiles tenebātur credere p̄dicatiōi aplor. pari ratione. iste simplex tenet credere p̄dicatioⁿi sui p̄lati et credit: g̃ nō peccat. Cōtra. Asserit ali

In ꝓtrariū

quid de deo nō per sinderesim. nō per fidē. nō p sacrā scripturā: g̃ peccat moraliter fm p̄dicta. Preterea. Secundo.

sup illud ad gala. cōicet aūt is q̄ catheszatur xbo ei qui ca. se. in. o. b. dicit aūt vt lex sit dux ei⁹ nō hō. cū g̃ lex nō ducat istū: sed hō. qm̄ inmutꝫ sensui hois peccat moraliter. Forte dicit q̄ veritas q̄ p̄dicat ⁊ cui ip̄e cō

Euasio.

sētit facit q̄ nō peccat. Cōtra. ponaꝭ q̄ nepos abrahe

ꝫ hanc aī.

q̄ fuit circūcisus asseruerit q̄ de⁹ nō fiet hō ⁊ nō peccauerit alio pctō. ⁊ sic decedat. Cōstat q̄ dānaꝭ. qm̄ asseruit ꝓtrariū articulo fidei obligāti. ⁊ possibile fuit q̄ xp̄s nō incarnareꝭ. ponaꝭ. Jñ sic. Iste dānat⁹ est: g̃ necessariū est istū fuisse dānatū: g̃ necessariū est istū peccasse non nisi quia presumit asserere aliquid de deo auctoritate sua: lz istud qđ asserit fuerit verū. g̃ veritas nō excusat istū a peccato. g̃ similiter nec istū simplicē in p̄dicto casu excusabit veritas eius qđ asserit quin peccet moraliter. g̃ peccat moraliter. qđ concedimus. Dicim⁹ tamen q̄ teneꝭ credere prelato suo

Solutio.

sed non debet sequi sensū humanum: sed auctoritatē dei. dicit enim beatus gregorius. Frustra laborat extert⁹: nisi o. i. gr̄a saluatoris. Dicim⁹ g̃ q̄ hec argumē

Ad rōnem

tatio nō valz. teneꝭ credere p̄lato ⁊ credit. g̃ nō pec. ⁊ hoc iō qm̄ nō credit eomō quo debet. qr sequiꝭ sensū humanū et non auctoritatē dei. et ē simile: demōstratis iudeis qui ex cupiditate asportauerꝫ vasa egiptiorū ⁊ ipi asportant. ergo nō peccāt. non sequiꝭ: qm̄ ipi asportant nō eo modo quo debēt: qm̄ non erat eis p̄ceptum q̄ ipsi asportarēt ex cupiditate. ex hoc patet q̄ nullus tenebitur credere vel consētire antichristo licet faciat miracula: qr miraculis nō ē assentiēdū: sz vtendū erit documento beati iacobi dicentis. Si qs indiget sapientia postulet a deo qui dat omnibus sapientiā affluēter. ex hoc patet q̄ ille qui adorat christum negligenter apparentē in eadē forma ī qua diabolus apparet transfiguratus. si adoret eū propꝫ in dicta que videt in eo qui loquitur ei peccat moraliter: nisi habuerit discretionē spirituū. vel christus: sicut semper facit qñ solet apparere aliquod certū in dicū sui dederit aduēt⁹: qm̄ nō est possibile q̄ aliter appareat sicut dictum est.

De magnitudine peccati idolatrie.

Ultima questio huius capituli.

Sic obicitur. Sint hic duo quorū vnus adorat idolū quod credit esse deū. alius cōtemnit adorare istud licet credat ipsū esse deū. Queritur vtrum magis peccet videtur q̄ primus quia ē idolatra. se-

Aī q̄ p̄m⁹.

cundus nō. ergo primus magis peccat. Item. augu-

Ad idē per augustinū.

dicit q̄ idolatria ē maximū peccatū: quo dimisso oīa dimittuntur: quo retento oīa retinentur. primus igtur peccat maiō peccato. secundus nō. g̃ prim⁹ magis peccat. Contra. primus peccat ex ignorātia ⁊ con

In oppoᵐ

sciētia dictante q̄ debet adorare. secund⁹ ex cōtēptu peccat et contra conscientiā. g̃ secūdus magis peccat q̄ primus. Itē. si aliquis honorē debitū regi exhibet

Secundo.

alicui de militib⁹ regis credēs illū esse regē. alⁱ⁹ vero eidē contēneret exhibere honorē regiuz. credens tñ q̄ ipse esset rex. constat q̄ factū secundi pl⁹ displiceret regi: q̄ factū primi. pari ratione. pl⁹ displicet cōtēpt⁹ illi⁹ qui credit creaturā dei eē: et cōtēpnit adorare illam q̄ adoratio illius qui adorat eamdē credulitate ergo secundus magis peccat q̄ primus. Item. vide-

Tertio.

tur q̄ idolatria non sit petñ. qr si aliqs honorē regiū exhibeat alicui militi de quo credit vehemēter q̄ sit rex nō displicet regi. imo placet: qr reputat factū sibi

ergo pari ratione. si aliquis honorē deo debitū exhi-
beat creature de qua credit vehementer q̄ sit de⁹ nō
displicebit deo: imo placebit. qr quod fit tali creatu-
re reputabit factū sibi: sed hoc est idolatria: g̈ idola-
Solutio. tria placet deo. ergo non est peccatū. Solutio. Dici-
mus in casu proposito q̄ secundus magis peccat. qm̄
per contentū peccat contra caritatē. maius aūt pcm̄
est quod est directe cōtra caritatē q̄ illud qđ est dire-
cte contra fidē. qr caritas est magis cōiuncta deo q̄ fi
des: ꝛ magꝭ delectamur per caritatē q̄ per fidē. licet
per hoc ad rōnem. fides generet caritatē. Per hoc patz q̄ hec argumē
tatio nō valet. Primus peccat pctō idolatrie scōs nō
Ad aliud. ergo prim⁹ magꝭ peccat. Ad istud dicim⁹ q̄ idolatria
ꝺr maximū peccatū: qr est periculosissimū. sicut dicit
grauissime peccas: qr ignoras. i. piculosissime. ꝛ pro-
pter hoc: qr sicut fides est origo aliaꝝ virtutū: ita pec
catū infidelitatꝭ ꝛ quasi seminariū alioꝝ pctōꝝ. vnde
illo retento alia retinētur. ꝛ eo dimisso alia dimittūt
Plenarie aūt nō dimittit pcm̄ infidelitatꝭ nisi pverā fi
dē q̄ mūdat corda. ꝛ ita pctō infidelitatis dimisso ple
Ad aliud. ne oīa dimittūtur. Ad hoc quod obicit q̄ videt idō-
latria nō esse peccatū: Dicimus q̄ nō est simile de ho-
nore regis ꝛ de honore dei. qm̄ honor regis terreni ē
eiusdē speciei cum honore exhibendo simplici militi
vnde pōt exhiberi militi simplici sine periculo. Sed
honor debitus deo est alterius speciei prorsus q̄ sit
honor creature debit⁹. ꝛ ꝓpt̄ hoc si exhibet creature
displicet deo q̄ pluries dicit in isa. Gl̄ām meā alteri nō
dabo. Vult enī dñs q̄ ei soli inhereamus p amorē: et
in eo solo delectemur. ꝛ ita patet q̄ non est simile. ex
hibere etiā latriā creature scōm se est peccatum. qm̄
peccare est spreto incōmutabili bono rebus commu
tabilibus adherere.

¶ De oratione. ¶ Aliud capitulū.

Dicto de latria scōm q̄ est reuerentia siue pot⁹
ptestatio maiestatis diuine. dicēdū est de orōe
que est species latrie large sumpto hoc noīe latria se
cundū q̄ est cultus. Primo. vtrū oro sit virt⁹ spālis.
Scō. quomodo sit species satisfactionis. Tertio.
que et quot exiguuntur ad hoc q̄ oratio sit efficax ad
merendū. Quarto de petitōe pauli qua petijt stimu
lum ammouerī a se. Quinto et vltimo de petitione
temporalium.

¶ De oratione ꝛ q̄ sit spālis virtus.

¶ Prima questio huius capituli.

Af q̄ sic. Probat q̄ oro sit spālis virtus. qm̄ alie due spēs
satisfactōis. s. elemosina ꝛ ieiunij. aut sūt spāles
virtutes aut aliaꝝ specialiū virtutū. g̈ eadē ratiōe oro
est alicuius specialis virtutis vel ipa est spālis virt⁹.
Secundo. Itē. orare est mot⁹ volūtar⁹ ꝛ interior et meritorius
qm̄ dñs dicit in euāgelio. Petite ꝛ accipietꝭ: g̈ orare
est alicui⁹ spālis virtutꝭ: g̈ oro est aliqua spēs virtutꝭ.
Tertio. Itē. cōtingit orare supflue ꝛ remisse: et debito mō cū
debitꝭ circūstātijs. ꝺd: qm̄: quō. ꝛ sic de alijs. qs difficil
limū est apponere i orādo. vñ cū mat filioꝝ zebedei
peteret a dño p filijs suis. dic vt filij mei sedeāt: vn⁹
a dextris alt⁹ a sinistris in regno tuo. Rñdit dñs. Ne
scitꝭ qd petitis. potestis bibere calicē quē ego bibitu
rus sū. quasi pat⁹ opz vos pati q̄ regnetꝭ. Igit cū diffi
cile sit vestire debitis circūstantijs hūc actū orare ista
virt⁹ erit expedies illā difficultatē. ꝛ ita orare debito
modo est alicuius specialis virtutis: g̈ oratio est spe-
cialis virtus. Sed cōstat q̄ non est virtus theologica
cum nō sit fides vel spes vel caritas. qm̄ orare nō est
credere vel sperare vel diligere. g̈ cū non sit virt⁹ spe-
cialis erit virt⁹ cardinalis. Quer̄ ergo sub qua quat Iterū ar.
tuor cardinaliū cōtinet. videt q̄ sit spēs iusticie. qr si-
cut dicit tull⁹. Religio est spēs iusticie: ꝛ oro est q̄dā
religio: g̈ oratio ē spēs iusticie. Cōtra. Apls dr. spūs ℈ hoc ar.
orat ꝓ vobis gemitib⁹ inenarrabilib⁹. Spiritū vero
appellat sinderesim: g̈ oratio est sita in ratione. Sed
sola cardinaliū virtutū prudētia vel species prudētie
nō ergo est in ratione. igit iusticie. Itē. ꝓbatur q̄ est Iterū ar.
spēs tēperātie. qm̄ hiero. dr. Jeiunio sanātur pestes
corpis: orōne pestes mētis. g̈ sicut per ieiunū cohibē
tur illiciti mot⁹ carnis. ita q̄ orōnē cohibētur mot⁹ il-
liciti mētis. ꝛ ita tēperātur: g̈ sicut ieiunū est spēs tē
perātie. ita ꝛ oro. nō ergo prudētie vel iusticie. Itē. Ad idem.
orōne sanātur pestes mētꝭ. sz pestis mētꝭ est superbia: g̈
orōne sanat superbia. sz cōtraria ꝓtrarijs sanātur: g̈ oro
est cōtraria superbie. Sz superbie nō est cōtrariū nisi hūi
litas: g̈ nō est spēs prudētie vel tēperātie vel iusticie:
imo hūilitas. ꝛ ita fortitudinis. Itē. videt posse ꝓba Af q̄ sit ca
ri q̄ oro idē sit qđ caritas. qm̄ oro nichil aliō est q̄ ex ritas.
pressio volūtatꝭ boni adipiscēdi vel mali ammouēdi.
Caritas aūt est volūtas eiusdē: g̈ cū volūtas alicuius
et expressio eiusdē sint eiusdem virtutꝭ oro erit idem
qđ caritas. q̄ autem expressio voluntatis caritatis sit
a caritate: patet. quia virtus est certior omī arte: g̈ ca
ritas habet suā certitudinē: g̈ ꝛ suā expressionē. eadē
ratione ipotēs enī videretur si non posset exprimere
quod intendit et appetit. g̈ volūtas boni inquātum
boni et expressio voluntatis eiusdē: ē eiusdē virtutis.
sed voluntas boni inquātū boni est caritas. et expres
sio eiusdē orationis: ergo oratio idem est qđ caritas
non est igitur species alicuius cardinaliū. Item. vide Ad idem.
tur q̄ oro sit ⅋tus generalis ad oēs. quoniā oīs finis
cuiuslibet alterius virtutis cadit sub fine orationis.
orat enī aliquis deum vt det ei suā visionē apertā. qđ
est finis fidei. orat etiā vt deus det ei delectari in sua
suauitate et dulcedine qđ est finis caritatis. ꝛ sic de fi
nibus aliarū virtutū. ergo cum virtutes distinguun-
tur per fines suos et finis oīonis nō sit distinctus ali-
quo fine alterius virtutis. nec oro ē distincta ab alijs
virtutibus. ergo non est virtus spēcialis: sed genera- Solutō ꝫ
lis ad oēs. Solutio. quidā dicūt q̄ oro ē virtus spe- aliquos.
cialis et est species humilitatis. est enī oro secunduz
eos humiliatio siue voluntas de humiliatione: vt bo
num aliquod fiat: vel nō fiat malū. et per hoc volunt
soluere ad obiecta. Sed q̄ hec solutio nulla sit patet ℈ hanc solu
qm̄ aliquis flectit genua corā epo vt det ei prebēdā tionē ar.
et humiliat se vt detur ei bonū vel non fiat malū. ve-
rūtm̄ non orat proprie loquēdo: qm̄ nichil exprimit ni
chil petit. g̈ oratio non est humiliatio ꝛc. Preterea. Secundo.
apo. dicit. Spiritus postulat ꝛc. g̈ oratio est postula-
tio. sed postulatio est in oratione. g̈ oro est in oratione
secundū q̄ ex suo nomine videtur sonare: sed humi-
liatio ꝓpe ē in irascibili: g̈ oro nō est humiliatio: siue
volūtas humiliandi. et ita patet q̄ illa solutio nulla Solutō ꝫ
est. qđ cōcedim⁹. Dicim⁹ g̈ sine ꝑiudicio melior⁹ sēten doctorem.
tie q̄ oro ē virt⁹ specialis: et ē species iusticie. est aūt
oro p se expressio voluntatis caritatis: qm̄ sicut cari-
tas vult bonum inqnanum bonum. et fugit malū in-
quantū malū. sic oro exprimit volūtatē de bono adipi
scēdo inquātū bonū ē ꝛ de malo amouēdo inquātuz
malū est. vnde sicut in habitudine superioris ad infe-
rius est vna virtus. s. obedientia que est volūtas im-
plēdi preceptū. qr preceptū sic in habitudine inferio-

ris ad superius est oratio q̄ exprimit voluntatē boni impetrandi a superiori vel mali fugiendi siue ammouendi beneficio superioris. Ad primū ergo dicim⁹ q̄ hec argumētatio nō valet. Oratio est in ratione. prudentia est in rōne: ḡ oratio est prudētia. qm̄ non sola prudentia est in ratione: īmo iusticia est in ratione secundū aliquas sui species. sicut dictū est longe supra. et ita hec propositio est falsa. Sola virtutū cardinaliū prudentia sita est in ratione. Ad scōm dicimus q̄ per orationē cohibētur mot⁹ illiciti mētis. tm̄ oratio nō est tēperantia nisi largissime sumatur tēperantia. qm̄ temperantia scōm q̄ est vna cardinaliū virtutū tantū se habet ad cohibendū mot⁹ illicitos carnis. Ad tertiū dicimus q̄ per orationē sanat̄ superbia mētis. nō tamen oratio est humilitas: q̄ non est directe et proprie cōtraria superbie. quonta superbia sanat̄ q̄nq̄ per timorē. non quia timor sit contrarius superbie ꝓprie sed q̄ timor īducit humilitatē qua mediāte expellit superbiā. Similiter oratio sanat pestē superbie. non q̄ sit contraria ei proprie: sed quia habēs annexā sibi de necessitate humilitatē. q̄n enī profiteor ex humilitate summā bonitatē dei ⁊ superfluentē largitatē ei⁹ oro eū vt det michi aliq̄ bonū. Ad quartū dicim⁹ q̄ expressio voluntatis caritatis ⁊ sua volūtas non sunt eiusdē volūtatis. nec etiā discretio volūtatis ip̄i⁹ caritatis: aut operū ip̄ius est caritatis. tō fidei vel prudētie. qm̄ si caritas haberet in se discretionē/directionē/expressionē: ⁊ hmōi: superfluerent oēs alie virtutes. Ad illud ergo quod obicit̄. virtus est certior oī arte et caritas est virtus: ergo caritas habet suā certitudinem. bene concedimus: sed nō habet eam a se. a fide. Similiter suā expressionē habet. non a se: sed ab oratione. Ad vltimū dicimus q̄ hec est falsa. Omis finis cuiuslibet virtutis est finis orationis ꝓprie loquēdo Oratio enī non tendit ad aliq̄d nisi quia bonū. vñ solus finis caritatis proprie est finis oīonis. tm̄ alia virt⁹ est oīo alia caritas q̄uis sint ad eūdē finē. quonta caritas est ad suū finē per modū voluntatis. oratio per modū expressionis volūtat⁊. Dictū est q̄ oīo respicit fines aliaꝝ virtutū: q̄ tamen non scōm speciales intentiones ⁊ ꝓprias eos attēdit. ⁊ sub quadā cōi. s. q̄ bonū non eadē virtus cū illis: sed est quedā virtus specialis. Sed cōtra. Cōstat q̄ oramus ammoueri a nobis tribulationes ⁊ angustias ⁊ flagella scōm se et p se. ergo plures sunt fines siue plura pcta orationis secundū se ⁊ per se: ergo non reducūtur in vnū finē vni⁹ intentionis: ergo non est vna virtus specialis. qd̄ est contra predicta. Item. finis orationis est bonū scōm q̄ bonū. similiter ⁊ caritas: ergo caritas ⁊ oratio habent finē eundē primū et īmediatū. Sed virtutes distinguūtur p fines primos ⁊ mediatos. sicut ꝓbatū ē supra. ⁊ tantū p hmōi fines: ḡ cū idē sit finis primus ⁊ īmediat⁹ tā caritatis q̄ orōnis erit eadē virt⁹ oīo q̄ caritas. qd̄ supra negatū est. Item. in q̄stione p̄cedenti dictū est q̄ credere ⁊ ꝓfiteri fidē sunt vni⁹ virtutis. s. fidei. nec ē alia ratio nisi q̄ habēt quasdā circūstātias ḡ cū desiderare bonū scōz q̄ bonū ⁊ petē bonū sm q̄ bonū easdē ꝓsus hnt circūstātias erūt eiusdē ⁊ut⁊. Sz primū est caritat⁊: ḡ ⁊ scōm. sz idē est orōis: ḡ caritas et oratio sūt eadē virtus. Forte dicit q̄ nō est sic eo q̄ credere ⁊ profiteri sint vni⁹ potentie. s. rationis sed desiderare ⁊ petere non sunt eiusdē potentie. primū enī est vis concupiscibilis. scōm est rationis. Cōtra Sicut supra est ostensum. virtutes non distinguūtur secundū diuersitatē potētiaꝝ: q̄ scōz hoc nō essent nisi tres ⁊tutes cū nō sint nisi tres potētie mottue ī aīa: ḡ illa rō nulla est. Preterea. diuerse potētie nō p̄nt eē ad eūdem finē primū et principalē: ḡ eū desiderū et petitio habeant eundē finē primū et īmediatū. s. bonuz secundum q̄ bonū non erit in diuersis potentijs. ⁊ sic patet q̄ ratio illa nulla est. Solutio. Dicim⁹ q̄ in hoc differunt virtutes in ratione ab illis q̄ sunt site in affectu. vt in concupiscibili aut in irascibili: q̄ virtutes que sunt in ratione se habent. ita q̄ essentia sua suā regulam siue rationē regiminis habēt ⁊ discretionis. Sz ille que sunt site in irascibili vel cōcupiscibili suā rationem vel regulā mutuant a ratione. ⁊ propter hoc sicut fides est vna virtus: quia eadē est ratio credēdi omnia credenda. sic oratio siue petitio vna est virtus specialis: q̄ vna est ratio petendi omīa petenda. Ad primū dicimus q̄ nichil petitur proprie et per se nisi quia bonū. Ad euidentiā solutionis aliox notādum q̄ sicut duob⁹ modis acq̄rit sibi paup necessaria. sic ē duplex modus acq̄rēdi spūaliter etna. pōt aūt paup acq̄rere sibi necessaria p viā mie ⁊ largitat⁊ auxilium alienū ipetrādo. Sibi p viā labor⁊ ⁊ opis acq̄rit aliq̄s sibi bonū. sicut per caritatē et alias virtutes: aut per modum largitatis dei impetrādo ab illo quod petit et sic per orationē. vñ sic potest describi oratio. Oratio est proprie motus animi ad impetrandū bonum desiderū per viā misericordie et largitatis siue per liberalitatem. patet igit̄ q̄ hec est falsa. Idē est finis primus et īmediatus caritatis ⁊ orationis siue petitionis. qm̄ caritatis finis īmediatus est bonū: sed finis orationis est acquisitio boni. quidā enī volunt habere deū per martirū quidā per orationes. Notandu enī q̄ petere includit in se finem īmediatū. circa quē est. quonta petere sic describitur hic. Petere est mouere ad acquirendū bonū: sicut hoc verbū timere habet in se finē suū īmediatū. est enī timere deū resilire ab offensa dei. Ad tertium patet solutio. dicim⁹ enī q̄ non sūt prorsus eedē circunstātie desiderij boni secundū q̄ bonū et petitionis eiusdē petitiōe enī oportet attendere locū: tempus: modū: conditionē. vt patere potest super istud euangelij. Nescitis quid petatis. ibi dicit glo. bonū est desiderū: sed inconsiderata petitio. cum igitur alia habeat circunstantias oratio q̄ caritas. et alīū finem īmediatū. alia est difficultas ⁊ alia ars. hinc et inde: et alius habit⁹: ⁊ ita alia virt⁹.

¶ Vtrū oratio sit species satisfactionis.
¶ Secunda questio huius capituli.

Sic obicit̄. tres partes siue species satisfactiōis tenuīū/oīo/elemosina/siue eaꝝ opa sūt satisfactoria. inde sic. omnis elemosina ē satisfactoria. Contra. Omne satisfactoriū est penale. quedā oīo nō est penalis īmo suauis et delectabilis et iocunda. ḡ non oīs oratio ē satisfactoria. q̄ oīo sit iocunda patēs sua uitatē in aīa orantis. patet. qm̄ dicitur ī eccle. Muscē mouentes per suauitatē vnguēti. i. praue cogitationes peraunt suauitatē orationis. Item. in exodo. Sume tibi stacten: et onicā. et galbanū: et thus lucidissimum et redige in puluerem et fac michi vnguentum suauissimū odoris. stacten. i. mirram per quam significatur mortificatio carnis. onicā. i. discretionez galbanū caritatē. thus orationem. talis enim oratio placet domino que cum discretione et caritate fit talis oratio non est penalis: et ita non est satisfactoria.

Ad primū. Secundo. Notandū. Diffinitio oīonis. Ad aliud. Ad aliō notabile. Diffinitio petitionis. Ad tertiū. Ad ōdicta ar. Hota. Ad ōrtum Ad vltimū Tertio. Euasio. Ad scōm Ad tertiū. Secundo. Ad hanc ar. Ar q̄ non. Confirmat

Tertio. Item. ſi oratio eſt ſatiſſactoria: q3 penalis ergo que magis ſatiſſactoria magis penalis. ⁊ ecõuerſo. Sed magis penale eſt alicui legere ꝓalteriũ qui ignorat iſtud q̃ ei qui ſcit corde tenus. ergo magis ſatiſſactoriũ. qđ patet eſſe falſum. Solutio. Omis elemoſina ſcõm naturã ſuã ſibi annexã eſt ſuper omne ieiuniũ et ꝓpter hoc oĩs elemoſina ſcõm naturã ſatiſſactoria eſt: ⁊ ſuper omne ieiuniũ. tamen elemoſina nõ eſt aliquãdo ſatiſſactoria. ſ. ei qui dat eã ꝓ vita eterna habenda pure: aut ꝓ caritatis augmento nõ habẽs oculum ad remiſſionẽ pene. Similiter de ieiunio. ſicut patet de ieiunio exultatõis quod nõ eſt ſatiſſactorium ſemper. Sed oratio ſcõm naturã ſuã nõ habet penalitatẽ ſui ſibi annexã. ⁊ ideo nõ eſt ſimile de oratione ⁊ aliis duobus. Bene tamen cõcedimus q̃ oĩs oro q̃ ſit ꝓ veteri hoĩe deſtruendo ſatiſſactoria eſt: ſed oratio q̃ habet oculũ pure ad vitã eternã non eſt ſatiſſactoria.

per hoc ad primũ.

Que oro ẽ ſatiſſctõria ⁊ q̃ non.

Ad aliud. Ad aliud dicim⁹ q̃ magis penalis debet dici oratio vel elemoſina vel ieiunium habito reſpectu ad naturã eni hominis in ſcientia vel virtute non debet ei prẽiudicare. licet igr̃ minus grauet aliquẽ legere ꝑalteriũ ꝓpter ſcientiã. nichilomin⁹ meretur remiſſionẽ pcti ſcõm q̃ penale eſt nature. ⁊ ita patet q̃ probatio nõ valet.

¶ Quot requirunt ad hoc q̃ oro ſit efficax.

¶ Tertia queſtio huiꝰ capituli.

q̃ tuor requiruntur ad oronem. ẽo litterak. Ñiſi o cõis

Querit quot exiguuntur ad hoc q̃ oro ſit efficax ad ipetrandũ. dicit q̃ quattuor exiguũtur. ſ. q̃ ille qui orat petat pie ꝑſeuerãter ad ſalutẽ et ꝓ ſe. Sed querit a quo loco ſcripture accipiũtur ille quattuor circũſtantie. Dicũt magr̃i q̃ ſuper iſtud iohãnis. Petite ⁊ accipietis. dicit aũt pie perſeuerãter. Alie circũſtantie ſumũtur ab illo loco. Quicquid petieritis in noĩe meo fiet vobis: i noĩe meo. qđ eſt ieſus. i. ſaluator. ſic exponit augu. ⁊ ita ad ſalutẽ. Itẽ. fiet vobis. i. quod petieritis fiet vobis. Hec eni dictio vobis

Alia ẽo incidens. diaſinthica eſt et determinat vtrũq3 verbũ. Sed queritur vnde habuit augu. illas duas circũſtantias. pie perſeueranter. conſtat eni q̃ nõ appoſuit de ſuo. Ad hoc dicendum q̃ ipe habuit illas ab illo loco iohannis. Si manſeritis in me ⁊ verba mea in vobis manſerint. quicquid petieritis fiet vobis. Manemus eni in chriſto per fidẽ/ſpem/caritatem. verba aũt eius in nobis manẽt ꝓ exercitiũ bonor̃ operũ. ex hoc igr̃ q̃ dr. Si manſeritis in me ⁊c. ſumit hec circũſtantia pie Pietas eni maxime habet ortũ ab illis tribus virtutibus theologicis q̃ aiam facit religioſaz. ab eo aũt quod ſeq̃t. quicq̃d petierit ⁊c. ſumit hec crcũſtantia ꝑſeuerãter. q3 hoc verbũ petierit futuri tẽpor eſt ⁊ preteriti. ⁊ ita notat perſeuerantiã. Preterea pfecti eſt. ⁊ ſic notat perfectionẽ. ⁊ ita patet. vnde habẽt ortum ille quattuor circũſtantie. Queritvtrũ hec argumentatio ſit neceſſaria. Iſte petit pie perſeueranter

Queſtio. Af q̃ ſic. ad ſalutẽ ꝓ ſe: ergo exaudiet. Probo q̃ ſic. qm̃ idẽ velle idẽ nollevera amicitia eſt. ergo ſi aliquis amicꝰ petit aliq̃d rationabiliter ab amico ſuo ipetrabit iſtũ ſed in ifinitũ maior eſt amicitia dei ad nos q̃ hoĩs ad hoĩem. g̃ quicq̃d petierit ab eo amicus eiꝰ rationabiliter dabit illi. Sz rõnabiliꝰ nõ põt aliq̃s petere aliq̃d a deo q̃ ſi petat pie perſeuerãter ad ſalutẽ ꝓ ſe: g̃ ſi petierit ſic neceſſariũ eſt ipm exaudiri: g̃ ꝓdicta argu-

In oppm mentatio eſt neceſſaria. Cõtra. Ponat q̃ aliq̃s petat pie perſeuerãter ad ſalutẽ ꝓ ſe iſtud qđ petit pſalmiſta. Dñe ne in furore tuo arguas me. i. non puntas me in inferno: neq3 in ira tua corri. i. nõ puntas me in purgatorio. Inde ſic. Iſte petit pie ⁊c. qđ nõ punat in purgatorio exaudiet. in hoc ergo nõ puniet in purgatorio. Cõtra. Eſto q̃ in vltimo inſtãtivite ſue peccet venialiter ex amore filiorũ autvxoris ⁊c. illo cremabili decedat: cõſtat q̃ punietur in purgatorio. qm̃ aut homo punit aut deus punit. nec iſte interruperit perſeuerantiam. qm̃ intantũ petiit ⁊ vſq3 in finẽ. ⁊ tñ punitur in purgatorio: ergo non eſt exaudita oratio eius: ergo illa argumẽtatio nõ eſt neceſſaria. Ad hoc dicitur q̃ iſte non petiit perſeuerãter: q3 ad hoc q̃ aliquis petat perſeueranter duo exiguũtur. Primum eſt q̃ continuevel actu vel habitu petat. Scõm eſt q̃ non faciat aliquid cõtrariũ petitioni ſue: ſed ſicut ille qui petit ne puniatur in inferno facit contra petitionẽ ſuam quando mortaliter peccat. ita ille quivenialiter peccat facit contra petitionẽ ſuã qua petit q̃ nõ puniatur in purgatorio. ⁊ ſic interrũpit perſeuerãtiã petitionis ſue. ⁊ ita non petit perſeueranter. Sed q̃ hec ſolutio non ſit generalis patet ꝑ aliũ caſũ. ponat q̃ aliquis fecerit tot pctã q̃ debitor ſit penitentie. c. annor̃ conuertatur ad dñm. ⁊ poſt cõuerſionẽ petat pie ⁊c. q̃ nõ punit in purgatorio. poſtea moriat pnia incõpleta. Iñ ſic. puniet i purgatorio. qm̃ nullũ malũ impunitũ: q3 aut hõ punit aut deꝰ punit. ⁊ tñ petiit q̃ nõ puniret: g̃ non eſt exaudita oro eiꝰ. ⁊ petiit pie ⁊c. ergo predicta argumẽtatio nõ eſt neceſſaria. ⁊ ſic ptz q̃ illa ſolutio non valet. quoniã nõ poteſt hic adhiberi: quin iſte nichil fecit quod perſeuerãtiam interrũperet. Item. videtur q̃ nõ petierit pie. quoniã de iuſticia dei eſt punire animas in purgatorio qm̃ ferunt ſecũ aliq̃d cremabile. ergo qm̃ petiit q̃ nõ puniretur i purgatorio: petiit contra iuſticiã dei. ergo non pie. Cõtra. petiit ex caritate: g̃ pie. Solutio. predicta argumentatio eſt neceſſaria. et notandum q̃ ille qui ſic petit. dñe ne i furore ⁊c. nõ petit ſimpliciter nõ puniri in pur. ſed petit q̃ deus det ei vt i preſẽti ſic cõpleat penitẽtiã q̃ non oporteat eũ tranſire ꝑ purgatorium. vnde augu. exponens petitionẽ prophete dicit. dñe hicvre hic ſeca. horrendũ eſt enim incidere i manus dei viuentis. ſicut dicit apo. ad hebreos. vnde ſi noſipſos iudicaremus nõ vtiq3 diiudicaremur. Si puniremus nos in pñti. non puniret nos dñs in futuro: quoniã magis placet dño voluntariũ ſeruitiũ q̃ i uoluutariũ. vnde multo magis punit deus in purgatorio q̃ homo poſſet punire ſe hic quaſi eni impertinabilis eſt ignis purgatorij ignis materialis: ⁊ propter hoc pia eſt petitio q̃ nos puniamus ſic in preſenti q̃ non oporteat nos puniri in futuro. per hoc patet ſolutio ad vltimo obiectũ q3 qui ſic petit. dñe ne in ira tua corripias me. ſecundũ q̃ expoſuim⁹ pie petit ⁊ nõ contra iuſticiã dei. Ad primũ dicimus q̃ poſitio impoſſibilis eſt: quia ſi quis peteret pie perſeuerãter ꝑ ſe ad ſalutẽ q̃ dñs daret ei. vt hic ita punietur q̃ in purgatorio nõ oporteat ipſum puniri dñs: qđ neceſſariũ eſſet ꝓpter vinculum et promiſſionẽ dei q̃ falli non poteſt: q̃ iſte non poſſet decedere quin aut penitentiã compleret aut dominus ei immitteret contritionem tantam que ſufficeret ad tollendam culpam et penam. aliter non eſſet verum quod dominꝰ dicit in euangelio. Si manſeritis in me et verba mea in vobis manſerint quecunq3 petieritis fiet vobis.

Ꝛ hãc ſolutionẽ aĩ.

Secundo.

In oppm Solutio.

Augustinꝰ

Paulꝰ ad hebreos.

Ad vltimũ

Ad primũ

Alia ꝙo incidens. ꝫ hoc aꝝ. Item.queritur quid sit petere pie. dicitur ꝙ petere ẽ ex caritate. Cõtra. caritas nõ ẽ nisi de spiritualib⁹ bonis. qz caritate non diligimus nisi deũ et virtutes ergo qui petit ex caritate petit spiritualia bona. sed omne bonũ spirituale valet ad salutem. ergo a primo que petit ex caritate petit ad saluttem. ꝯ in hac circunstantia pie intelligitur hec circunstantia ad salutẽ ergo superflue ponitur hec circunstantia inter ceteras circunstantias petitionis. Ad idem. Itez super illud apostoli. Sine intermissione orate: dicit augu. sine intermissione orat: qui pro spiritualibus orat. sed qui pie orat: orat pro spiritualibus. ergo qui pie orat sine intermissione orat. sed orare sine intermissione est orare perseueranter. ꝯ qui pie orat perseueranter orat. Solutio. ergo hec circunstantia perseueranter superfluit. Solutio. pie orare nõ est orare ex caritate propie ⁊ per se: imo pie orare est orare ex pietate que est cult⁹ dei quonia qñ profitemur mateſtatem dei: vt ꝙ ipse summe potens: sume bonus: et sic de aliis. mouemur ad orandum ipsũ: vt remittat nobis peccata: vt det vitã eternam. et huiusmodi. et sic oramus pie. ex pietate tamen hec circunstantia importat plus. s. ꝙ cum deuotione. Deuotio. Est autẽ deuotio intensio desiderij: quoniaz quando considerat homo ꝙ multum peccauit ex magno affectu caritatis orat ad dominũ: et tunc de facili impetrat ab illo. dicimus ergo ꝙ orare pie est orare ex pietate cum deuotione siue intensione desiderij. ⁊ hoc patet per hoc quod in persona christi dicit psalmista. Domine deus salutis mee. ecce possessio mateſtatis diuine: quasi diceret. domine tu es auctor salutis mee. ⁊ post subdit: in die clamaui: et nocte coram te. ecce oratio que sequitur professione via. Ad primũ. Ad primũ ergo dicimus ꝙ caritas nõ est nisi de spiritualib⁹ bonis per se: tamen per accidẽs siue per aliud diligim⁹ tẽporalia bona: et petimus illa ex caritate: sicut orat ecclesia pro fructu terre: vt pauperes habeãt quo sustententur et sic liberius vacent seruitio dei. verũtñ aliquando non extenditur. quonia penuria plus prodest ad salutẽ aliquãdo ꝙ abundantia. et ideo bene additur hec circũstantia ad salutẽ eo ꝙ non sẽper rogans pie rogando istud quod nõ est ad salutem exaudit. Ad aliud. Ad aliud dicimus ꝙ quando augustinus dicit. Sine intermissione orat qui pro spiritualib⁹ orat loquitur per equipollentiaz: non per essentiã. nõ eniz idem est simpliciter orare sine intermissione ⁊ orare pro spiritualibus bonis. sicut enĩ alibi dicitur nõ cessat orare. qui nõ cessat bene facere: et ita quia per eq̃pollentiã dictũ est: nõ per essentiam. nõ procedit obiectio illa. Iterũ aꝝ. Item. esto ꝙ aliquis existẽs in caritate cõsiderans infirmitatem suã oret ad dominũ vt si ceci ꝙo ici dens deret resurgat. queritur vtrum talis oratio sit meritoria eius quod petit. videtur ꝙ sic. quonia dictum Aꝝ ꝙ sic. est ꝙ hec argumẽtatio sit necessaria. iste orat pie ⁊c. ergo exauditur. Sed constat ꝙ iste orat pie: quia ex caritate pro se et perseueranter. volo enim ꝙ petat instanter et continue et ad salutem. quoniam augustinus dicit: ꝙ nichil diuinus potest peti: ergo exaudit ergo iste huiusmodi oratione meretur quod ipse petit. Euasio. Forte dicit ꝙ non petit perseueranter: propter ꝫ hanc. hanc cõditionẽ. si cecidero: que casũ respicit ⁊ videtur implicare. Contra. aliquis habens caritatẽ per diẽ: si cecidit in ea dicit habuisse perseuerantiã: ergo fortiori ratione cũ iste orauerit cõtinue per. xx. ãnos poti⁹ debet dici perseuerare: ergo ipse orat perseueranter

Si dicis ꝙ pseuerantia nõ attendit secundũ longinquitatẽ tẽporis. sed respectu finalis persistentie. Cõtra. meritũ per se absq; tali pseuerantia est meritum vite eterne: sicut patz in multis reprobis qui habent caritatẽ qua merent vitã eternã. et tamen nõ habent finalẽ perseuerantiã: ergo fortiori ratione iste qui ex caritate orat meretur istud quod petit: ꝙuis non habeat finalẽ perseuerãtiã. Preterea. volo ꝙ oret hic finaliter. Itẽ. nullus potest mereri sibi primã gratiã ⁊ non est alia causa nisi quia ꝙdiu est in pctõ indign⁹ est pane quo vescitur. tamen vir sanctus potest ei mereri: ergo a simili cũ iste sit in caritate: sibi postea facto peccatori potest gratiã promereri. Si cõceditur. Contra. sit ꝙ iste cadit per mortale: meritũ igit huiꝰ euacuatur. quoniã ezechiel dicit. si ceciderit iustus a iustitia sua oim iustitiarũ eius nõ recordabor: ppter iustitiã peritã nullo modo debetur ei gratia in futuro: ergo nõ meruit eã ex iustitia ꝑterita: ergo oño eius nõ fuit meritoria quod ipse petebat. et ita videt ꝙ in hoc casu nõ tenet argumentatio predicta. Sed Augustin⁹ si hoc: quomõ igitur dicit augustin⁹ ꝙ nichil diuini⁹ potest peti. Solutio. dicimus ꝙ predicta argumẽtatio est necessaria. tamẽ qui sic petit ꝙ si ceciderit resurgat nõ meretur exaudiri: licet oratio sua sit meritoria vite eterne: et hoc ideo. quia nõ petit pseueranter: quoniã perseuerantia duobus modis impeditur in illa petitione. quoniã in conditiõe includitur casus per peccatũ qui perseuerantiã interrũpit. et iterũ priuatio potẽtialis pseuerantie. talis enĩ cõditio priuat potentiã perseuerandi. perseuerantia enĩ nõ consistit tantũ in diutina cõtinuatione: sed in cõtinuatiõe finali. vnde in matheo. Qui pseuerauerit vsq; ad finẽ. ⁊c Ad primũ igitur patet solutio. quia ipse nõ petit per Ad primũ seuerãter. Ad secundũ dicimus ꝙ nõ est simile de habẽte caritatẽ per diẽ tantũ. quoniã a caritate eius nõ excluditur potẽtialis pseuerãtia: sed predicta oratio priuat potentialẽ perseuerantiã. Similiter dicimus Eodẽ mõ de reprobo. quoniã caritas eius non excludit potentiã perseuerandi. Ad quartũ patet solutio. quoniam Ad ꝙrtum ꝙuis caritatẽ habeat iste que sic petit. tñ impedit ne mereatur istud propter casũ quẽ implicat in sua potẽtia tanꝙ precedentẽ istud qđ ipse petit. Ad quod dicit augustinus ꝙ nichil diuini⁹ potest peti. dicim⁹ ꝙ dicit hoc ideo. qñ qui petit hoc petit cũ amore cũ timore cũ humilitate et reuerentia dei: potest etiã talis oratio valere ei: vt si ceciderit faciliter resurgat ⁊ cũ minori preparatione ꝙ si hoc nõ orasset nõ tamen per modũ meriti impetrat sibi gratiã. sed dñs attendens seruitiũ eius qđ impẽdit ei aliquãdo facil⁹ reddit ei gratiã et qñq; reddit maiorẽ ꝙ si nichil boni fecisset. Itẽ. ꝙ aliquis petat ex caritate se trãsire ꝑ palmam martirij ab hoc seculo. et petit hoc perseueranter. inde sic: iste petit pie perseueranter pro se ad salutẽ: ergo exauditur: ꝙ ad salutẽ petat. probaꝝ. qñ Iterũ aꝝ. petit istud quod facit per se ad augmẽtũ corone. Sz accidit sepe ꝙ aliquis petendo istud nõ exaudit. qñ forte deficeret in tollerando. Itẽ deus nõ creabit nouos carnifices. et ita cũ nõ sint carnifices parati nõ exaudietur aliquis huiusmodi petitionẽ faciendo. Itẽ Ad idẽ. super istud iohãnis. Si manseritis in me et ṽba mea in vobis mãserint: qđ petieritis ĩ nomĩe meo fiet vobis. augustinus. qui petunt extra regulã magisterij et⁹ nec ipsi manẽt in eo nec ille in ipsis: sed si petentes petũt extra regulã magisterij et⁹ qñ regla magisterij

ei⁹ nō se extēdit nisi ad ea q̄ petūt in oꝛone dn̄ica: sicut patz p glosā. augu. super oꝛationē dn̄icā. & tales nō manent in eo nec ipse in eis. et ita huiusmodi petitio non potest esse ex caritate. Quidā dicūt q̄ nullus debet petere simpliciter martiriū. sed sub cōditiōe q̄m forte deficeret in illo vel cū nō sint carnifices nō placeret deo cui⁹ nō est carnē pꝛocreare. Sed cōtra videtur de beato dionysio qui simpliciter dixit dñe iubeme cū socijs meis ad palmā martirij puenire. ꝛ beatus ād̄eas simpliciter petijt ne deponatur de cruce de necessitate exaudit. sed non opoꝛtet q̄ exaudiatur in hoc. quontā q̄nq̄z nō essz ei ad salutē: imo deficeret in martirio: sed exauditur sepe in alio. quia datur tm̄ augmentū caritatis qđ equaliter pꝛodest et vel magis q̄ martiriū. potest ergo nō exaudiri in hoc. quia nō creabit dn̄s nouos carnifices: sed sepe quando carnifices sunt parati sanctos suos exaudit deus in petitione martyrij vt carnificibus paratis beatū dionisiū ꝛ cruce parata beatū aud̄eā nec est ista petitio extra magisteriū dn̄i imo reducit ad illā petitiōez. adueiat regnū tuū. vbi petitur q̄ regnū militans veniat ad regnū triūphans qđ martiriū impletur. Jtē esto q̄ aliquis petat augmentū caritatis pseueranter. inde sic. iste petit pie. ꝛc. ergo exauditur: quo ad salutē petit quod secundū augmentū caritatis est augmentū salutis: petit etiā istud quo nichil melius in hac vita. p̄t tamen esse q̄ exaudietur neq̄z dabitur ei augmētum caritatis. quoniā forte inde superbiret. Sed dicet aliquis q̄ exaudietur. sed nō statim imo post mortē creꝛscet caritas et coꝛona. sed hoc nichil est. q̄m. s. augmētum vie est augmentū coꝛone. Jtē cū sit hoc bonum dandū in via: quare nō exauditur vt detur in via. Jtē huius petitio est secundū regulā magisterij oꝛatiōis dn̄ice nisi peterētur dona siue virtutes aut augmēta illarū. vnde est de hijs que vere petēda sunt secundū q̄ dicit augustinus super oꝛationē dn̄icā. bon⁹ magister hic docuit nos quid petere debemus: vt si q̄d aliud q̄ hic ꝓtinetur petimus pꝛeter regulā magisterij eius petamus: ex quo est igitur de hijs que vere petenda sunt. si aliquis in via debet exaudiri super aliq̄ petito debet exaudiri super isto. Solutio. dicim⁹ q̄ huius petitio debet exaudiri in via: sed non semper exauditur in eo quod petitur. quia illo habito q̄nq̄z superbiret se in alio. quoniā datur sepe ipsi petenti cōstantia quedā que magis vtilis est ei q̄ augmentū caritatis: nec etiā semper exaudit statim in eo q̄ det augmētū caritatis cui etiā debet dari ipsū augmentum. istō differt deus vt magis desideretur et magis desideratū ardentius querat et habitū diligenti⁹ cautiusq̄z custodiatur. ideo dicit sponsa in cantic⁹. fuge dilecte mi.

Opinio aliquorum.

ℨ hanc aī.

Solutio.

Jtez aī.

Euasio.

ℨ hoc aī.

Ad idem.

Tertio.

Solutio.

¶ De oꝛone pauli q̄ petit stimulū a se āmoueri. ¶ Quarta questio huius capit.

Queritur de oꝛatione pauli qua petit stimulū a se āmoueri. d. dat⁹ ē michi stimul⁹ carnis mee angel⁹ sathane q̄ me collaphiset. ꝓpter qđ ter dn̄m rogaui. ꝛc. stimul⁹ iste ꝺz doloꝛ lateris vel incētiuū libidinis. queritur vtrū apostolus fuit exaudiend⁹ petēdo stimulū āmoueri secundū q̄ intelligit incentiuū libidinis. videt q̄ sic. quoniā q̄n petebat incentiuū libidis āmoueri a se petebat p̄mos mot⁹ in se destrui hoc autē facit beatū: dicente dauid beat⁹ qui tenebit et allidet paruulos suos ad petrā. i. qui destruit in se p̄mos motus in cōsideratiōe chꝛisti: ergo apostol⁹ petebat quod facit beatū: ergo exaudiend⁹ erat. Jtē apl̄s petebat pie q̄z attribuebat āmotionem stimuli deo ꝛ ꝓpter qđ pz cū dixit ne magnitudo reuelationū extollat me. et perseueāter. q̄m nō semel: sz pluries sicut dicit ꝓpter qđ ter rogaui. et ad salutē hoc cōstat & exaudiendus. Forte dicit q̄ non petebat ad salutē q̄m pꝛesentia stimuli ad salutē erat apl̄o. non nisi qa pꝛedestinatus erat. oīa enim cooperantur in bonum his qui secundum pꝛopositū ꝛc. ergo pari ratiōe peccatum moꝛtale est ad salutem. ¶ Pꝛedesti. enī cooperantur in bonum et vt humilioꝛ et cautioꝛ resurgat. sicut patet in beato petro. ergo pꝛedestinatus petēs peccatū moꝛtale āmoueri a se si habeat. non est exaudiendus quod manifeste falsum est. ¶ Pꝛeterea stimulus iste erat paulo ad salutem aut sicut causa aut sicut occasio. non sicut causa: quontā angelus sathane vel stimulus eius non est causa salutis. ergo sicut occasio. Sed similiter. amotio stimuli est causa salutis imo occasio. ergo apo. petens amoueri stimulum a se petijt ad salutē et pie ꝛ perseueranter et ꝓpter qđ. quo nā petebat maluz remoueri a se. ergo debuit exaudiri. quo concesso. Contra. super p̄mā canonicā iohannis in fine dicit augustinus. voluntas dei bona quandoq̄z nostrā stultam voluntatem coꝛrigit: vt in paulo q̄n petijt stimuluz amoueri. ergo volūtas pauli fuit stulta: ergo stulte petijt: ergo nō debuit exaudiri. Jtem. super illud apostoli. nescimus quid oꝛem⁹ vt opz. fallimur q̄nq̄z putātes nob⁹ ꝓdesse bonū qđ nō ꝓdest sicut paulo accidit. vnde responsū accepit a dn̄o q̄ nō exaudiret apo. & putans sibi pꝛodesse amotionem stimuli fallebatur. ergo stulte petebat. ergo non debuit exaudiri. Jtem. beatus iacobus. Omne gaudium existimate fratres cum i varias tētationes incidi. exterioꝛes: scilicet vel interioꝛes: sicut dicit glo. ergo apostolus tenebatur gaudere de tentatione illa. ergo tenebatur non petere tentationē illā āmoueri. ergo petijt stimulū āmoueri. & exaudiend⁹ nō erat Jtem. deus dicit virtus in infirmitate perficitur: ergo paulo erat stimulus iste causa perfectionis: & petendo istum amoueri petebat contra perfectionē suā ergo non debuit exaudiri. quod concedimus. Et ad euidentiam solutionis pꝛedictarū notandum q̄ remota oī exceptione verum est qđ apostolus dicit. Omnia cooperantur i bonū his ꝛc. etiā peccatū moꝛtale. Sed quedā cooperantur et non sunt in bonum sicut peccatum moꝛtale: et foꝛsan peccatum veniale. quoꝝ āmotio petenda est. Quedāvero cooperātur in bonū et sunt in bonū: et talia cooperantur in bonū et sunt in bonū per se vt opera virtutū et virtutes q̄ sunt causa boni per se necessaria. Quedā cooperantur in bonū et sunt in bonū nō per se neq̄z causa necessaria: sed mottua vel amminiculans et stimulans vel exercens: sicut est paupertas que est stimulus et causa motiua ad humiliandū. talis est tentatio exteꝛioꝛ et diaboli que vt dicit auctoꝛitas nō est peccatum: sz materia exercende virtutis. ex hoc patet solutio ad obiecta. Ad p̄mum dicimus q̄ apostolus nō petijt p̄mos motus amoueri a se: sed tentationē exteꝛioꝛem que incitabat eū ad libidinē que a diabolo erat ad decipiēdū. a deo aūt ad exercendū. Ad aliō dicimus q̄ apo. nō petebat ad salutē. q̄m stimul⁹ erat ad salutē: nō āmotio. erat autē causa salutis nō necessa-

Secundo.

Secundo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Solutio.

Notandū.

Ad p̄mū.

Ad aliud.

Aī q̄ sic.

ria. sed āminiculans motiua stimulans et exercens. Sed cū dictū sit q apostolus nō fuit exaudiendus sic

q̄o īcidens Ad q sic petendo. querit vtrū peccauit sic petēdo. q̄ videtur quia aut petijt petendū aut nō petendū. si petendum ergo debuit exaudiri et nō ē exaudit⁹: ergo nō petijt petendū: ergo peccauit. maxime cū petierit cōtra salutē suā vt patet ex glo. ambrosij super illud nescim⁹

Secundo. quid oramus. ꝛc. que superius posita est. Jtē. stulta fuit ei⁹ petitio: qm̄ ō t auctor. voluntas dei bona. ꝛc. vt in paulo: ergo stulte petijt apostolus: ḡ indiscrete sed indiscretio est peccatū: ergo a primo. q indiscretio sit peccatū patet: quoniā omissio actus prudentie est peccatū cū actus prudentie sit in precepto. sed indiscretio est oīs act⁹ īprudentie: ḡ indiscretio est pec

Tertio. catū. Jtē. super petitionē istā oīonis dñice. et ne nos inducas in tēta. dicit glo. nō petit nō tentari. sed in tē tationē nō induci. apostolus autē petebat nō tentari ergo petijt contra regulā magisterij xp̄i dicentis in oratione dñica. quid quomō petendū: ergo peccauit mortaliter. quoniā augustin⁹ dicit: quicūq; petit con tra regulā magisterij christi nec christus in eo est nec ipse in christo: ergo peccauit mortaliter. quod est cō tra eos qui dicunt apostolū sic petendo tm̄ venialiter

In oppō peccasse. quo cōcesso. Contra. si rex vel īperator per egre proficiscēs vltra mare ad succursū terre sācte in via laborans egritudine detineretur constat q si haberet caritatem: et peteret a se ammoueri illam egri tudinem vt peregrinationem posset perficere ad cō modum ecclesie dei mereretur: ergo eadē ratiōe apo

Secundo. stolus petendo simile meruit: ergo nō petijt non pe tendū. nec peccauit quod est contra predicta. Jtem. ecclesia orans pro egrotis sub hac forma. exaudi nos dñe pro famulo tuo vt reddita sibi sanitate ꝛc. mere tur. ad quid enī eēt talis oratio nisi ecclesia sic orādo

Tertio. mereretur. ergo si ecclesia orando sic pro sanitate sui mēbri meretur. eadē ratione nobilissimū mēbrū ec clesie beatus paulus pro sua propria sanitate orans merebatur: ergo nō peccauit sic orando. Jtē. indirecte apostolus orans pro sua sanitate vt intelligam⁹ dominū stimulū illū āmoueri non potuit mereri: ergo fortiori ratione nō potest aliquis mereri orando pro sanitate alterius: ergo nec potest illi cōpati sine peccato. quod falsū est. cū dicit apostolus quis infir mat ꝛ ego nō infirmor ꝛc. primū intelligit de ꝓpassio ne pene alterius. secūdū de cōpassione culpe: ḡ apo

Solutio. stolus cōpatiēdo sibi mereri potuit: ergo non pecca uit mortaliter. Solutio. dicim⁹ q apostolus nō pec cauit īmo potuit mereri vel non mereri illa petitiōe

Ad primū Ad primū dicimus q apostolus petijt p̄cise et per se loquēdo non petendū. quoniā istud erat nō petendū in se tamē petijt petēdū in alia habitudine. vnde pe tijt nō petendū simpliciter: sed petendū secūdū quid

Fallatia. vnde dicimus hec argumentatio nō valet: apostolus petijt non petendū: ergo peccauit. est ibi fallatia se cundū quid et simpliciter. quoniā procedit acsi istud quod petijt apostolus nullo modo esset petendū. i. dignū peti. cū tamen esset dignū peti in alia habitudi ne vt expeditius. s. predicationē suā exerceret. sicut ammotionē egritudinis potest quis petere dignevt

Ad sc̄m. maius habeat spaciū penitendi et dño seruiendi. Ad secundum dicimus q reuera apostolus petijt indi screte. i. non vsq̄q̄ discrete. nec tamē peccauit: qm̄ indiscretio non est peccatum sicut discretio non ē vir tus. quoniā discretio nō tam est virtus q̄ auriga vir tutū sint dicit bt̄us bernar. indiscretio aūt apli nō fuit omissio act⁹ prudētie. qm̄ act⁹ prudētie ꝓpe ē electio alterius cognitor. sz talis electio nō subiacebat nec poterat subiacere scientie apli. vtrū. s. infirmitas eēt ei ad salutē vel obesset. propterhoc ipe dicit. sed neq; meipsū iudico. qui aūt iudicat me dñs est. ꝛ alibi. Michil michi conscius sum ꝛc. patet ergo q si ꝛ indiscretio fuit in apl̄o. i. nō vsq̄q̄ discretio plena. tm̄ nō omisit actū prudentie et ita non sequitur q peccaue rit. Ad tertium dicimus q in oīone dñica nichil ex

Ad tertiū. preſſe docetur peti: nisi quod spirituale est et simpli citer petendum. verūtm̄ potest aliquid peti tēporale sed non expresse propter se: sed tanq̄ ad spirituale q̄d petere ē petere sub regula magisterij christi: ergo pe

Fallatia. tijt contra. Et ē tbi fallatia consequentis. non enī pe tijt amotionem illius doloris laterīs: intendens sani tatem propter se. si enim ex libidinis sanitate hoc pe teret: peccaret mortaliter: sed petijt vt expediti⁹ ex erceret predicationē christi sicut dictum est. patet ḡ q non peccauit. Ad sequentia dicimus q aposto

Ad alia. lus mereri potuit sic petendo vel nō mereri: vt ex sen sualitate et sic non mereri. q aūt ex sensualitate pete rit. videtur: quoniā super illū locum. propter q̄d ter

Aſſ q pec cauit. dñm rogaut. dicit glosa. humane timens. i. mō homi nis qui asperitatē infirmitatis timet ex sensualitate et ita patet q potuit non mereri sic petendo. vnde di cimus q hec argumentatio non valet. Rex petit egri tudinē amoueri a se ꝛc. ergo apostolus petens simi le m[illegible]rebatur. debet ei addi vel potuit mereri. ꝛ hoc verum est. vel sic debet inferre. ergo apostolus pe tens simile et modo cōsimili meretur ꝛ hoc verū eēt sed vtrū ex caritate petierit nescimus. potuit enī ꝛ sic et aliter esse. Ex his patet solutio ad duo obiecta. sed

ad duo alia probatur q non meruit vitā eternā illa petitiōe. Jn omni sacrificio apponi debet sal. sed in sacrificio apli i. in sua petitiōe non fuit sal discretionis: quoniaz pe tijt stulte vt dictū est. ergo cum nullū sacrificiū sit ac ceptabile deo sine sale discretionis: petitio apli nō fu it acceptabilis deo. ergo nō fuit meritoria vite eterne

Jterū aſſ. Jtem sicut dictum est: apostolus petijt contra salutē

Secundo. suam. ideo petitio sua nō fuit ei meritoria salutis. er go petitione illa non meruit vitam eternā. Jtē. apo

Tertio. stol⁹ petijt absolute q̄d petēdū erat sub ꝺditōe. ḡ pec cauit tali petitiōe: nō ḡ meruit q petere deberet sub cōditiōe. ꝑz per hoc q beatus iacob⁹ rep̄hēdit quos dā qui absolute asserebant quod sub cōditione dice re debebant. dicit enī iacobus sic. Ecce nunc qui dici tis hodie aut cras ibimus ī ciuitatē illā et faciemus ibi annū ꝛ meditabimur et ignoratis quid sit vobis in crastinuz. que est enim vita nostra vapor ad mo. parentū ꝛc. pro eo vt dicatis. si dominus voluerit et si vixerimus faciemus hoc aut illud. ergo si illi in crepandi: quoniam sine conditiōe si domin⁹ ꝛ cetera. asserebant: ergo ꝛ apostolus fuit increpand⁹ q̄ petijt absolute: ergo nō meruit vitā eternā illa petitiōe q̄d

Solutio. est cōtra p̄dicta. Solutio. potest dici q meruit q̄uis enī sensualitas excitaret ipsū ad hoc petēdū tamē ex ratione prouenit sua petitio aliter nō rogasset totiēs q ām[illegible]ouere[illegible] stimulus ab ipso. Ad primū dicim⁹ q ī

Ad primū sacrificio apli fuit sal discretionis: licet nō quātū dice ret perfectionē eius. vnde nō valet hec argumētatio stulte petijt: nō ergo cū discretione. quoniā eius petī tio dicitur stulta impropric: sz ideo quia ex toto: si cut q̄ diceret eius perfectionē: deliberationē et discre-

tionem nō apposuit in petēdo. quia si plene deliberasset conditionem istaz apposuisset. si dns voluerit tñ sufficientem discretionē ad merendū adhibuit: qm petijt hoc vt eius predicatio haberet libertorē ꝓcessum. Ad secundū dicimus q nonvalet: petijt contra salutē. nō ergo petendo istud meruit salutē. quoniā prima propositio nō est vera per se. sed per accidens sic. s. petijt id quod erat contra salutē nō secundū se ꝛ per se. sed per occasionē: quoniā stimulus non est ꝑm se ad salutē. et ita amotio stimuli nō est secundū se cōtra salutē: et propter hoc nō valet illud argumentū.

Ad secm

Ad tertiū. Ad tertiū dicimus q cōditio ista. si dns voluerit non est circūstantia que necessario exigatur ad virtutē. iō proprie loquendo nō est circūstantia. si tamē large ꝺz circūstantia. dicimus q nō est circūstantia virtutis: sz augmentū virtutis et ideo omissio illius nō impedit meritū: sed potest impedire augmentū meriti. Ad obiectū de illis quos beatus iacobus reprehendit dicimus q nō reprehendunt propter hoc q nō apponebant circunstantiā illā: sed quia sic asserebant zelo vite temporalis. et de cōfidentia vite sue et virtū suarū de quibus superbiebant. vnde sequitur in auctoritate. nunc autē exultatis in superbijs vestris. si autē sub predicta conditione asserebant vt sic per humilitatē reprimeretur superbia nō essent tunc reprehendi

Ad tertiū.

Ad ꝙliud.

Duplex tētatio. Itē notandum q duplex est tentatio interior et exterio. exterior qua diabolus tentat et hec duplex. quedam per modū afflictiōis. qñ penitus affligit hoiem diabolus. alia per suggestionē primorū motuū. talis tentatio nō est peccatū ipsius tentati. interior tētatio est tētatio carnis per primos motus. Et hec duplex quoniā qñq tentat per motus inuolūtarios prorsus qui dicuntur primo primi. s. quādo natura tendit ad suā alleuiationē a superfluis. talis tentatio nō est peccatū. quoniā augustinus dicit q cōcupiscētia nature non est peccatū. etiā in corpore vigilantis. alia tentatio est per primos mot⁹ qui cū sint aliquo modo volūtarij. peccata sunt: sed venialia. loquamur ergo de tentatione diaboli per modū suggestionis et per primos motus quia fere idē est. Queritꝝ vtrū amotio talis tentationis fuerit apostolo ad salutē. videtur q sic. quia primus motus secundū se est malū et inutile ꝙ ei⁹ amotio secundū se bona est et vtilis: ergo est ad salutē: ergo amotio stimuli erat apostolo ad salutem et hoc petijt: ergo petijt ad salutē. quod est cōtra predicta. Preterea. petijt ad salutē et pie ꝛ pro se ꝛ perseueranter: ergo debuit exaudiri. quod patet esse falsum cū nō fuerit exauditus. Itē. tentatio illa nō fuit bona apostolo nisi quia cooperabat ad bonū. licz nō esset ad bonū: ergo pari ratione peccatū mortale erit bonū cū cooperetur ad bonū: licz nō sit ad bonū. qñ oia cooperantur hijs. ꝛc. ergo sicut nō licet orare ꝑ amotiōe p̄mi mot⁹: siue suggestiōis p̄dicte. ita nō licz orare pro amotione peti mortalis quod patz esse falsum. cum quotidie oraret propheta ab occultis meis munda. Preterea. hoc est qđ sūmopere cauere debemus ne peccemus mortaliter: ergo orando istud maxime meretur. et ita videtur q meritorie potest quis orare amotionē venialiū. Itē aliquis religiosus qui diu perdidit suauitatē vnguēti. i. oronis propter cogitationes se immiscentes ex dono sapiētie potest orare dñm vt misce mortētes nō perdant suauitatē vnguenti: ergo ex dono sapientie qđ est excellentissimum donū spūssancti pōt orare amotione primorum motuum: ergo sapientissime: ergo pari ratione sapiētissime orauit paulus amotionem primorum motuū non ergo petijt stulte quod est ꝓra predicta. Dicim⁹ q amotio stimuli non esset apto ad salutē neq; p̄mor motuū. et non valet hec argumentatio: primi mot⁹ secundū se mali sunt. ergo amotio eorū secundū se ē bona. qm illa duo nō sunt contraria. sed sunt sicut cōtraria. sicut motus et quies non sunt proprie contraria: sed vt contraria: quia mutuo se expellunt. vñ qa amotio nichil est secundū se. patet q secundū se nō ē mala: nec bona. tamē si concederetur q amotio priorum motuū secundū se eēt bonū. tamē non sequit q apostolo esset bonū. quia stimulus ille erat apostolo ad maiorē hmiliationē et coronā. Ad secundū dicimus q non est simile de primis motibus et de peccato mortali: quoniā primus motus cooperatur ad salutem et non aufert salutē. sed peccatū mortale. licet per aliud siue per considerationem aut occasionē cooperetur iusto ad salutē. tamen salutē aufert: et ideo sapientissime semper oratur amotio illius. Ad vltimum dicimus q hec argumentatio non valet. religiosus ex dono sapientie quod est excellentissimū donum spūssancti orat amoueri a se primos motus. ergo sapientissime: et hoc accidit: quia amotio in priuatione consistit. Preterea. et si non oret ex ignorātia potest tamē ignorās petere quod forte dns vult illuz tentari ne euocet per superbiā: sicut de effraym dicit osee. vnde dns qñq debet spirtualiter eē pond⁹

Ad secm.

Ad vltimū

¶ Queritur vtruz temporalia sint simplicit et absolute petenda.

¶ Quinta questio huius capituli.

Queritur vtrum tēporalia sint petenda simpliciter. videtur q sic. Apls dicit ad thimotheuz. i. pietas valet ad omnia promissionē habens vite que nūc est ꝛ future. pietati ergo simpliciter promittitur vita presens: ꝙ temporale. ergo eadē ratione consequens ad vitam presentē. s. tēporalia. sine quibus vita presens non sustentatur. sed si a dño promittūtur tempoalia licite et meritorie possūt possideri: ꝛ etiā peti ab eo: ergo ipsa sunt petēda simpliciter: sicut simpliciter promittit pietati. Itē. salomō in ecclesia. petit simpliciter eā dicēs. dñe diuicias ꝛ paupertates ne dederis michi: sed tantū victui meo tribue necessaria. i. tempoalia: quibus vita sustentatur: sed petendum est sicut ipse petijt. ergo petendum est simpliciter tempoalia: ergo tempoalia sunt petenda simpliciter. Itē. ecclesia petit ea simpliciter dicēs vt fructus terre dare et cōservare digneris te rogam⁹ audi nos. et non decipitur ecclesia quoniā impossibile est generalē ecclesiā decipi: ergo petens tempoalia simpliciter bene petit: ergo tempoalia sūt simpliciter petēda. Itē. esto q in infirmatorio alicuius abbatie sint multi infirmi qui piscibus valde affectent refici ꝛ oret abbas dñm q concedat piscatores capere pisces quibus monachi possint refici cōstat q abbas possit hoc petere ex caritate: ergo tempoalia possunt peti ex caritate. et hoc est simpliciter petere: ergo temporalia sunt petenda simpliciter. Itē in ecclesia. vij. vtilior est sapientia cū diuicijs: ergo diuitie augmentāt vtilitatē sapientie. sed constat q sapientia est simpliciter petenda: ergo et causa vtilitatis: ergo et diuicie si conceditur. Contra. salomon petijt dñe diuicias et paupertates ne dederis michi: ergo petijt q dns nō daret ei diuicias et bene petijt: ergo diuicie non sunt

Ad ꝙ sic.

Secundo.

Tertio.

Quarto

Quinto.

In oppm

Secundo.

Secundo. petẽde. Jtẽ. super istud: primũ querite regnũ dei. ꝛc dicit glo. non dicit primũ propter hoc ꝙ post temporalia sunt petenda: ergo nec primo nec post temporalia sunt petẽda: ergo nunꝙ. Jtem. domin⁹ in euangelio prohibet esse sollicitum de crastino id est de futuro. ergo illicitum est esse sollicitum de futuro. sed petendo tpalia sollicitus ẽ de futuro. talis enĩ petitio respicit futurũ. ergo illicitũ est petere tẽporalia. ergo tẽporalia non sunt petenda. Jtez. dñs exponẽs illud. Spine suffocauerũt verbũ dei. vocat spinas diuitias: et recte: quia diuitie pungunt sicut spine ꝛ cruentant ex post facto. diuitie ꝑ suffocant verbũ dei: ergo diuitie suffocant vtilitatem sapiẽtie. non ergo melior est sapientia cũ diuitijs. quod est contra predicta Preterea. diuitie suffocant verbum dei. ꝑ impediũt predicationẽ dñi: ergo non est bonũ habere illas. ꝑ non sunt petende. Jtem velle laudari ab oĩbus in se est malũ nec potest aliquis velle laudari ab oĩb⁹ sine peccato q̃uis bonũ sit laudari ab omnibus: vt deus glorificetur. hoc aũt nõ est nisi quia laudari ab oĩb⁹ vanum est. ergo pari ratione velle simpliciter habere diuitias simpliciter malus est: nec est sine peccato cum diuitie sint vane. quoniã vanitas vanitatũ et oĩa vanitas. ergo petere diuitias est peccatũ.

Jtẽ ad idẽ.

Ad idem.

Solutio. Solutio. concedimus ꝙ tẽporalia nõ sunt petenda. i. digna peti. verũtamen licitũ est petere ea in casu sicut in necessitate propria: sicut petebat salomõ: vel in necessitate alterius: sicut petit abbas in casu predicto: vel in statu cõmunis necessitatis. sicut petit ecclesia. licitus est ergo ea petere et habere in casu non ad fruendus sed ad vtendũ. Ad primũ ergo dicimus ꝙ hec argumentatio non valet. tẽporalia licite et meritorie possunt peti ab aliquo: ergo sunt petenda. est ibi fallatia consequentis a superiori ad inferius affirmãdo. quecunqꝫ enĩ sunt petenda. i. digna peti licitũ est petere: sed non ecõuerso.

Ad primũ

Ad scõm. Ad secundũ dicimus ꝙ hec argumentatio nõ valet: salomon petijt tẽporalia et licite et bene: ergo tẽporalia sunt petenda simpliciter quoniã ipse non petijt simpliciter. sed pro necessitate sua. vnde deberet cõcludere sic: ergo tẽporalia sũt petenda sicut ipse petijt: hoc autẽ bene ꝓcedim⁹.

Ad tertiũ. Ad tertiũ similiter dicimus ꝙ abbas bene potest sic petere. qz pro alteri⁹ necessitate petit nec sequit ex hoc ꝙ tpalia sint petenda. i. digna peti sz sũt petẽda. i. licita peti sicut petit abbas.

Ad q̃rtum Ad q̃rtũ dicim⁹ ꝙ eccla nõ petit simpliciter diuicias neqꝫ tpalia. sed in statu generalis necessitatis ex prouidentia siue prudentia et pro alio simpliciter ex caritate. rationalis enĩ creatura q̃ ex toto corde tenetur diligere deum non debet adeo auerti nisi in casu necessitatis vt liberius possit seruire deo et ei adherere ꝑ dilectionẽ. et ita patet ꝙ nõ sequitur ex hoc ꝙ ecclesia orat pro tẽporalibus dandis et conseruandis ꝙ ipsa sint petenda. i. digna peti sed bene sequitur. ergo licitũ est ea petere sicut ecclesia petit.

Ad aliud. Ad aliud dicimus ꝙ salomon loquitur cũ quadã suppositione. s. ꝙ maneat sapiẽtia ꝛ suffocet a diuicijs licz hoc difficile sit. ꝛ in paucis. qm̃ hoc habet locũ in pfectis tantũ. vnde diuicie nõ sũt scõm se causa vtilitatis sapientie vel augmenti eius et propter hoc nõ sequitur ꝙ sapiẽtia est melior cũ diuicijs ꝙ sine. ꝙ diuitie sint petende. i. digne peti: loquitur ꝫ salomon cũ suppõne quadam et vt in paucis. dominus autẽ dicens. ꝙ diuitie suffocãt verbũ dei locutus est simpliciter et vt in multis. Ad vltimũ dicim⁹ ꝙ nõ est simile de laude hominũ: et de tẽporalibus. nam laus humana in se vana est et superfluũ quid est. sed tẽporalia q̃uis vana sint in se: tñ necessaria sunt in multis. sed videtur quod hoc non sit licitũ petere tẽporalia absolute. quoniã super istud psalmi. De⁹ meus clamabo per diẽ et non exaudies et nocte ꝛc. dicit glosa. clamaui per diem. i. in prosperis ne recedãt et nocte. i. pro aduersis vt abeant. ꝛ non exau. quia verbũ delictorũ clamo. ergo qui petit ne prospera recedant: petit verbũ delictorũ: ergo similiter qui clamat vt prospera ventãt peccat. ergo qui petit simpliciter tẽporalia peccat. sed constat ꝙ in cõparatiõe ad finẽ supremũ et conditione debita licet ea petere. ergo qui aliter petit ea peccat. ergo non licet petere ea absolute.

Ad vltimũ

Jterũ aĩ ꝙ nõ lz absolute illa petere.

Jtem. super istud. propter quod ter dñz rogaui. ꝛc. dicit glosa. si petitis tẽporalia. cũ modo petite: et vos deo cũ timore cõmittite vt si ꝑsint det. si sciat obesse non det. tenemur ergo petere tẽporalia qñ petimus ea cum appositiõe modi. i. conditiõe predicta: vt si prosint ei det. non ergo licitum est petere ea absolute.

Secundo.

Jtẽ. ĩ leuitico prohibetur aĩal claudum. et dicit glosa. Animal claudũ offerre est simul tẽporalem vitã: et eternã petere. sz offerre animal claudum est peccatum: ergo petere vitam eternã et tẽporalia est peccatum. sed petere vitã eternã non est peccatum. ergo petere tẽporalia est peccatum. ergo nõ licitũ est petere tẽporalia absolute.

Tertio.

Jtem. sup illõ ꝓme ad corinthios. melius ẽ michi mori ꝙ vt gloriam meã quis euacuet. dicit glosa. ne duos fines vobis constituatis. sed qui petit tẽporalia absolute: et similiter eterna absolute. duos fines constituit sibi. ergo facit qõ glosa tñ prohibet. ergo peccat: sed non peccat ex eo ꝙ petit vitã eternã absolute. ꝫ peccat quia petit tẽporalia absolute: et inde vt prius.

Quarto.

Jtem. in illa auctoritate prohibetur meditari terrenam mercedẽ solã. ergo nõ licet eã meditari sine cõparatione nec petere.

Quinto.

Jtem. caritas est ignis tendẽs sursum. ergo non mouet deorsuz. ergo ex caritate nõ possunt peti tẽporalia absolute. ergo nec meritorie inde sic. tẽporalia non possũt peti absolute meritorie. ergo petere tẽporalia absolute nõ est indifferens quoniã omne indifferens non est meritorium: ergo peccatum. ꝫ non est licitũ. quo concesso.

Sexto.

In oppom

Contra. dñs dat tẽporalia ad subsidiũ. siue ad sustentationẽ ad solatium ad remediũ. ergo licitũ est habere ea ad sustẽtationẽ ꝛc. petere: ergo ꝛ hoc ẽ petere absolute.

Secundo.

Jtẽ domin⁹ promisit tẽporalia iudeis: ergo licitũ fuit eis habere tẽporalia et velle habere. ergo ꝛ petere sed quod fuit aliquãdo licitũ in se et secundũ se sẽper fuit licitũ et erit: ergo etiã modo licitũ est velle habere tẽporalia. ergo licitũ ẽ petere ea absolute.

Tertio.

Jtẽ. agricola laborat in agro vt acquirat sibi tẽporalia ad sustentationẽ nichil aliud intendens: nõ tñ peccat licet non mereatur. ꝫ acquirere sibi tẽporalia propter sustentationẽ tantũ: nõ est peccatũ: imo licitũ: ꝫ et petere illa. ergo licitus est petere tpalia absolute.

Quarto.

Jtem ex naturali pietate possũ velle alicui tẽporalia ad sustẽtationẽ et licite qz ex cõpassione naturali: sz maior est mor⁹ cõpassionis vel pietatis in me ꝙ ĩ aliũ ꝫ et michi possũ velle ex pietate naturali tẽporalia propt sustẽtationẽ. ꝫ ꝛ petere. et ĩde vt prius.

Solutio.

Solutio. dicim⁹ ꝙ duplicit ꝑt quis petere tpalia absolute

qꝛvel ad fruitionē:vt in eis delectet.hoc aūt est pcīm vel ad sustentandū se vel aliū et hoc est licitū. est enī licitū petere tempoꝛalia vel ad sustentandū pꝛopꝛiā naturā.qm̄ natura nō est contraria gratie vel gloꝛie iste est quasi pncipiū vel fundamentū vel ad solaciū s.ad tollendū tediū et tristiciā seculi q̄ mortē operat vel ad remediū contra infirmitatē famis et sitis. qm̄ hoc impediuit multos ne vacent legi dei: et pꝛopter hoc sicut habetur in paralipomenō.date sunt decime leuitis vt vacarent legi dei.potest etiā quis petere li cite tempoꝛalia ad vsū vt possit erogare pauperibus elemosinas et eoꝛū inopiā eleuare. Ad pmū igitur dicim⁹ q̄ glosa sup psal.debet intelligi de illis qui pe tunt ne pꝛosperitas recedat ex amoꝛe et desiderio de lectandi in tpalib⁹. Ad secundū dicim⁹ q̄ auctoꝛitas illa sic intelligitur petite tēpoꝛalia cū modo.i.cū mo deramine intendendo sustentationē nō superfluitatē illud aūt quod sequitur vt si pꝛosint det. ꝛc.nō est p̄ ceptū sed consiliū.nec facit petitionē bonā:sed melio rem nec discretā sed discretioꝛē.discretioꝛ enim ꝛ me lioꝛ esset petitio tempoꝛaliū si fieret cū tali cōditione Ad tertiū dicimus q̄ reuera claudum animal offert qui petit eterna et tēpoꝛalia de pari.i.vt delectari q̄ rat in tempalibus sicut est delectandū in eternis ꝛ sic debet intelligi auctoꝛitas:claudus est talis qui pedē dextrū firmū habet et stabilē sinistrū vero labilē ꝛ ca ducū.sed qui eterna petit ad fruendū.tempoꝛalia ve ro ad sustentandū non est claudus: imo aīal findens vngulā quod erat mundū animal in lege.quoniā ta lis potest dicere leua eius sub capite meo.i.tempoꝛa lia que sunt sinistra dñi et dextra illius amplexabitur me.i.delectaboꝛ in eternis. ꝛ q̄ ad sustentādū debēt peti tempoꝛalia . eterna vero ad fruēdum significat puluinar quod supponitur euangelio qm̄ debet legi euangeliū . et similiter puluinar supposītū capitī dñi quando doꝛmiebat in naui. Ad quartū dupliciter p̄t solui:quoniā pōt dici q̄ glo.loquitur de opere p̄dica tionis qđ pꝛiuilegiatū est.quod pꝛopter talē sustētā tionem non potest exerceri licite.vel potest intelligi glo.cōmuniter cū dicit:ne duos finesvobis ꝓstituat et appellat duos fines:fines oppositos et equales de qualibus dicit de ingredientibus terrā duabus vis vt.s.petamus tempoꝛalia ad delectandū in eis. et si militer eterna.hoc enī est peccatū sine dubio ꝛ nimis delicatū. vnde iero. delicatus es mules si vis delecta ri in seculo ꝛ regnare cū christo. Ad residuū glo.dici mus q̄ petere terrenā mercedē solā est petere tēpo ralia ad fruendū et delectandū. Ad vltimū dicim⁹ q̄ hec est duplex tempoꝛalia non possunt peti absolute ex caritate . quoniā si petere absolute est petere sine condītione falsa est illa pꝛopositio.si petere absolute est petere sine cōparatione.tūc pꝛimo vera est. sed ex hoc nō sequitur q̄ petere tēpoꝛalia nō possit esse me ritoꝛiū.et sic patet solutio ad omia obiecta. Ad vlti mum notandum est q̄ hec argumentatio non valet: tempoꝛalia sunt petēda ad sustētationē ad solatium ad remedium ad vsū:ergo tempoꝛalia sunt petenda fallatia secundum quid et simpliciter.

¶ De oratione qua oramus sanctos ꝛ qua san cti oꝛant pꝛo nobis.

Sexta questio huius capitulí.

SExto queritur de oratione qua oramus sāctos et qua sancti oꝛant pꝛo nobis. vtrū sit nobis vti lis. videtur q̄ non . quoniā sancti sunt beati et in sua beatitudine cōfirmati:ergo confirmāt voluntatē suā voluntati dīne in omnibus : ergo nichil volunt vel petunt nisi quod de⁹ vult. ſz quicquid vult de⁹ dare nobis:dat nobis.ergo siue sancti oꝛant pꝛo nobis siue nō ex quo de⁹ vult dare aliq̄d nobis:dat istō nobis ergo pꝛo nichilo oꝛant sancti p̄ nobis . ergo eoꝛ oīo non est nobis vtilis. Item.sācti vident deū cum sint in sūma luce.dicit ei gregoꝛi⁹. Quid ignoꝛant q̄ vidē tem oīa vident. g̃ sancti vidēt omnia in speculo eter nitatis.ergo vident vtrū petitiones nostre sint exan diende vel non. g̃ sciunt q̄ pꝛo nichilo oꝛarēt cogno scentes circa petitiones nostras voluntatē dei . ergo si oꝛant inutiliter oꝛāt:et inde vt pꝛius. Itē. ſz angeli legant in libꝛo vite et videant in speculo eternitatis tū non vident oīa:sicut patet de angelo danielis qui dicit. Cū oꝛarē pꝛo liberatiōe populi tui angel⁹ per sarum restitit michi.et dicit gregoꝛius q̄ angel⁹ per sarum fuit bonus.angelus qui dicitur restitisse āge lo danielis reuelando ei q̄ eius petitio non erat sta tim exaudiēda pꝛo liberatione populi iudaici. quia ille populus nondum purgat⁹ plene erat igne tribu lationis.ergo angelus danielis nesciebat hoc. g̃ si an geli multa ignoꝛant: igitur et sancti multa ignoꝛant et maxime oꝛationes nostras que ī intimo coꝛdis sūt quoniā sicut in euangelio dicitur. Solus de⁹ nouit cogitationes hominū:g̃ sancti nesciunt oꝛationes no stras.ergo inutile est oꝛare sanctos.et inde vt pꝛius. Item augustinus.oīa sunt in deo vt vnū: ergo peti tiones nostre sunt in deo vtvnū:ergo resultant ī spe culo eternitatis vt vnū:ergo sancti vidētes eas ī spe culo eternitatis vident eas vt vnū:non ergo vt diuer sa:ergo nec distincte:ergo non vident quoꝛū sūt oꝛa tiones quas vident.ergo inutile est oꝛare ipsos.ꝛ ide vt pꝛius. ¶ Pꝛopter istas rationes et consimiles dicūt multi q̄ nec nos oꝛamus sanctos nec ipsi oꝛant p̄ no bis:nisi ipꝛopꝛie:ideo.s.q̄ oꝛamus deū vt sanctoꝛum merita nos iuuent.vnde:adiuuēt nos eoꝛum merita ꝛc. Sed contra.aut intelligunt de meritis pꝛesētib⁹ aut pꝛeteritis:si de pꝛeteritis. Contra. quicquid me ruerunt sancti meritis pꝛeteritis necessariū ē eos me ruisse:qm̄ meritū illud nō dependet a futuro : ergo si modo iuuāt pꝛius meruerunt:ergo inutile est oꝛare q̄ merita sāctoꝛū pꝛeterita iuuēt nos.ergo nō potest intelligi qđ dicunt de pꝛeteritis meritis nec de pꝛesē tibus:qm̄ sancti non sunt in statu merendi:ergo non est verum q̄ sub pꝛedicta impꝛopꝛietate oꝛem⁹ san ctos vł sancti pꝛo nobis. Item.sancti in via merētur nobis pmā gratiā:g̃ foꝛtioꝛi ratione et in patria. g̃ pꝛopꝛie loquendo oꝛant pꝛo nobis. Item.sancti ī pa tria sunt amici dei.ergo possunt impetrare de facili ab ipso et sciunt.hoc cōstat et volūt:qꝛ sunt amici no stri.g̃ cum possint īpetrare et sciant et velint possūt ꝛ oꝛare.et inde vt pꝛius. Item.angeli sūt in statu me rendi nec īpedit q̄ in beatitudine sunt et gꝛa:g̃ pari ratione et sancti sūt in statu merendi et in statu oran di.ꝛ ide vt pꝛius. Solutio.cōcedimus q̄ oramus sā ctos pꝛopꝛie et ipsi oꝛant pꝛo nobis pꝛopꝛie: vt cū di cimus sancte petre oꝛa pꝛo nobis:quia licet hoc no men petre sumatur sinodotice.tñ dicimus q̄ verbū oꝛandi sumitur pꝛopꝛie. Ad pmum dicimus q̄ si sā cti conforment voluntatem suam voluntati dei . non tamen in omnibus:sed in eis que spectant ad salu tem eoꝛum et statum in quo sunt modo : sed non in

Ad primū.
Ad scām.
Ad tertiū.
ād resīduū
Ad vltimū
Notandū.
Ad ām̄rtum
Alī p̄t dici
ām̄re pului nar suppo nit euāge lio.
Ad pmū.
Ad q̄m non.
Secundo.
Tertio.
Quarto.
Opio cōis
Ad pmū.

omnbus que ad nos spectant et hoc vult deus vt pro nobis sint solliciti. et hoc ad bonū nostruz. et sic
Ad scām. prima obiectio soluitur per interēptionē. Ad secūdū dicimus q̄ sancti nō vident oīa speculo eternitatis nisi que ad salutē eoz̄ prosunt et spectant ad statū eoz̄ in quo sunt. hoc modo intelligēda est auctoz̄itas bti
Ad tertiū. gregoz̄ij. Ad tertiū dicimus q̄ sancti multa ignoz̄ãt vt patet in angelo danielis. tamē deus reuelat sãctis petitiones nostras, put vtile est sue ℞ipublice. expedit enī q̄ vnus iuuet alīū. vt seinuicē magis diligant augmētū enī caritatis ex coz̄de trahitur alieno ⁊ etiã quia statui sanctoz̄um in futuro prodest q̄ pro nobis oz̄ant. quoniã illa superuacuitas suis ciuibus erit repleta quando equabimur angelis dei: reuelat ergo deus petitiões nostras sanctis prout nouit sue reipu
ād incidēs blice expedire. Si querit̄ modus reuelationis. dici-
Solutio. mus q̄ per applicationē speculi ad visionē sanctoz̄ū
Ad q̄rtum fit et illuminationē maioz̄ē. Ad quartū dicim⁹ q̄ oīa sunt in deo vt vnū. et hoc dupliciter. quia ꝛt in eo tã-
q̄ in causa vna sunt. et similiter tanq̄ in vno exēplari concedimus ergo q̄ sancti vident omīa que vidēt in speculo eternitatis vt vnū. sed ideo nō sequit̄ q̄ nōvi deant diuersa isti. quia sicut deus est causa vni⁹ scām q̄ est vnū et secundū idē. ita est causa diuersoz̄ū scām q̄ diuersa. Similiter deus est exēplar vnius secundū q̄ vnū et est exēplar diuersoz̄ū secundū q̄ diuersa. q̄ potest capere capiat. quoniã illud excedit intellectū hominis. et ita in eodē speculo exēplari: vidēt sancti
Ad aliud. vnū secundū q̄ vnū. et diuersa secūdū q̄ diuersa. Ad istud quod obiicitur q̄ sicut angeli sunt in statu merendi. ita et sancti. dicim⁹ q̄ non est verū. qm̄ augustinus dicit in libro de vera religiõe iudicauit dñs suos suos meliozes si et liberius deseruirēt. tocūdioz enī est beatitudo que propriis meritis possidet. in de est q̄ dedit hominibus liberū arbitriū et statū suū merēdi in vit̄ quo merent̄ habendū. Angelis autē creatis in empireo: dedit statū merendi in patria in quo merentur habitū vt gratius habeãt. sicut tocundius comedit qui suū expendit q̄ alienū. merent̄ ergo angeAngel⁹ custodit hominē. li qō habent in seruiendo nobis. quilibet enī homo habet angelū custodē sui. Dicimus ergo q̄ sancti impetrant nobis in patria spūalia bona nō per modum merendi. sed oz̄andi et obtinendi. quoniã nō sunt in habitu merendi sed recipiendi. qz in via meruerunt.
Iterū af. Sed adhuc videtur posse ꝓbari q̄ oīo qua scti oz̄ãt pro nobis nō sit nobis vtilis. qz ille pro quo oz̄ãt aut est dignus exaudiri aut indignus. si dign⁹. ergo siue sancti oz̄ant pro ipso siue nō: exaudiet̄: dū modo īmediate ozet deū. si indignus. ergo nō exaudiētur sãcti oz̄antes pro ipso. qm̄ indignitas eius pro quo oz̄atur impedit effectū oz̄ationis sicut dicūt sancti. et ita videtur q̄ pro nichilo oz̄amus sanctos cū eoz̄ū oz̄atio non
Secundo. prosit nobis: qō est. cōtra predicta.
Ꝫ hoc af. Jtē. ecclesia oz̄at sic: a diuuēt nos eoz̄ū merita. ꝛc. aut intelligit̄ de meritis preteritis aut presentibus. si preteritis. Contra quicquid meruerūt sancti necessariū est eos meruisse et similiter quicquid nō meruerūt necessariū est eos non meruisse: ergo quicquid meruerūt nobis scti vel non meruerūt necessariū est eos meruisse vel nō meruisse nobis: ergo oīones quib⁹ oz̄amus sctōs: nichil operant̄ quo ad preterita merita sanctoz̄ū: ergo inutilis est predicta oz̄atio: si de preteritis meritis sanctoz̄ū illud intelligit̄. si de ꝑsentibus. Cōtra. sancti nichil merentur modo quia nō sunt in statu merendi: ꝙ statuū est oz̄are deum q̄ presentia merita sãctoz̄ū nos iuuent. Jtem. videtur ecōtrario q̄ sancti merent̄ nobis meritis presentibus. esto q̄ aliquis sanctus me- Af q̄ merē
reatur in via alicui primam gratiam: et post moz̄ia- tur nunc.
tur sanctus ille et euolet et oz̄et ex eadē caritate deū pro alio: q̄ conferat ei gratiã ⁊ impetret. inde sic. iste sanctus meruit motu caritatis siue dū esset in via alij primam gratiam ex sola caritate que est radix meriti ergo manente eadē causa: manebit idē effectus: ſz in patria manet eadem causa. qz eadem caritas. ergo similiter isti cui ex eadē caritate ipetrat primā gratiaz meretur: vel quare non. Si dicis q̄ in patria non est Euasio.
statu⁹ merendi obicitur de angelis. ideo forte dicit. ꝓ hanc af.
q̄ hec est ratio: qz firmatum est liberū arbitriū sãctorum in patria. vnde in laude iusti dū esset in via dicit. qui potuit transgredi et non est transgressus. Sz cõtra. cristus habuit in via liberum arbitriū cõfirmatū tamen meruit sic et angeli sunt: verūtamē merentur ergo confirmatio non ipedit quin scti mereant̄ in patria. Preterea q̄is scti non mereant̄ sibi. hñt ꝓmiū Ad idem.
quod dū viuerēt intendebant: ⁊ qō dū viuerent meruerūt quare nō possūt nobis merere habendū. Dici- Solutio.
mus q̄ dupliciter adiuuāt nos sancti oz̄ationibus. s. presētibus et meritis preteritis propter qō valdevti le est oz̄are sanctos. Ad primū dicim⁹ q̄ indign⁹ exau- Ad primū.
diri per se: ad preces sanctoz̄ū exauditur: qm̄ ille qui est in peccato mortali indign⁹ ē pane quo vescit: non tñ indignus vltima indignitate que ē volūtas pmanendi in peccato. sed si dolet de peccatis et atteritur sed minus sufficienter cõplent oīones sanctoz̄ū ⁊ impetrant tali dolenti sic: et oz̄ãt primã gratiã. Auctoritas aūt illa indignitas eoz̄ū ꝛc. intelligitur de ptinacibus in peccatis. de talibus dictū ē hieremie. Noli oz̄are pro populo isto. Ad secūdū dicim⁹ q̄ auctoz̄i- Ad scām.
tas illa. adiuuent nos eoz̄ū merita ꝛc. potest intelligi sic. adiuuent nos ꝛc. i. beatitudo quã habent ex meritis. vel potest intelligi de meritis preteritis. qz sicut dictum ē. sancti adiuuant nos duobus modis. s. oīonibus presentibus: et meritis preteritis. quia dū viuerent meruerunt nobis vt impetrarent nobis gratiã: si post mortē oz̄arent pro nobis. vnde merita eorum simpliciter et quantum ad nos: non pendēt de futuro: sed quantū ad nos pendet effectus suoz̄ū meritorum de futuro: sicut q̄ cristus meruit nobis aditū paradisi per sufficientiã non pendet ex futuro. ⁊ ita patet q̄ istud argumentū non valet. Quicquid meruerunt sancti necessariū est eos meruisse. ergo quicquid nobis meruerunt: necessariuz est eos meruisse nobis quia prima propositio intelligitur de merito īquantū fiat ex parte sãctoz̄ū. cōcludit̄ aūt de effectu meri- Quō meritoz̄um. Merita aūt non sunt causa efficiens et sufficiens salutis nobis: sed sūt causa motiua largitatis illi- salutis.
us qui meritoz̄ū intuitu confert salutē. Ad tertiū di- Ad tertiū.
cimus q̄ preter caritatē que est radix meriti exigitur ad meritum difficultas. virtus enim et ars circa difficillimū. hec aūt difficultas potest eē aut status tantū sicut fuit in cristo propter defectus carnis assumptos aut potest eē difficultas operis: et non status. sicut fuisset in adā si non peccasset. et mō ē in angelis. aut virtus q̄ sicut est in maioz̄ib⁹: q̄ ī statu difficili cū difficultate bene operant̄ cū sollicitudine. s. ⁊ cura. dicim⁹ ꝙ q̄ sancti in patria nō merētur nec sibi nec nobis: quia nō habent difficultatē status: nec operis. qm̄ non hñt aliquam curam aut sollicitudinē de se aut de nobis.

quoniam nichil petunt a deo pro nobis nisi quod sciunt domino placere. angeli vero habent curam de nobis et sollicitudinem sicut in persona ipsorum dicitur. curauimus babilonem & non est sanata: et ita habent difficultatē operis propter que merētur. petunt etiā āgeli a deo pro nobis aliquid quod nesciūt deū velle sicut dictū est de angelo danielis. vnde dici potest q̄ oīones nostras deferunt desiderio adipleni. Jtē. dictū est q̄ vtile est orare sanctos: ergo magis vtile maiores sanctos: ergo fatuū est orare linū vel cletū cū vtilius sit orare beatū petrū quod eque de facili fieri potest. Solutio. oram⁹ plures sanctos duabus de causis. prima est propter deuotionē. q̄dam enī habent maiorē deuotionē quādoq̄ orando linū. q̄ orando petrū. vtilitas autē orationis nō contingit tantū in sanctitate eius qui orat. sed etiā in deuotione orantis. Alia causa est quoniā dicit augustinus impossibile est plurū preces nō exaudiri et ideo vtile est plures deprecari. maxime cū ipsi sint vnū cōcordia et vnione caritatis. Ad vltimū queritur. cū petrus nō sit quare potius dicitur sācte petre ora pro nobis q̄ sic anima sancti petri. cōstat enī q̄ petrus non orat pro nobis: sed aīa eius. Solutio. sancti operib⁹ meritorijs que fecerūt in corporibus dū viuerēt iuuant nos vt dictū est. et propter hoc dicim⁹ cōuenienttius sancte petre q̄ sic: anima sancti petri. ex hijs patet q̄ superna hierusalē dicit mater nostra. quia in ea sunt apostoli et prophete impetrantes nobis gratiā quia sumus filij spūales dei. Jtem. quia per predicationē apostolorū sumus filij ciuiū hierusalē celestis. vñ ecclesiasticus filij sapiētie ecclesie iustorū et natio illorū leticia & dilectio. Jtē. ecclesia militans ordinata est in membris ad exēplar triūphātis. vnde in exo. fac tibi tabernaculū secundū exemplar q̄d in monte tibi mōstratum est.

Jterū ar.

Solutio. Prima cā

Scda cā.

q̄o incidēs

Solutio.

¶ De iusticia in generali.
¶ Aliud capitulum.

DJcto de speciebus iusticie dicendū est de iusticia in generali. queritur vtrum sit generalis virtus ad oēs virtutes vel specialis virtus. videtur q̄ generalis. primo sic. dicit malachias in fine. orietur nobis timētib⁹ nomē meū sol iusticie. i. christus: sed si iusticia esset specialis virtus. nō esset ratio quare potius diceretur christus sol iusticie q̄ prudētie vel tēperantie et sic de alijs: ergo nō est virtus specialis et est virtus: ḡ generalis. Jtē. letamini in dño et exultate iusti: sed in omni virtute letamur in dño et exultamus: ergo omni virtute est aliquis iustus. sed null⁹ est iustus nisi iusticia: ergo quelibet virtus est iusticia et ita iusticia est generalis. Tertio sic super illud matheī beati qui esuriūt & sitiūt iusticiā. dicit glo. esurie vocat amorē boni. sed nichil aliud intelligit per hoc nomē bonū nisi virt⁹: ḡ esuries iusticie idē est q̄ virtus. et inde vt prius. Quarto sic. ōr in q̄dā omelia. redde habitationē tuā deo et eris iustus. i. redde teipsū q̄ debes eē hītatio dei tā q̄ thalam⁹ spūalis ei⁹ sz q̄libet virtute redditur sua habitatio deo. quod probatur per hoc. quia quolibet peccato aufert deo sua habitatio: ergo qualibet virtute est homo iustus: et inde vt prius. Quinto sic due sunt partes iusticie. scz declinare a malo et facere bonū. sed per temperantiā declinamus a malo cohibendo. s. motus illicitos carnis: ergo declinare a malo est tēperantie: ḡ temperātia est virtus qua declinamus a malo: sed hoc est iusticia. ergo tēperātia ē iusticia. pari ratione quelibet alia virtus. q̄ qualibet alia virtute vel declinamus a malo vel facim⁹ bonū. ergo quelibet virtus iusticia. et inde vt prius. Sexto sic. reddere alicui q̄d suū est. est opus iusticie: sed dare elemosinā est reddere pauperi quod suum est: q̄ dicit eccle. fili elemosinas pauperis ne defraudes. quasi diceret suū ē pauperis q̄ ei des elemosinā. ergo dare elemosinā pauperi ē reddere quod suū est. ergo est opus iusticie. sed constat q̄ dare elemosinā pauperi ē opus misericordie. ergo opus misericordie ē op⁹ iusticie. ergo misericordia ē iusticia. multomagis quelibet alia virt⁹ ē iusticia: quoniā minus videtur q̄ mia sit iusticia q̄ de alijs virtutibus. cum quasi ex opposito diuidat ab illa ibi. dispersit dedit pauperib⁹. ecce mia. iusticia ei⁹ manet &c. ecce iusticia. Septimo sic super geñ. vbi loquitur de quattuor fluminib⁹ paradisi. dicit glosa. q̄ per eufratē intelligitur iusticia: quoniā sicut nō dicit quā terrā circueat specialiter eufra. ita iusticia nō habet potestatē anime determinatā. sz omnes circuit regendo motus illarū. inde sic. iusticia regit quēlibz motū omniū virtū anime. sed quelibet virtus regit aliquē motū alicuius virium: ḡ quelibet virt⁹ ē iusticia. ergo iusticia ē generalis. Jtem. mediāte iusticia reddo deo quod suū ē secundum ipletionē mandatorum ipsius. sed idē facio opere cuiuslibet virtutis. ḡ opus cuiuslibet virtutis ē opus iusticie. ergo quelibet virtus ē iusticia. Ultimo queritur cū sic dicit iusticie ē reddere vnicuiq̄ quod suū ē: aut per hūc terminū vnicuiq̄ cōprehendimus generaliter subiectū iusticie cum alijs: aut non vt intelligatur sic. iusticie est reddere vnicuiq̄ quod suū ē. vnicuiq̄ dico alij a proprio subiecto. si primo mō intelligatur. ḡ iusticie est redderere deo et proxio & pprio subiecto q̄d suū est. sed hoc est cuiuslibet virtutis specialis. ergo q̄libet virt⁹ specialis ē iusticia. & inde vt prius. Si secūdo mō. Contra. dicit in psalmo. iusticia et iudicium correctio sedis tue. constat q̄ loquit̄ de virtute speciali non generali. q̄m contritio siue dolor de peccatis: non ē op⁹ cuiuslibet virtutis. ergo iusticia reddit hō sibūpsi q̄d suū ē punēdo se & corrigendo. ḡ hoc reddere vnicuiq̄ q̄d suū ē intelligitur cōmuniter. et ita videtur per rationē iusticie. q̄ iusticia sit virtus generalis ad omnes virtutes. Solutio. ad hoc dicitur cōmuniter q̄ iusticia sumitur large et stricte. large dicitur iusticia virt⁹ qua redditur vnicuiq̄ quod suū ē simplicit & sine reduplicatione. si stricte ōr iusticia virtus qua reddit vnicuiq̄ q̄d suū ē: et q̄ suū est. Soluūt aūt ad quinq̄ obiectiones prius factas secundū ordinē dicētes. q̄ oēs auctoritates ille intelligūtur de iusticia secundū q̄ large accipitur. Ad sextū dicūt q̄ dare elemosinā est opus iusticie: et similiter misericordie. nec tñ sequit̄ q̄ misericordia sit iusticia: q̄ aliter ē mie: aliter iusticie. Mie ē per modū eliciētis iusticie per modum īperātis: qm̄ considerando quod dandum est pauperi: quia suum est: imperat iusticia dare pauperi elemosinam. Misericordia vero volūtatem dandi elicit attendens quoniam dandum ē indigenti. Ad septimum dicunt q̄ iusticia regit mot⁹ cuiuslibet vis aīe. et similiter quelibet virtus specialis regit motum specialis vis anime: non tamen sequitur q̄ quelibet virtus sit iusticia: quia iusticia est regina motuum per modum īperij: virtus autē re-

Sexto.

Septio ar

Octauo ar

Ultimo ar

Solutio.

Sic soluūt q̄nq̄ pmas rōnes.

Ad sextuz dicunt.

ad septimū dicunt.

Ad octauū dicunt. Mō pōt silr solui vltiz. Jō aī ꝫ predicta.

git motū suū ꝓpriis circūstāciis vestiēdo. Ad octauū silr rndent: sz advltio obiectū nō pōt solutio ista adaptari. qm̄ ille q̄ plāgit pctā sua et ꝓut ꝑt destruit nec reddit sic pctō quod suū est: qz suū. iō sic opaī ex iusticia deo sedē preparās: qz deo placet sic quē per pcm̄ offendit: ergo non est de essentia iusticie hec reduplicatio: qz suū. ergo iusticia nō est virtus qua redditur vnicuiq; quod suū est: quia suū. Jt̄ē. hoc probaī multis rationibus. qm̄ diligere formatū est motus caritatis. t si subtrahaī aliqua circunstātia adhuc remanet motus caritatis aut nullius virtutis est. Similiter si addatur: ergo pari ratōne. cū reddere vnicuiq; quod suū est sit motus cuiuslibet virtutis si apponatur alia circunstantia quacūq; apposita erit motus cuiuslibet virtutis. t quacunq; remota aut nullius virtutis erit motus: ergo addita hac circūstantia q̄ suum est huic motui reddē vnicuiq; quod suū est erit motꝰ cuiuslibet virtutis aut nullius. et ita reddere vnicuiq; quod suū est: qz suū est non est motus alicuius ꝑticularis virtutis. ideo si est motus virtutis est motus cuiuslibet

Secundo.

Tertio.

secundū rationē boni: aut de bono scōm rationē specialiū bonoꝝ que cōtinētur sub bono. Si primo modo: ergo velle permanere in bono est actus caritatis qñ sola caritas attendit bonū scōm̄ bonū: sed non secundū rationē boni. ⁊ ita perseuerātia nichil aliud est ꝙ caritas. Si intelligat de spālibus bonis: ḡ velle permanere in bono est cuiuslibet virtutis. Nam sicut velle bonū in actu fidei est fidei virtutis, ita velle illō idē modo et postea. ⁊ sic vsq; in finē. Similiter velle bonū in actu spei. et modo et sic vsq; in finē est spei virtutis. ⁊ sic de qualibet virtute: ergo vel perseuerātia erit gñalis ad oēs virtutes vel si est spālis virtus non erit alia ꝙ caritas. Jtē. adhuc videt posse ꝓbari quo lūtas permanendi in bono vsq; in finē non sit vni⁹ alicuius virtutis: qz mora in pctō non facit aliā speciem pctī: sed augmentat pctm̄ sicut mora in pctō fornicationis: ḡ pari ratione morā volūtatis in bono nō facit aliquā spēm voluntatis: ergo nec aliā virtutē. ḡ eadē est virt⁹ qua volo cōtinere et qua volo morari in bono cōtinentie. Pari ratione. velle morari siue pmanere in bono cōtinentie vsq; in finem est cōtinētie. sic et de alijs virtutibus: ḡ voluntas pmanendi in bono vsq; in finē est cuiuslibet virtutis. nō ergo vni⁹ per se ergo pseuerātia non est vna virt⁹ specialis. Jtē ex repetitione actuū non mutat spēs virtut⁹: sed firmat in subiecto. sicut ex repetitione actuū continētie firmat cōtinentia. ⁊ similiter ex repetitione actuū iusticie firmatur iusticia. Quelibet enī virt⁹ habet suā firmitudinē et stabilitatē: ḡ stabilitas siue firmitas in bono est cuiuslibet virtutis. sed hoc est perseuerātia: quia tullius dicit. perseuerātia est in ratione bene considerata stabilis ⁊ perpetua permānsio: ḡ perseuerātia est firmitas cuiuslibet virtutis: ergo nō est alia virtus ꝙ cōtinentia et iusticia. et sic de alijs. Quelibet enī virtus habet stabilitatē et perpetuā mansionē ꝙtum in ipa est in ratione bene cōsiderata. i. in opere suo cōsiliato siue in materia sua quā scōm̄ consiliū ppōjs circūstantijs ab alia materia circūscribit. Jtē. iustus in sapiētia morabit sicut sol. i. sicut sol manet ppetuo in claritate. sic iustus ꝙ sapientiā in sapiētia. Similiter caritate manet hō in deo et vult manere. et hoc cū debitis circūstantijs: ergo ꝙtū debet. sed hoc est ineternum vel vsq; in finē. ḡ cū volūtas manēdi in bono siue in bono increato siue in virtutibus siue in bono opere idē sit quod velle manere in virtutib⁹ et velle manere in deo huius velle caritatis. ⁊ est perseuerantie: ḡ perseuerātia nō est alia virtus a caritate. Jtē. pmanere in bono vsq; in finē cuiuslibet virtutis est. ⁊ nō excedit metas virtutū: ḡ volūtas cadēs supra istud cōe nō est alicuius virtutis siue indiuidualis: sed alicui⁹ vniuersalis q̄ sit magistra aliaꝝ. ⁊ erit ita fidei vel caritatis vel prudētie q̄ sunt vniuersales virtutes: ⁊ aliarū motiue et iperatrices. ⁊ ita videt ꝙ perseuerantia sit fides vel caritas vel prudētia: ḡ pseuerātia nō est aliqua specialis virtus q̄ sit spēs fortitudinis. vel si voluntas illa cadat supra vniuersale ratione singularū. ⁊ talis voluntas nō erit alicuius virtut⁹ solius: sed oīm sicut prius dictū est in questione de obediētia: ḡ cum illa voluntas sit perseuerantie: perseuerantia non est vna virtus specialis. hoc patet in mūdatōe a peccato: quia mūdare siue mūdari cuiuslibet virtutis est ⁊ nō excedit virtutes. et propter hoc voluntas mundandi a peccato non est alicuius specialis virtutis: immo sicut mūdatio a pctō luxurie est continētie, ita volūtas mundandi ab eodē peccato est eiusdē virtutis. Similiter est de alijs. idē patet etiam in voluntate assimilandi deo. quoniā fide volo cognoscere deū. et ita fide volo assimilari deo per cognitionē. Deus enim est maxim⁹ cognitor sui. similiter caritate volo diligere deū et ita assimilari ei per amorē: qz ipe est maximus dilector sui: ergo bonitas cadens supra hoc cōe assimilari deo cuiuslibet virtutis est et nō alicuius specialis per se. pari ratione ⁊. et volūtas permanendi in bono vsq; in finem. et inde vt prius. Solutio. Dicim⁹ quo lūtas permanēdi in bono vsq; in finē tantū ꝓpter deū vel sol⁹ caritatis est vel cuiuslibet virtutis. qñ si cum reduplicatione boni intelligit solus caritat⁹ est siue reduplicatione cuiuslibet virtutis est. Ex hoc pz solutio ad tertio ⁊ quarto obiectū. Cōcedim⁹ enī ꝙ vno modo volūtas permanendi in bono vsq; in finē sol⁹ caritatis est. Alio modo cuiuslibet virtutis pme obiectiōn ⁊ secūde cōsentim⁹. quibus ꝓbat ꝙ pseuerātia scōm̄ ꝙ est voluntas permanendi in bono vsq; in finem non est virtus specialis. Alia a cōtinentia iusticia. et sic de alijs virtutibus nominatis. Sciendū tamen ꝙ q̄uis peccatū mora aggrauet non tamen mora in operibus virtutis augmentat virtutē vel meritum virtutis. quoniā meritū pensatur secundū radicem. demeritū vero secundum circūstantiam peccati. sicut ⁊ secundū genus peccati. sicut dictum est in questiōe de circūstātijs. Si aūt obicit sic. pmanere in bono vsq; i finē est alia materia a materieb⁹ virtutū: ḡ volūtas cadēs sup istud ē alia a volūtatib⁹ aliaꝝ virtutū ergo ē alterius virtut⁹. Dicimus ꝙ q̄uis sit alia materia i essendo in gñe considerata: tñ secūdū particularia contēta. non ē alia secundū ꝙ cadit supra illam materiā. ratione contentoꝝ. vñ non ē alia in cohērendo et propter hoc nō sequitur ꝙ voluntas cadens supra illā materiā sit alia a voluntatibus aliarū virtutum. virtus enī non solū substantiā sue materie attēdit. sed dispositiones cohērētes: sicut scientia proprium subiectū et que sunt dispositiones illius subiecti attendit. Ad hoc ꝙ obicitur supra de obediētia que est specialis virt⁹: licet voluntas eius cadat supra q̄dam cōmune ad oēs virtutes. dicim⁹ ꝙ non ē simile qz facere quod precipitur excedit metas virtutū. sed permanere in bono non excedit virtutes. vnde sicut dictum est. vno mō voluntas permanēdi in bono est solius caritatis. alio mō cuiuslibet virtutis. sicut voluntas mundādi a peccato simpliciter et inquantum peccatum solius caritatis ē. voluntas antē mundādi a peccato in particulari: scz ratione singulorum pctōrum cuiuslibet virtutis ē. sicut a peccato infidelitat⁹ fidei. a peccato incontinentie: cōtinentie. et sic de alijs. Sed de voluntate assimilandi deo: dicim⁹ ꝙ nō ē alicuius specialis virtutis: sed oīm secundum ꝙ volūtas cadit supra illud cōe rōne ꝓtentoꝝ: fm aūt ꝙ cadit supra istud cōe fm rōnē cōmunē est virtut⁹ vniuersalis. Assimilari autem deo duob⁹ modis intelligitur. qz assimilamur deo vel in pulcritudine vel in bonitate. velle autem assimilari deo in pulcritudine fidei ē. in bonitate aūt caritatis est. pz ergo ꝙ distinctio supius posita nō satisfacit q̄rēti q̄d sit perseuerantia fm ꝙ est spēs fortitudinis. nos aūt dicim⁹ ꝙ pseuerātia ē volūtas standi īmobiliter i bono. ⁊ sic iportatur quedaz aggressio contra pctm̄ que propter victoriā est. et est talis voluntas in trascibili tantū cuius ẋtus est perseuerantia et est species fortitudinis. et hec distinctio

Secundo.

Ad idē aī.

Tullius.

Ad idem.

Jtē ad idē

ꝓbat m.

Solutio.

per hoc ad tria.

Ad q̄rtum

Ad rōnem

Ad aliud.

Duob⁹ modis.

Conclusio ex predict⁹.

alie due ſpecies fortitudinis.

in tullij ſupra poſite cõcordat. Jtẽ. preter patiẽtiam et perſeuerantiã ſunt alie due ſpecies fortitudinis. ſ. magnificentia et cõfidentia. magnificẽtia conſiſtit in ſtrẽnua aggreſſione magnorũ et arduorũ. cõfidentia eſt virtus qua cõfidẽter ſperam⁹ aggreſſa perducere ad effectũ. quia igitur tã magnificẽtia q̃ ꝓfidentia cõ ſiſtunt in excellentia operũ iuſticie vel in modo excellenti. ideo ſuperſedeo.

¶ De donis ſpirituſſancti.

¶ Octauus tractatus.

Dicto de cardinalibus virtutib⁹ dicendũ eſt de donis ſpũſſancti. et primo de eſſentia donorũ ꝛ vtrũ dona ſint virtutes. ſecũdo de numero donorum tertio de differentia donorũ ad virtutes cardinales. quarto de ſingulis donis agem⁹ per ordinẽ. quinto ꝛ vltimo de adaptatione donor̃ ad beatitudines. Sũt autẽ dona ſpiritusſancti. ſ. que enumerat yſaias in cri

Sufficiẽtia donorum.

ſto dicens. et requieſcet ſuper eũ ſpũs dñi ſpiritus ſapientie. ꝛc. licet aũt iſta dona dentur a tota trinitate et ſint dona tot⁹ trinitatis. tamen per appropriationem quandã dicuntur dona ſpũſſancti eo q̃ ex mera bonitate dei cõferant̃. bonitas aũt appropriatur ſpi

Notandũ.

rituſſancto. Et notandũ q̃ duo vltima dona. ſ. ſapiẽtia et intellectus ꝓprie pertinent ad vitã cõtẽplatiuã intellectus enĩ eſt propria cognitio ſpũaliũ donorũ q̃ confert deus angelis et aĩabus ſanctis quibus ſanctificantur et angeli et anime. ſapientia vero eſt cognitio dei per ꝓguſtationẽ dulcedinis ipſius vel alio mõ vt poſtea dicetur: et in iſtis duobus perfecte conſiſtit cõtemplatio. ꝛ ideo duo vltima dona perfecte regũt contemplatiuã. alia quinq; regũt ſufficienter actiuã que cõſiſtit in tribus. ſ. in declinando a malo. in faciẽdo bonũ. in patiẽdo benigne aduerſa. per primũ donum. ſ. donũ timoris. declinat homo a malo: quia ſi

eccleſiaſtic⁹

cut dicit eccleſiaſticus. Timor dñi expellit peccatũ. per pietatẽ facit homo bona: ſiue opera iuſticie ſiue opera miſericordie. vt poſtea dicetur. per donũ ſcientie apponit̃ operibus pietatis ſal. diſcretionis q̃ fortitudinẽ digne patitur homo aduerſa quod p cõſiliũ diſcrete operatur. et ita patet q̃ ſeptẽ dona ſufficient̃ regunt vitã humanã tam cõtemplatiuã q̃ actiuã.

¶ Quod dona ſint virtutes videtur.

¶ Prima queſtio.

Arca primũ articulũ queritur vtrũ dona ſint virtutes. probatur q̃ ſic: primo auctoritatibus. ſecũdo rationib⁹. auctoritatibus ſic. Ambroſius dicit

Aſſ q̃ ſic.

ciuitas dei illa hyeruſalẽ celeſtis nõ meatu alicuius fluuij terreſtis abluitur. ſed ex vite fonte procedens ſpiritusſanctus cuius nos breui faciamus hauſtu in illis celeſtibus ſpiritibus. videl̃ redundãtius effluere plene ſeptẽ virtutũ ſpiritualiũ. ſecunda meatu. et ſic ambroſius vocat ſeptẽ dona ſeptẽ virtutes ſpirituales.

Scõo per gregoriũ.

Jtẽ gregorius ſuper iob in principio. cũ ſpũſſanctus mentẽ fecundat plenitudo ſeptẽ ſpũaliũ virtutũ itrat

Tertio rõe

Jdem probat̃ rationibus. quia ☧tus eſt habitus mẽtis bene cõſtitute: ſed ſeptẽ dona ſunt huiuſmodi habitus: ergo dona ſunt virtutes: per locũ a diffinitione

Scõa rõ.

Jtẽ virtus eſt habitus ĩmediate cõſiſtẽs quo ad nos ſed ſeptem dona ſunt huiuſmodi habitus: ergo ſeptẽ

Tertia.

dona ſunt virtutes. Jtem. auguſtinus dicit virtus eſt bona qualitas mentis qua bene viuit̃. qua nemo male vtitur quã deus in nobis ſine nobis operat̃: ſed talia ſunt dona ſpiritusſancti: ergo dona ſunt virtutes.

Jtẽ. timere deũ modo debito eſt meritorũ. vnde eccleſiaſticus. nichil melius q̃ timere deum. Preterea. niſi eſſet meritorũ mõ eſſet in ꝓcepto: ergo timor dei eſt virtus cũ eius motus ſit meritorius vite eterne. Forte dicit q̃ timor dei nõ eſt virtus a deo q̃ eſt paſſio. Cõtra. ſpes ꝛ amor eodẽ mõ ſunt paſſiones ſicut timor dei procedit ex cõſideratione potentie dei: ita ſpes a conſideratione largitatis dei. et amor a conſideratione bonitatis dei: ergo ſi timor non eſt virtus eſt paſſio: eadem ratione nec ſpes nec amor

Quarta. Quinta.

Euaſio. ☞ hanc af.

eruntvirtutes cuius ſint paſſiones. Ad hoc dicunt q̃dã q̃ tria dona pertinẽtia ad affectũ ſunt virtutes. ſ. timor pietas: fortitudo. Quattuor aũt pertinẽtia ad intellectũ non ſũt virtutes. ſ. ſcientia: conſiliũ: intellectus: ꝛ ſapientia. Sed contra. habitus regitiuus virtutũ cardinaliũ eſt virtus cardinalis. ſ. prudentia. ergo eadẽ ratione habitus regitiu⁹ virtutũ ſpiritualiũ eſt virtus ſpecialis. vt ſcientia que regit pietatẽ: ꝛ cõſiliũ que regit fortitudinẽ. Preterea. melior ẽ cõtẽplatiua q̃ actiua et magis grata deo. ſed opera actiue ſunt meritoria vite eterne. ergo opera vite cõtẽplatie ſunt meritoria vite eterne: ḡ ſapientia et intellectus ſunt habitus: quorũ opera ſunt meritoria vite eterne. ḡ ſapia ꝛ itellect⁹ ſũt virtutes. ḡ q̃ttuor dõa pertinẽtia ad itellectũ ſũt ☧tutes: ꝛ ſic oĩa dona ſunt virtutes. Sed contra. ſeptẽ dona diſtinguũtur a virtutib⁹ in matheo. Jtem. gregorius diſtinguit illa a virtutibus theolo. et a virtutibus cardinalibus in principio iob. dicens q̃ per ſeptẽ filios iob: intelligũtur ſeptẽ dona. per tres filias virtutes theolo. ſ. fides: ſpes: caritas. per quattuor angulos domus. quattuor cardinales ☧tutes. et ita ſeptẽ dona nõ ſũt virtutes theologice: nec virtutes cardinales. ergo ſeptẽ donanon ſunt virtutes. Jtem. ariſto. dicit q̃ virtus et ſcientia

Opinio aliquorum.

☞ hanc af.

☞ hoc af.

Secundo.

Tertio.

ſunt duo genera contenta ſub prima ſpecie qualitat̃ ergo nulla ſcientia ẽ virtus. et nulla virtus eſt ſcientia. ergo ſcientia donũ non ẽ virtus. pari ratione nec conſiliũ neq; ſapientia nec intellectus. q̃ iſta conſiſtũt in ſpeculatione. et ita ſunt in ſpeculo intellectus et non ſunt in practico. ergo non ſunt virtutes: ſed potius ſcientie. quoniã in intellectu ſpeculatiuo ſũt ſcientie. in practico ſunt virtutes tm̃. Solutio. dicimus q̃ oĩa ſeptem dona ſpiritusſancti ſũt virtutes rationib⁹ dictis in opponẽdo. Ad primo ergo obiectũ dicim⁹ q̃ ſeptem dona diſtinguunt̃ a virtutibus q̃ enumerãtur in matheo. ſed non ab oĩb⁹. et ideo non ſequitur q̃ non ſũt virtutes: ſed ſequitur q̃ non ſint ille virtutes a quibus diſtinguũtur. Ad ſecundo obiectũ dicimus q̃ hec ẽ falſa. Omnes ☧tutes ſunt cardinales vt theologice. ſecundũ q̃ theologice dicũtur ſtricte tm̃ ille tres. ſpes: fides: caritas. ſunt tm̃ virtutes ſpirituales que nõ ſunt ille tres: nec ſunt virtutes cardinaliũ ſecundũ rationẽ: ſunt tm̃ ſecunduz eſſẽtiã eedẽ cũ cardinalibus: vt poſt dicetur. Ad tertio obiectũ dicim⁹ q̃ ꝓprie loquendo nulla ſcientia ẽ virtus. cognitio enim faciendorum et ſcientia que eſt cognitio non eſt virtus: ſed electio faciendorũ virtus ẽ donũ. ergo ſcientia non ẽ cognitio faciẽdorum: ſed electio faciẽdorum que imperat vt fiãt que per ſcientiã ratio diſcernit eſſe facienda. vnde propter nimiã affinitatem que eſt illius cognitionis ad illã electionem. illud donũ ſcientia nominatur. Qualiter aũt reſpondendum ſit ad vltimo obiectũ inferius patebit: quãdo agemus de ſapientia et intellectu quevidentur eſſe in ſpecula

Ad primũ.

Ad ſcõm.

Ad tertiũ.

Donũ ſcientie q̃re nominatur.

Ad vltimũ dicem⁹ poſt

tione.scientia vero et consilium potius consistunt in
Alia opio. operatione: quia imperant faciēda. Alior ē opinio
q̄ nullū donū est virtus:sed dona sunt abilitationes
virtutū.per dona enim virtutes expediunt facillime
suos actus.vnde glo.que dicit super matheū. q̄ per
dona venitur ad virtutes.secundum eos sic est expo-
nenda.per dona venitur ad virtutes.i. ad merita vir
tutū.s.ad bona opera quibus peruenitur ad beatitu
dines: igitur secundū eos dona sunt effectus virtutū
et sunt a virtutibus sicut et opera bona. et ideo vi-
cūtur dona. ne videātur esse a libero arbitrio p̄ hoc
Ꝓ hanc ar. q̄ sunt a virtutibus sicut et opera. Sed q̄ hec opio
nulla sit multipliciter ostēditur. primo: quia si dona
sunt effectus virtutū immediate:ergo quelibet virt⁹
potens est producere ex se aliquod bonū:ergo quot
sunt virtutes tot sūt dona:sed multo plures sunt vir
Secundo. tutes q̄ septē:ergo multoplura dona q̄ septē. Item
dona sunt a virtutibus: ergo nō sunt imediate a spi-
ritusancto.sed virtutes sunt immediate a spiritusan-
cto: ergo virtutes potius debēt dici dona spūssancti
Tertio. q̄ illa dona que sunt ab eis. Itē. virt⁹ est q̄ suū subie-
ctum bonū facit.et opus eius bene reddit:vt virtus
oculi et virtus equi: ergo similiter virtus anime est
que bonā animā facit.et opus eius bene reddit. sed
quodlibet septē donorū animā bonā facit ꝛ op⁹ eius
Quarto. bene reddit cū abilitet eā ad bonū operandum:ergo
qlibet donū est ℞tus. Itē. ℞tus est habit⁹.habitus
aūt nichil aliud est q̄ abilitas:ergo si virtus generat
donū vna abilitas generat aliā abilitatē.et sic secūda
tertiā eadē ratione sic in infinitū. ꝛ ita in infinitū erūt
Quinto. dona. Itē si virtus abilitat ad bona opera:ergo per-
fecta virtus perfecte abilitat: et quanto est intensior
virtus tanto magis abilitat: ergo vna virtus magis
abilitat ad opa q̄ alia.hoc est maior sua intensiōe: q̄
hoc nō est per abilitatē aliā a virtute. Propt̄ has ra
Solutio. tiones videtur nobis nō esse cōsentiendū prime opio
ni. magister symō tornacēsis dicebat q̄ dōa nec erāt
virtutes nec effectus virtutū:sed seminaria virtutum
ponebat enī q̄ remissio peccati precedit infusionem
virtutis.illius autē remissionis ponebat causā septē
dona que mundant animā a contagio peccati. et ita
sanctificant ac perfecte preparant eam ad susciptēdas
Ꝓ hanc ar. virtutes.et propter hoc et dona et sanctificatiōes di-
cuntur a sanctis. Sed cōtra. virtus secundū se potēs
est expellere quodlibet vicium sine adiutorio alterius
ergo non indiget aliqua alia causa prius mundante.
Secundo. et ita illa septē dona superfluunt. Itē. nichil cōtraria
tur peccato proprie et per se nisi virtus:sed septē do-
na contrariant proprie et per se peccato. quia per se
mundant animā a peccatis vt ipsi dicunt: ergo dona
sunt virtutes.contra hanc opinionē sunt omnes pre-
dicte rationes que probant dona esse virtutes.propt̄
Ultia reso- hoc nobis videtur omia dona esse septem virtutes.
lutio docto
ris.

De numero donorum.

Secunda questio huius capituli.

Af q̄ sint plura. QUeritur de numero donorū. videl enī q̄ plura sint dona q̄ septē. dicit enī beatus iacob⁹ Omne datū optimū et omne donū. ꝛc. ergo omēs virtutes sunt dona spiritussancti. sed plures sunt virtutes q̄
Secundo. septem.ergo plura dona q̄ septem. Item. iuxta vnā virtutē cardinalem que est fortitudo sumitur vnum donū scz donum fortitudinis.ergo pari ratione iuxta alias tres sumuntur alia tria.s.donū iusticie: donum

tēperantie:donū prudentie.et ita erūt decē dona ad
minus. Itez. timor de penis:i. dolor de peccatis sūt Tertio.
due passiones vtiles.et vna ē donū spiritussctī. scz ti-
mor.ergo pari ratione.et alia erit donū.scz dolor de
peccatis. Item. alia dona a timore cōbinant̄ vt sapien Quarto.
tia:intellectus:consiliū: fortitudo:scientia:pietas.q̄
pari ratione timor cōbinabit̄ alij dono. et ita ad mi-
nus erunt octo dona. Solutio. sicut supra monstratū Solutio.
est septē dona sufficiunt ad regnū vite spiritualis.tā i
operibus actiue:q̄ in operibus cōtēplatiue. Ad pri- Ad primū
mū ergo obiectū dicimus q̄ reuera omnes virtutes
sunt dona spiritussancti.sed ista septem dicuntur dona
per quādam appropriatez.quia propter prerogati
uam quā habent mundandi animā.primo et princi-
paliter a septē capitalibus vicijs dicuntur specialiter Sufficiētia
dona. Timor enim per hoc q̄ humiliat expellit sup- donorū.
biam.pietas autē per hoc q̄ gaudet honorare proxi
mum expellit inuidiā.scientia qua cognoscim⁹ proxi
mos esse filios dei vel posse eē de facili expellit iram.
fortitudo que impedimēta mundi excludit: expellit
accidiā.consiliū quod docet nos mercari eterna p̄ tē
poralibus remouet auariciā.intellectus per quē de
lectamur in bonis spiritualibus excludit gulā.sapiē
tia qua pure delectamur in deo et in qua est sūma de
lectatio spiritualis excludit luxuriā: in qua ē summa
delectatio carnalis. que sicut dicit gregor⁹. gustato
spiritu desipit omnis caro. Et alia ē ratio propt̄ quā differētia
illa septē dona dicuntur dona spiritussancti. s. q̄ faci- tutū et do-
unt hoīes spirituales.politice enī virtutes bene ope norum.
rari faciunt ex suppositione preceptorū iuris natura
lis et propter hoc dicūtur aliquādo naturales virtu
tes.et angulis domus cōparant̄ in iob. ideo q̄ sicut
fortitudo domus consistit in angulis. ita fūdamētuz Adaptatio
virtutū consistit in quattuor virtutibus politicis ra-
tiones suas sumentibus a iure naturali.septem autē
dona spiritussācti faciūt bene operari per suppositio
nem spiritualium rationū fidei.verbi gra.prudentia
politica dicit. non eē iniuriandū proximo per hoc q̄
supponit nullū debere facere qđ sibi non vult fieri.
scientia autem donū dictat non eē iniuriandū proxio
quia filius dei est:et non eē trascendū proximo.quo-
niā qui trascitur proxio:reus erit iudicio.q̄ frater ē
et coheres hui⁹.quia ergo ille septē virtutes ex spi- q̄re appel-
ritualibus virtutibus mouent ad operationē:meri- lant dona
to virtutes spirituales et dona spiritussancti appellā spūssancti.
tur specialiter. Ad secundo obiectum dicim⁹ q̄ sicut Ad scōm
iuxta fortitudinē cardinalē est donū fortitudis parū
differens ab illa.sic iuxta prudentiam est donū scientie
et iuxta iusticiā est donū pietatis.temperātia vero re
ducitur ad timorē dñi. q̄ timor dñi tēperat incētiuū Tēperātia
carnis.vñ in psalmo.cōfige timore tuo carnes meas et timor.
et propter hoc non oportuit distīgui istō donū iuxta
tēperātiā cardinalē. Ad tertiū dicim⁹ q̄ nō est simile Ad tertiū.
de dolore et timore.timor eī specialiter expellit vnū
de vicijs capitalibus.s.superbiā. sed dolor nullū vi-
cium expellit:sed satisfactorius est pro petis iam di-
missis.vt patet in questione de iustificatione impij.
Ad vltimū dicimus q̄ timor non obuiatur alij dono Ad vltimū
propter duas causas. Prima est:quia duo dona cō- Prima cā
binantur ideo quia vnū est causa alterius.intellectus
enī quo intelligimus spiritualia bona quibus deus
replet sanctos et sibi assimilat:ducit nos ad delectan-
dū in suauitate dei vt experimēto cognoscamus sua-
uitatem dei:que cognitio est sapientia, et intellectus

generat sapientiã.et ideo cõbinatur ei.similiter cõsiliũ quo pensat homo q̃ nõ sũt cõdigne passiones. ꝛc. est generatiuũ et regitiuũ fortitudinis et pietatis. timor autẽ dñi regitur immediate a tribus virtutibus theologicis. qui enĩ vere credit sperat ac diligit de necessitate timet offendere ipsum et separari ab eo et ideo nõ habet cõparẽ.nõ enĩ oportet ipsũ regi nisi a fide.spe caritate. cũ nõ habeat circũstantias alteri⁹ difficultatis. Secunda ratio est quia sicut dicit ecclesiasticus.xxv.timor dñi super omnia se supponit vel sup sapientiã.quãto enĩ aliquis magis gustat delectationem dei tanto magis timet separari ab eo.vnde semper timor quasi superposit⁹ cõprimit et tenet alia dona.quia ergo est sup alia dona per se positus est. nec habet cõparẽ. Sed videt posse probari q̃ paucioza sunt dona q̃ septẽ.quoniã dilectio qua diligit deus ꝛ qua diligunt homines est vnica virtus: ergo a simili est vnica virtus qua cognoscit deus et qua cognoscũtur homẽs siue humana.sed cognitio qua cognoscit deus est sapiẽtia. cognitio qua cognoscunt homines siue humana est sciẽtia.et talis cognitio est donũ: ergo idem donũ est sapientia et scientia. et ita paucioza sunt dona q̃ septẽ. Jtẽ origen.dicit sup cantica q̃ idẽ est diligere deũ et diligere bona:ergo eiusdẽ virtutis est diligere bona spiritualia. scz virtutes et diligere deũ:ergo eadẽ ratione eiusdẽ virtutis est cognoscere deũ et cognoscere bona.et ita eadẽ virtus est sapientia et intellectus.et ita idẽ donũ. et ita paucioza sunt dona q̃ septẽ. Solutio. Ad primũ dicimus q̃ non est simile de amore et cognitione.quoniam amor voluntas ẽ sũmi boni.amor ei quo diligim⁹ deũ est volũtas qua volum⁹ ei sũmũ bonũ qđ hz p naturã. amor aũt quo diligim⁹ proxim⁹ est volũtas qua volumus ei sũmũ bonũ per gratiã.quia ergo idẽ est secundũ se voluntas in dilectione proximi et dei.ideo eadẽ est virtus dilectio dei ꝛ dilectio proximi.sed aliud est cognitio in deo.et aliũ est cognitio in primo.ꝛ iõ nõ est sic̃ in dilectione et cognitione vt dictum est in questione de caritate. Ad secundo obiectũ similiter dicimus q̃ non est simile. quoniã virtutes diligere est velle eis frui deo.et ideo dicit augustin⁹ q̃ idẽ est diligere deũ et diligere virtutes. quoniã idẽ est volitũ in dilectione dei et in dilectione proximi: sed nõ est idẽ cognitũ in cognitione dei.et cognitione virtutũ.ideo pz q̃ nõ valet vltima argumentatio.

¶ De differentia donorum ad virtutes.
¶ Tertia questio huius capituli.

Queritur de differentia donorũ ad virtutes cardinales super illud mathei: ibat iesus docens ꝛ predicans.dicit glo.docens naturales virtutes ꝛ predicans regnũ celorũ et alia spiritualia dona circa que cõsistunt spũales virtutes: ergo virtutes cardinales siue politice non sunt dona spũssancti. Jtẽ.super illũ locũ mathei vbi loquit̃ de centurione et seruis ei⁹:dicit glo. q̃ per seruos centuriõis intelligunt virtutes naturales quarum copiã afferunt multi venientes ad christũ:ergo multi habent virtutes cardinales ãteq̃ veniant ad christũ:ergo anteq̃ habeãt virtutes spũales: ergo virtutes cardinales nõ sunt virtutes spũales:ergo nõ sunt dona. Jtẽ in principio iob dicit gregorius q̃ per angulos domus intelligunt̃ cardinales virtutes. quia sunt quasi sustẽtamentũ spũalis dom⁹ per filios intelliguntur dona spũssancti.sed anguli nõ sunt filij.ergo virtutes cardinales nõ sunt dona. Jtẽ. virtutes cardinales sunt habitus acquisiti per frequenter bonum agere. dona aũt sunt habitus infusi a spiritussancto.ergo non sunt idem. Sed queritur sicut supra dictũ est septem dona sufficiunt ad regimen totius vite humane.tam actiue q̃ contẽplatiue. ꝯ si virtutes cardinales non sũt idem quod dona supfluunt quantum ad regimẽ vite humane.sed nõ superfluunt.ergo sũt idem quod dona. q̃ aũt non superfluant patet per hoc qđ dicitur in libro sapientie. Sapientia docet prudentiã:prudentia sobrietatẽ et virtutem.i.fortitudinem quibus nichil melius est in vita Jtem.si non sũt idem virtutes cardinales et dona in essentia.ergo fortitudo donũ in essẽtia differt a fortitudine cardinali. Forte dicet q̃ reuera differt essentialiter.qm̃ fortitudo donũ consistit in aduersor tolerãtia fortitudo virtus in aggressione arduor:sed hoc nichil est.quia fortitudo virtus non solũ cõsistit in patientia:sed etiã in aggressione.vnde magnificentia est eius vna species vt dicit tullius:idem dicit beat⁹ gregorius de bono fortitudinis.s.quod consistit et in patiendo ꝛ in aggrediendo. Solutio. dicimus q̃ in viro iusto idẽ sunt in essentia virtutes cardinales ꝛ dona spiritussancti sed differunt rõe.differũt ei officio ꝛ statu.vnde sicut ratio superior et ratio inferior idẽ sunt in essentia.sed differunt officio:sicut dicit augustinus sic dona spiritussancti et virtutes cardinales idem sunt essentia.sed differũt causa officio et statu.cã differunt quia virtutes cardinales vt dictũ est mouent ad opera ex rationibus sumptis a iure naturali.dona vero ex rationibus fidei que spirituales sunt. Officio autẽ et statu differũt.quia virtutes cardinales attendũtur operibus exterioribus secundũ q̃ per opera exteriora pugnant contra vicia.dona vero dicuntur eadẽ virtutes maxime secũdũ q̃ sunt in actibus interioribus quibus iam sũt in ipso actu vincendi.ꝯ secundũ primũ statũ dicuntur virtutes politice.secũdũ 3m statũ dicũtur virtutes purgatiue.dona ꝯ ille dicunt eadẽ virtutes secundũ q̃ sunt purgatorie. Unde vocantur sanctificationes animarũ:et ita eadẽ sũt in essẽtia virtutes cardinales cũ donis.excepta tẽperantia:que non est idẽ cũ aliquo dono.sed reducitur ad donũ aliqđ.s.donum timoris. Per hãc distinctionẽ patet solutio ad oĩa preobiecta. virtutes igitur cardinales significant per angulos.qm̃ vtuntur rationibus sumptis a iure naturali:et in hoc sunt quasi fũdamentũ totius fabrice spiritualis.dona aũt dicunt filij:qr vtunt rationib⁹ fidei.per quas sumus filij dei. Unde per fortitudinis donũ dulciter toleramus:sed per fortitudinẽ virtutẽ politicã viriliter tantũ.dona ꝯ dicuntur virtutes secundum statũ in quo sũt purgatorie. virtutes enĩ animi iã purgati sunt eadẽ virtutes secũdũ statũ qui est post consũmatã de vicijs victoriã:qm̃ purgata anima perfecte quiescit in amplexus sponsi. vñ dicit origen. q̃ salomon docet in prouerbijs virtutes politicas: ĩ eccle.purgatorias.in canticis virtutes animi iã purgati. Cõtra hanc solutionẽ obicitur. quicquid per se se habz ad aliquid.q̃diu erit se habebit ad illd̃:sz virtutes per se se habẽt ad opera.qđ patere potest per hoc q̃ in diffinitione virtutis ponũtur opera cũ dicit̃ virtus est bona qualitas mentis qua ratione viuim⁹ ergo virtutes q̃diu sunt se habent ad opera.ergo cũ maneant ĩ essentia sua: qm̃ sunt purgatorie vel animi purgati semper se habent ad opera.ergo per opera

Scda cã.
Jterũ aĩ q̃ sint paucioza q̃ septẽ.
Secundo.
Solutõ ad primum.
Ad scõm.
Augustin⁹
Tertio.
Gregorius
Aĩ q̃ dñt.
Glosa.
Secundo.
Glosa.
Quarto.
In oppom
Secundo.
Euasio.
Tullius.
Gregorius
Solutio.
Rõ supior et inferior.
Dñt ĩ tribus.
Causa
Officio et statu.
Origen.
Sctificationes aiarũ.
per hoc ad omẽs rões factas.
q̃re significant per angulos.
q̃re dicunt filij.
Ꝯ hanc aĩ.

Secundo. non differunt a virtutibus politicis. Jtē. virtus p se se habet ad opera: ergo virtus maior magis se habz ad opera: ergo virtus purgatoria vel purgati animi se habet ad opera magis ꝙ virtus politica. quia virtus purgatoria vel purgati animi maior est ꝙ ẋtus politica: ergo virtꝰ politica nō differt per opera a donis. quod est cōtra predicta. Sed cōtra hoc obiicitur

In oppoᵐ opera volūtaria nō habēt causā necessariā. sed opera virtutū sunt opera voluntaria: ergo nō habent causā necessariā. virtus est causa necessaria operū: ergo virtus nō per se habet ad opera. Solutio. reuera virtutes politice differunt a donis per opera exteriora. qm̄

Solutio. in statu in quo sunt politice nō exercent nisi opera exteriora. quoniā homo qui habet solūmodo virtutes politicas nondum gustauit dulcedinem dei. vnde nō est reuocatus adhuc ad meritoria. et ideo occupatur adhuc circa opera exteriora. quando autem peruenit homo ad virtutes purgatorias aliquantulum sentit de dulcedine dei: ⁊ sic aliquantum reuocatur ad meritoria. cum autē venerit ad virtutes animi tam purgati tunc perfecte sentit dulcedine dei: et dicit. rēnuit consolari anima mea. ⁊ itē. laui pedes meos. quomō

Ad primū inquinabo eos. Ad primo igit̄ obiectū dicimus ꝙ reuera virtus que per se se habet ad aliqd ꝙdiu est se habet ad istud. vnde virtutes cardinales. et in statu politico et in statu purgatorio et in statu purgati animi se habent ad opera bona. sed tamen minus exercent illa in statu purgatorio vel purgati animi. quoniam tunc magis reuocat̄ homo ad interiora vbi habet maiores delicias. Ad secūdo obiectū dicimus ꝙ

Ad secōm reuera in statu purgatorio vel purgati animi. magis se habz homo ad opera. vno modo scz cū hac suppletiōe. scz si se intromitteret de talibus alia de causa vl̄ precepto dei vel alia manifesta vtilitate proximi. qz magis habet devnctione que docet omnia. substātialiter autē et quantū in se est. in tali statu minus se habet ad opera exteriora. quoniā maiora habet ad opa interiora quantū in se est ꝙ ad exteriora: ergo quāto maiores virtutes habet homo tanto magis se habet quantū in se est: et simpliciter ad opera exteriora. virtus enim licz se habeat ad opera exteriora. tamen non per modū nature. sed per modū voluntarium se habet ad illa. nulla autē causa voluntaria est necessaria. et ideo nō est necessariū ꝙ si maior est virtus magis se habet ad opera exteriora. licet per se suo modo se habeat ad illa. sed quia mō voluntario se habet ad illa minus. se habet ad illa vbi volūtas minus trahitur: ⁊ ideo minus se habet ad illa in statu purgatorio vel purgati animi ꝙ in statu politico. sed in effectibus virtutis quos ex se producit per modū nature non per modū voluntariū. bene tenet. ꝙ si maior est virtus maior talis effectus: vt ẋtus per se p modum nature sue facit dignū vita eterna et mundat a pctis vnde bene sequitur ꝙ si maior est virtus facit magis dignū et magis mundat a pctis. si inueniat peccata a quibus mūdet. qm̄ igit̄ virtus erit in sua pfectione vltima scz in patria nullo mō se habebit ad opera exteriora quantum erit de statu. quia in illo statu nō erit aliqua vtilitas operū exteriorū. tamē quantū in se est non habito respectu ad illū statū se habebit ad opera exteriora. quia si expediret optime opa exteriora exerceret: vt patet in angelis qui mittunt̄ ad hoies.

¶ Qualiter differunt dona a virtutib⁹ theologicis. ¶ Aliud capitulum.

¶ Jso quomodo differūt dona a virtutibus politicis. dicendū est qualiter differūt a virtutibus theologicis. scz fide spe caritate. in principio iob dicitur ꝙ septē filij iob faciebāt cōuiuia vnusquisqz in domo sua et vocabant tres sorores suas: vnusquisqz ad

Expō dicti iob. conuiuiū suum. in die suo. tres iste sorores sunt fides spes caritas vt dicit gregorius. Sed contra regulare est ꝙ ditior et potentior inuitet minus diuitē et potentē minus ad cōuiuiū suū et non econuerso. scz fides spes caritas sūt ditiores et magis abundantes in deliciis spiritualib⁹ siue deliciis ꝙ septē dona. ergo potius inuitāt dona ꝙ econuerso. ꝙ autē magis abūdāt fides: spes: caritas: deliciis spiritualibus. probatur

Ꝓ dictū gregorij aī. Ꝓbatio minoris. per hoc qz coniunctissime sūt fonti deliciarū. s. deo. per eas enim mouet anima directe in deū. ¶ Preterea in euāgelio dicitur Amice accōmoda michi tres panes quia amicꝰ meus venit de via et non habeo qđ ponā ante illū. verba sunt sine desis: siue intellectus superioris cuiꝰ est prouidere cibuz in domo aīe loquētis qui solus est verus amicus noster. Est ergo sensus. o criste accōmoda michi tres panes. s. fidē spem caritatem. que reficiūt animā spiritualiter. quia amicꝰ meꝰ scilicet amicus humanus venit de via. id est de laboriosa actione mundi et non habet quid manducet. in mundo enim non sunt spirituales delicie: sed pressure tantū. propter quod sepissime mundꝰ dicitur desertum i sacra scriptura. qz igitur fides: spes: caritas: dicunt̄ panes. antonomatice: non indigent deliciis donorū: sed potius econuerso. ergo non debent vocari a donis ad cōuiuiū. sed econuerso. Jtem vnūquodqz donum habet proprium opus distinctum ab oībus aliorum donorū. similiter et quelibet virtus. ꝙ quodlibet donuz et quelibet virtus habet suū proprium cōuiuiū cui non coīcat aliqđ donū: aut aliqua virtꝰ. ergo nō pñt fides spes caritas cū quolz dono cōuiuari et ita nichil est quod dicit gregorius ꝙ dona vocant virtutes ad cōuiuiū suū. Jtem. vnusquisqz filiorū vocat in domo propria tam fratres ꝙ sorores. queritur quid vocetur domus. constat ꝙ opus non dicitur domus ibi: qz est conuiuiū. quia conuiuiū per quod opꝰ intelligitur non est domus neqz potentie aie possunt dici domus. quoniā sic non habent dona nisi tres domos cū nō sint nisi tres potentie: et ita non quodlibet donū in sua domo propria faceret conuiuiū. Reuera magis abundāt deliciis spiritualibus virtutes theologice ꝙ dona: salua excellentia doni: quod ē sapientia. vnde dicimus ꝙ dona non vocant virtutes theologicas ad cōuiuiū suū per modū impij: sed per modum supplicationis. quia virtutes theologice cōdiūt dona sapore celesti. virtutes aūt theologice non vocant dona ad sua conuiuia: quia dona non possūt ascēdere ad illas. sicut enim dicit boetius. Quicquid enī potest vis inferior. potest vis superior et non econuerso. et ita quācunqz materiā potens est agere donum inferius. potens est superius. et non econuerso. Virtutes autem theologice superiores sunt ad dona. fides enī spes caritas sua generalitate extendunt se ad omnia opera et ad omnes materias aliarū virtutum. verbi gratia. cum quis facit opera iusticie vl̄ fortitudinis. fides precucurrit et spes. fides enī credebat: et spes sperabat ꝙ talia opera acquirerentur. Caritas enim est velle omne bonum. nec non spirituale. et ita caritas est velle quelibet opera virtutuz inquantum sunt bona. et ideo fides: spes: caritas: de-

Quarto

Solutio.

Ẋtutes excedūt dōa.

lectantur cum oĩbus donis vel virtutibus: ⁊ ita cum eis conuiuãtur: nõ ecõuerso: ⁊ iõ donavocãt virtutes istas ad sua cõuiuia potius q̃ ecõuerso. imperãt etiã virtutes theologice oĩbus donis vel virtutibus alijs imperando delectanꝫ et cũ eis cõuiuanꝫ. cetera vero dona vel virtutes per alias cõnexiones quas habent inter se cõuiuantur mutuo secũ vel imperando vt prudentia que imperat alijs tribus. et timor que sollicitudine sua mouet oẽs. et tamẽ nullũ videtur esse conuiuiũ in timore: quia facit solicitũ. ſz reuera maximũ est in ipso cõuiuiũ. quia sicut dicit ecclesiastic⁹. timor dñi delectabit cor nõ tantũ propter hoc q̃ sollicitudine sua mouet aiam motibus aliarũ virtutũ. ſz qz animam ordinat ⁊ ponit in loco suo sicut ⁊ alie virtutes. quelibet aũt res habet quietẽ in loco suo et delectationem. ſcz q̃ capax est delectatiõis. per hoc patet solutio. Ad primũ. Ad primo obiectũ. Ad secundũ dicim⁹ q̃ nullum donũ habet aliquod opus propriũ quod non cõmunicet ad virtutes que sunt ita gñales. et licet que dã dona habeant proprias operatiões respectu aliorum. tamẽ propter cõnexionẽ quã habẽt sibi mutuo cõicãtur vt donũ fortitudis vetat pietatẽ ne excedat vel parcendo vel trascendo in vsu patientie. eodẽmõ intellige de alijs. Ad tertiũ. Ad tertiũ dicimus q̃ domus donorum nõ sunt potentie vel actus: sed habitus naturales. vt mãsuetudo q̃ est virtus infusa. sita est q̃si ĩ domo sua in naturali mansuetudine: qua quilibet dicit naturaliter mansuetus. eodẽmodo fides sita est ĩ habitu naturali cognoscendi deũ per speculum creaturarũ. sicut enĩ homo nõ tñ creatus est potẽs ratiocinari. sed etiã abilis ad rõcinandũ. i. nõ tñ rationalis sed rationabilis. ita nõ tantũ creatus est potens recipere virtutes. sed etiam abilis ad recipiendum illas eodẽmodo intellige de oĩb⁹ donis ⁊ virtutib⁹. vnde p pheta dicit de lucifero. tu plenus sapiẽtia: in delicijs paradisi fuisti. delectabatur enim lucifer in deo et in donis sibi a deo collatis. nõ per modũ gratie sed per modum nature.

Quõ cõuiuanꝫ iter se

¶ De donis singulis et primo de timore.

¶ Aliud capitulum.

DIcto de essentia et numero donorũ et differentia ipsorum ad virtutes. dicendũ est de singulis donis: et primo de timore. quonã licet timor sit vltimum donũ dignitate. tamen primũ est naturali ordinatione ascendendi vt postea patebit. Ad sequẽtium euidentiã. notãdum q̃ sex sunt timores scz naturalis mundanus: humanus: seruilis: initialis: filialis. Timor naturalis est q̃ qs timet mortẽ siue horribile. ſz ante deliberationẽ rationis quomõ christus mortem timuit. vnde in euangelio. cepit ihesus pauere ⁊ tedere. iste timor nõ est vitiosus. quia non ex libero arbitrio. Timor human⁹ est quo quis timet pelli sue ex deliberatione rationis. ⁊ iste potest esse peccatũ mortale vel veniale. potest etiã nõ esse peccatũ. mortale est si procedat ex amore presentis vite: si eo magis diligitur vita presens q̃ deus venale est. quo nimis diligitur vita presens tamẽ citra deũ. tunc autẽ nõ est peccatũ: quãdo est ex amore hui⁹ vite qui nõ est peccatum quo diligit homo vitã suã. tãtũ ad conseruationẽ ex deliberatione rationis. quod bonũ est et cõsonũ nature. quia ergo omnis timor humanus generatur ex opposito amore. qualis est amor talis est timor procedens ex eo. Timor mundan⁹ est quo quis timet amissionẽ tẽporaliũ ⁊ potest esse pctũ mortale vel veniale: vel non esse peccatum. sicut amor diuitiarum. ex quo est tñ sicut amor mundi frequenti⁹ sumitur in malo. ita timor mundanus et timor humanus frequentius sonat in vitium. vnde prohibetur a domino in euangelio. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Timor seruilis est in quo quis timet penã gehenne principaliter. Initialis timor est quo quis timet peccare partiz propter penã partim propt̃ amorem dei siue amorem iusticie. quo etiam timeꝫ gehẽna non propter se principaliter. sed propter hoc ne offendatur deus. vel ne homo separeꝫ a deo. vñ timor initialis habet duos oculos. vnũ ad gehẽnã aliũ ad offensam ex amore. Timor filialis est quo quis solo intuitu amoris timet offendere deũ vl̃ separari ab eo ipso. Primus timor nec ẽ a spiritusãcto per modũ gratie nec est contra spiritũ sanctũ. tñ est cum spũsancto vt patet in christo. Secundus et tertius prout sonant in vitiũ. nec sunt a spiritusancto: nec sunt cũ spiritu sancato. Quartus est a spiritu sancto: sed non est causa spiritusſãcti. Similiter prim⁹ q̃nqz cum caritate: sed non est ad caritatẽ. secũdus et tertius nec cum caritate nec ad caritatem. quartus non ẽ cũ caritate: sed ad caritatẽ. Quint⁹ et sext⁹ semper cũ caritate et ab ea. de primis ergo tribus quia nõ sunt dona spiritussancti dimittendũ. Dicitur magis de alijs trib⁹: et primo de seruili hoc ordine. primo de essentia eius et quomodo sit donũ spiritussancti et in quo differat ab initiali. secundo de eius vsu pricipali et primo. tertio de operibus exterioꝛib⁹ que procedũt ex timore seruili. quarto de annexis illius. quinto et vltimo de secundis effectibus: quos habet aia. Q̃ timor seruilis sit donũ spiritussancti patet per hoc qz super istud ad rationes nõ accepistis iterũ spiritum seruitutis in timore. vbi dicit augusti. Idẽ est species vtriusqz timoris: sed constat q̃ timor filialis est donum spiritus sancti. ergo timor seruilis est donũ spiritusſãcti. Contra. quilibet timet naturaliter penã: ergo timere penam est motus naturalis timoris: ergo timere maximã pẽnã est motus timoris naturalis. ergo timere gehennã est mot⁹ timoris naturalis. ergo timor seruilis est timor naturalis. non est ergo donũ spiritussancti. Item. duo sunt fines bonarũ actionũ. ſcz vitatio incõmodi et adeptio cõmodi. ergo sicut habem⁹ vnum donũ quo abstinemus a peccatis pro vitãdo ĩ cõmodo tẽporali. ita debemus haberevnũ donũ quo abstineamus a peccatis: pro habendo cõmodo temporali quod patet esse falsum. Item. indirecte timor seruilis non potest cũ spiritusãcto. ergo timor seruilis est oppositus spũi sãcto: sed oppositũ nõ est a suo opposito. ergo timor seruilis nõ est a spiritusancto. Solutio. q̃dã timor gehẽne est naturalis: vt ille quo sensu vel imaginatiõe recolente cũ estimatione siue deliberatione rationis timetur gehẽna. sic timẽt penas gehenne illi qui eas sentiũt vel senserũt. vnde in libro sapientie dicitur q̃ impij timebant timore horribili. Timor aũt seruilis est de eisdẽ penis nullo sẽsu preuio vel imaginatione. sed sola fide informi qua creditur deus puniturus peccata penis eternis. de iusticia. ex hoc ꝑz q̃ hec argumẽtatio nõ valet Timor seruilis ẽ timere gehẽnã. timor naturalis ẽ timere gehẽnã. ⁊ timor seruilis ẽ timor naturalis: qz procedit ex ĩdefinitꝫ. qz igr̃ timor seruilis ẽ ex fide informi. iõ est donum spiritussĉti: ⁊ est vtilissimus ad caritatem et quasi medicina et quasi habitus abilitans homi-

Notandũ. Timor naturalis.

Timor humanus.

Timor mundanus.

Ad primũ. Ad secom.

Ad tertiũ.

Timor seruilis.

Timor initialis.

Duo oculi iritus.

Timor filialis.

De tribus vltimis.

Prima q̃o vtrũ timor seruilis sit donum.

Aĩ q̃ sic.

Augustin⁹

In oppo⁽m⁾

Secundo.

Tertio.

Solutio.

Ad idem.

nem ad sanitatē spiritualem siue ad suscipiendā gratiam dū hominē humiliat et facit abstinere a peccat̄
Ad scdm Ad secundo obiectū dicimus q̄ nō est simile. q̄ pena debetur peccato mortali propte. et propter hoc est quoddā donū spirituale quo abstinet quis a peccato ad vitandū gehennā. sed bona temporalia nō debentur aliquibus bonis operibus. quia debent fieri tm̄ propter vitā eternā que est bonoꝝ operū. sicut gehē na malorū. vnde dns quasi tratus quādoq̄ dat tēpora et aliquando subtrahit iustis. et sic nō est aliqđ donum ad adēptionē boni temporalis.
Ad tertiū. Ad tertiū dicimus q̄ timor seruilis est a spiritusancto. nō vt cum illo sit. sed vt preparet etiā. dat enī spūssanctus hoc donum ad modū medici qui prius vtitur digestiuis
Exemplū a simili. ad preparandā naturā qua preparata dat laxatiua et euacuatiua. similiter spūssactus dat pr̄ timorē seruilem qui humiliat hoiem et facit māsuetū ꝛ hutusmodi. et tūc intrat spūssanctus cū gratia q̄ euacuat morbum et sanat. vnde licet timor seruilis non possit esse cū spiritusancto. non tm̄ opponitur vel cōtrariatur ei
Iterū aī. quia preparat ei ingressū in cor hominis. Sed adhuc obijcitur cōtra hoc. timor seruilis est eiusdē speciei specialissime cū timore initiali. sed timor initialis est cū spiritusancto: ergo et timor seruilis. sicut enī albedo nō excludit albedinē cū sint eiusdē speciei. sic nec timor seruilis excluditur adueniente in aīa caritate. vel timore initiali: ergo manet aduenīente caritate cū qua aduenit initialiter. et sic manet cū spūsancto.
Augustinꝰ Q̄ autē illi timores sint eiusdē speciei specialissime. patz. quia augustinus dicit in octauo libro de trinitate. q̄ volūtates diuerse sunt: q̄rū diuersa sunt volita et eedē quarū idē volitū: ergo pari ratiōe diuersi sūt timores quibus timenť diuersa. ꝛ idē quibus timeť
Euasio. idem. sed idem timeť timore seruili et initiali. scz pena eterna: ergo sunt idem timor in specie. Si dicit q̄ q̄uis idē timeať vtrobiq̄. tamen differūt. quia timore initiali nō timetur pena nisi propter aliud. Cōtra
ℨ hoc aī. hoc est: quia sicut volūtates non differūt nisi per primos fines ꝛ imediatos. ꝛ nō per fines vltimos. quia si sic essent oēs volūtates eiusdē speciei specialissime et similiter oēs ℣tutes. ita neq̄ timores differūt nisi per ea que timētur primo ꝛ imediate: ergo cū primo et imediate timeatur pena eterna timore initiali. nō erūt illi timores diuersi in specie: sed idem in specie
Secundo. Itē. timor initialis habet duos oculos. vnū ad penā quo cōicat timore seruili. aliū ad separationē quo cōmunicat cū filiali. sed propter hoc q̄ cōmunicat cū filialiuno oculo: est eiusdem speciei cū illo: ergo eadē ratione cū cōmunicet cū seruili vno oculo erit eiusdē speciei cū illo. et sic timor seruilis erit cū spūsancto. sicut ꝛ initialis. qđ patet esse falsū. quoniā beatus iob. dicit perfecta caritas foras mittit timorē. quod intel
Solutio. ligunt sancti de timore seruili. Solutio. dicimus q̄ siue naturalia fiant gratuita siue nō. secundū speciem differunt timor seruilis et timor initialis. quoniam timor initialis habet duos oculos. vnū accidētalē quo timet penā. aliū essentialē quo timet separationē. timor enī separationis ab eo quē diligit et⁹ est causa. et propter hoc vnus speciei est cū filiali differens accidente. penā autē timet per accidens siue per aliud. ꝛ propter hoc licet cōueniat cū seruili in accidente. differt tm̄ secūdū speciē. penam autē timet per accidens duobus modis. primo timet eā propter cōscientiam peccati: et stimulū et angustiam cōscientiā timens ne sufficienter sit ei peccatū dimissū. sed cum perfecte cō pleuerit penitentiam vt iam pacē sentiat et dulcedinem in mente. quia iusticia et pax osculate sūt. non timet propter conscientiā peccati aut angustiā: sed tm̄ per modū cautele. s. ne saperetur a deo: et sic penam non quia est pena timet. sz propter conscientiā peccati: et ita vno modo per accidens. Itē. alio modo per
Dupliciter q accidens accidens timet illā: quia non timet ipsā inquantū est pena corporis vel aie sensualis: sed inquantū est pēa dāni siue separātia ab eo quē diligit. et ita per accidens timet penā per se separationē. vnde propriloqueno diuersa timentur timore seruili et initiali et
Ad omnes rōnes. ita dīnt essentialiter illi timores. Per hoc patet solutio ad oīa obiecta. Sed iterū videtur posse ꝓbari
Iterū aī. q̄ timor seruilis non sit donū spiritussancti q̄ eo timet homo offendere deū propter penam. ergo magis timet penam q̄ offensā dei. ergo magis timet penā q̄ deum. sed si aliquis diligit aliquid aliud magis q̄ deum: peccat mortaliter. quia deus super oīa est diligēdus. ergo pari ratione cū deus super oīa sit timēdus quicunq̄ timet aliud plus q̄ deū. peccat mortaliter. sed timore seruili timetur aliud plus q̄ deus: q̄ pena. ergo sic timēs peccat mortaliter. ergo timor seruilis est peccatū mortale. non ergo est donū spiritus
Secundo. sancti. Item. diligens deū propter aliud ita q̄ hec dictio propter notēt causam finalem principalē peccat mortaliter. ergo pari ratione: timēs deū propť aliud peccat mortaliter: sed timēs timore seruili. timet deum propter aliud. ergo peccat mortaliter. et inde vt
Solutio. Ad primū prius. Solutio. timor seruilis est donū spiritussancti cum sit ex fide vt dictum est. Ad primū dicim⁹ q̄ si ꝓ pte intelligatur hec propositio. timens timore seruili timet magis penā q̄ deū: falsa est. qm̄ timere penaz nichil aliud est q̄ timere deū cuⁱ⁹ est infligere penam eternam impenitentibus. siue timere iusticiā dei vel eternū iudicem. sicut enīz dictū est in questione de articulis. penas eternas credere non est articulus: sed assequens articulo. qm̄ omnis articulus est de deo incutiens timorem vel amorem vtrūq̄: et ita deum esse puniturū impenitentes penis eternis est articulus. ex quo patet q̄ idem est timere penam eternam et timere deū: et ita non magis timetur pena q̄ deus
Ad scdm. ex quo patet solutio ad primo obiectū. Ad secundo obiectum similiter dicimus q̄ hec ꝓpositio: si ꝓpte intelligitur est falsa. timens timore seruili timet deū propter aliud. quia iste qui timet penā nō timet illaz quia pena: sed q̄a deo infligenda. sicut qui timet patibulum non timet ipsū: quia illud est: sz q̄ timet suspendi in eo a iudice: et ita propte loquendo qui timet deum tantum propter penā eternā. nō timet deum ꝓpter aliud. tm̄ si propositio intelligatur sub im
Alī pt dici propietate cōcedimus q̄ qui timet deum ꝓpter penam eternā: timet deum ꝓpter illud. cōpetenter tm̄ pt dici q̄ non ē simile de timente deū propter penā ekn̄ā et diligēte propter bonū creatū. q̄ ille qui sic diligit ponit sibi aliū sūmū bonum q̄ deū: vñ peccat mortaliter. sed ille qui sic retinet deū nō propť hoc poīt aliq̄o incidēs
ud sume potēs. ꝛ tō nec pec. mor. Itē q̄ritur vtrum timor quo aliquis abstinet a peccato ne suspendatur
Af q̄ sic. sit donū spiritussancti. qđ videtur. quia vtilis est et ꝑ
In oppm paratorius ad bonū: ergo est a spūsancto. Contra. qđ nō est ex fide peccatū est. vt dicit apostolus. i. deficiēs
Solutio. et inutile et imperfectū. Solutio. dicimus q̄ reuera talis timor nō est donū spūssancti. quia solo libero ar

bitrio potest aliquis abstinere a peccato. vt qui timet patibulū. quia timere talē penā nō est timere deū. ſz hominē. vnde timor humanus est et non est donū spiritussancti sicut patet ex predictis.

¶ De vsu seruilis timoris.

¶ Secunda questio huius capituli.

Ad vltimū quoniā quilibet magis tenet diligere se q̄ alios. Ad vltimo ob. de auctoritate origeñ. dicim⁹ ꝙ sine dubio periculosior est vita actiua q̄ cōtemplatiua. qñ quecūq; pericula sunt in cōtemplatiua sunt in actiua. qñ in actiua est error: perturbatio ardor. .v. qđ obijcitur ꝙ cōtemplatiua est fastidiū et accidia. hoc est ex debilitate humane nature et fragilitate liberi arbitrij. vñ nō magis pertinet ad cōtemplatiuā q̄ ad actiuā.

Utrum contemplatiua habeat cōtrarium

Ultima questio huius capituli.

Aī ꝙ non. Ultimo queritur vtrū virtus cōtemplatiua habeat contrariū. videt ꝙ non. quia sapientia et intellectus sunt quedā scientie. sciētia autē nō habet contrariū. ignorantia enī non est proprie cōtraria sciē tie precipue scientie que est virtus quoniā ignorātia proprie loquēdo non est viciū: ergo sapientia et intellectus nō habēt cōtrariū. et ita virtus cōtēplatiua nō habet contrariū. Item. delectationi que ē considera re ꝙ diamet⁹ ē assimet⁹ coste nichil est contrarium. qz diametrū eē assimetrū coste non habet contrariū. ergo ea dē ratiōe delectatio que ē in deo et a deo nichil habet contrariū: qñ deo nichil ē contrariū. sed sapiē tia donū consistit in hoc ꝙ per sapientiā delectamur ī deo. vñ dicitur sapientia a sapore. ergo sapiētia donū non habet contrariū. Si conceditur. Contra. cuilibz virtuti aliquod viciū est contrariū. ꝯ contemplatiue virtuti aliquod viciū ē contrariū. et ita sapientie .t. intellectui aliquid est contrariū. Item. error in deo vicium est. qñ asserere de deo aliquid qđ nō ē peccatuz mortale est. ergo huiusmodi errori aliqua virtus est contraria: non nisi sapientia et intellectus. qñ asserit de deo quod verum est. ergo sapientie et intellectui aliquid ē contrarium. Item. sicut sapientia gustādo bonitatem dei inuenit ipsū dulcē et delectatur in eo: ita accidia inuenit ipsū amarū et abominatur ipsū. sicut ipse dñs dicit. Posuerūt me abominationē sibi. est autem accidia tediū boni per quod contristatur homo male se habens in ipsa dei bonitate. cū ergo sapientia delectetur in eo quo tristetur accidia: .t. ex hoc accidit tristicia. videtur ꝙ sapientia et accidia sūt contraria. Item. gregorius dicit ꝙ sapientie contraria est stulticia: siue insipiētia: intellectui ebetudo. cōsilio temeritas: fortitudini remissio: sciētie error: quia est prudentia carnalis vel sapientia mundi: pietati impietas: timori pusillanimitas vel timiditas. sic igitur sapiētie et intellectui aliquid ē cōtrariū. Sed videtur ꝙ sapientia non sit contraria insipientie. qñ apo. dicit. Non plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. et prouerbi. prudentie tue pone modum. sic igitur sobrietas est necessaria in cognitione eorum que de deo sunt: et illa est sobrietas specialis cuius omnes motus simpliciter interiores sunt. ei autē contraria est sapientia que est in excessu vel i diminutione. ergo sapientia et insipientia nō sūt cōtraria. Item. sicut necessaria est sobrietas in sapiētia siue i cognitiōe eorū que de deo sunt: ita necessitas est sobrietas in intellectu: siue in cognitione dei et sanctorū angelorum: et sanctarū animarum: .t. sicut sapiētia et intellectus diuersa sunt: ita sobrietas que est in sapiendo et sobrietas que est virtus cōtēplatiua. qñ motus vtriusq; tñ interiores sunt. Quattuor igitur sūt virtutes cōtēplatie .t. hoc est cōtra ysaiaz q̄ tñ duas ponit: et contra aristotelē qui ponit tantum tres.

Secundo. Secundo.

In oppo⁹ In oppo⁹

Secundo. Secundo.

Tertio. Tertio.

Quarto ꝙ gregorij. Quarto ꝙ gregorij.

Iterū aī ꝙ gregorij. Iterū aī ꝙ gregorij.

Ad idē aī. Ad idē aī.

Solutio. Solutio. dicimus sicut dicit gregorius ꝙ sapiētie cōtraria est insipientia: et intellectui ebetudo excessus in intelligendo.

Ad primū Ad primū dicimus ꝙ sapiētia et intellectus proprie loquendo non sūt sciētie: quia scientia proprie loquendo est cognitio per causam et per naturales rationes habentes principium ex per se notis simpliciter siue naturaliter. et ita solui-

Ad scōm. tur prima obiectio per interēptionem. Ad secundum dicimus ꝙ licet delectationi q̄ est in sapientia nichil sit contrariū. tñ sapientie aliquid est contrarium qñ sapientia non t̄ tñ consistit in delectatione. ꝙ etiā in cognoscendo deū. nec est ex vno solo effectu dei: imo ex excellentissimis dei: intellectus enī dicit ꝙ de⁹ summe quietat aīas sanctas: et ex hoc habet sapientia ꝙ deus summe suauis est. et sic de consimilibus effectibus sicut dictum est.

Ad tertiū. Ad tertiū. dicim⁹ ꝙ accidia et sapientia nō sunt contraria. sapia ei cū sit cognitio non cadit proprie supra bonum. sed supra

verū. est enī sapiētia cognitio prime ꝟitatis. accidia vero est tm̄ de bono scō ꝙ bonū. est aūt accidia tediū bonī. vñ potī⁹ est cōtraria caritati q̄ est de bono secūdum ꝙ bonū q̄ sapientie q̄ magis est de cognitione bonī. Ad vltimū obiectū de sobrietate dicimus ꝙ sobrietas spiritualis que est in sapiēdo ⁊ intelligēdo non est alia virtus q̄ sapiētia ⁊ intellectus. imo est cō munis ad sapientiā et intellectū. quoniā ipsa sapiētia consistit in medio nec plus sapit q̄ oportet nec mīn⁹. vnde ipa est sobrietas spiritualis. similiter intellect⁹ sobrietas est: patet ergo ꝙ nō est necessariū quatuor cōtemplatiuas virtutes esse.

¶ De beatitudinibus.
¶ Nonus tractatus. 6

DIcto de donis dicēdū est de beatitudinib⁹. i. de virtutibus que appellātur beatitudies de quibus habetur in euāgelio mathei ⁊ luce. de quib⁹ hoc ordine tractabimus. primo dicendū est de ipsis beatitudinib⁹. secundo de adaptatione donorū spūssancti ⁊ petitionū que sūt in oratione dñica ad ipsas beatitudines. ¶ Primo de prima que est paupertas de qua dicit glo. super matheū. ꝙ paupertas spū est principiū beatitudinū. sed hoc videtur esse falsū. quoniā fides est prima virtutū: ergo est principiū virtutū: ḡ est principiū beatitudinū cū beatitudines sunt virtutes. paupertas aūt spū nō est fides: ergo paupertas spū nō est principiū beatitudinis. Itē. timor dñi est initiū sapiētie. sed ꝑ sapientiā maxime sumus beati: ergo timor dñi est principiū beatitudinū. nō ergo paupertas spū est principiū beatitudinū. Itē. queritur vtrū paupertas spiritu sit aliqua virtus. ⁊ dicūt quidā ꝙ non: sed est abilitas ꝟtutis sicut dicunt de donis spūssancti ꝙ non sūt ꝟtutes. sed abilitates virtutū. Sed cōtra paupertas spū est abilitas alicui⁹ ꝟtutis: aut abilitat ad aliquem actum aut ad nullum. si ad aliquem: aut ad eundem actum ad quem est illa virtus cuius est abilitas. aut ad aliū. si ad eundē: ergo est illa ꝟtus cuius dicitur esse abilitas. et idē actus erit abilitat⁹ eiusdē habitus: quod est falsum. duo enī habitus nō sūt ad eundē finē. si ad aliū et ille est bonus: ergo pauptas spū facit subiectū suū bonū et bene reddit opus eius ergo est virtus. Si dicit ꝙ ad nullū actū abilitat. sed dicitur esse abilitas ꝟtutis. quia reddit ipsā prōptā et expeditā ad eliciendū actū suū. Contra. hoc facere est essentiale virtuti. illud enī proprie dicitur virtus qō potentiā naturalē abilitat ad suū actū. sed hoc facit paupertas spū: ergo pauptas spiritu est virt⁹. Itē ītēsio ipsi⁹ ꝟtut⁹ facit ipsā potētiā prōptā et expeditā ad actū: ḡ propter hoc nō oportet ponere aliū actum Itē. augustin⁹ dicit ꝙ virtutis est vti vtendis et frui fruendis: ergo virtutis est vti tēporalibus. hoc autē contingit fieri dupliciter. aut pfecte aut imperfecte. imperfecte q̄n aliquis erogat tēporalia pauperibus et aliquid proprū retinet. perfecte aūt cū nichil proprū retinet: ergo si hoc facere est virtutis hoc aūt facit paupertas spū: ergo paupertas spiritu est virtus. Itē ꝓtēpt⁹ terrenorū est mot⁹ virtutis. sz pauptate spū ꝓtemnim⁹ terrena. quia glo. ōt ꝙ paupes sūt qui nichil habent et oīa possident: ergo paupertas spiritu est virtus que facit contēnere terrena. Si concedi tur: sequitur ꝙ pauptas spū nō sit p̄cipiū beatitudinis. quoniā talis cōtēptus nō est sine fide magna ⁊ caritate magna que antecedūt huiusmodi contemptū. ergo huiusmōi pauptas nō est principiū beatitudinū

Diffinitio accidie.

Aduersus.

De paupertate q̄ritur primo.

Aī ꝙ non.

Secundo.

Tertio inq̄ sitiue.

Euasio.

Ꝑ hanc aī.

Ad idem.

Ad idē per augustinū.

Ad idem.

In oppm

Itē dicit glo. super matheū. Beati pauperes: hūiles deū timentes. ergo paupertas spiritu est humilitas siue timor dei. ergo nō est cōtēptus diuiciarū. Solutio. sine dubio fides est principiū beatitudinū media tum. sed paupertas spiritu est principiū immediatū sine actu ⁊ efficatia. quoniā immediate liberat aīam a spinis diuitiarū et aliarū rerū terrenarū. q̄n enī aliquis hz tantā fidem et tantā caritatē dei ꝙ omnia naturalia reputet cū apostolo. tanq̄ stercora vt cristuz lucri faciat: tunc primo ē beatus. q̄n tunc habz q̄etē mentis et serenitatē conscientie absq̄ punctionibus diuitiarū. oīs enim amor diuitiarū āgustiat hominē et pungit ipsū et est in multis qui fidem et caritatez habent: diligūt ei tēporalia: tm̄ citra deū: ꝓpt hoc fides est principiū beatitudinū mediatū. et pauptas spiritu est principiū imediatū. iste enim beatitudines sunt virtutes purgati animi. fides autē et caritas sūt virtutes purgatorie. Ead̄ē est solutio ad secundum obiectū de timore. Ad solutionē sequentiū: sciendum ꝙ contēptus mundi dicitur dupliciter. ¶ Primo secūdum ꝙ est estimatio mundanorū tāq̄ vilū respectu spiritualiū bonorū: et secundū hoc est mot⁹ fidei. q̄n fides est certa estimatrix oīm rerū. Secūdo dr contēptus mūdi contēpt⁹ amoris mundi. Et ꝑm hoc quadrupliciter accipitur. primo contempt⁹ amoris mundi dr estimare vel arbitrari amorē mundi tāq̄ vilem et nociuū aīe. et hec arbitratio fidei est. vñ hec ēvictoria que vicit mūdū fides nostra: mundū. i. amorē mūdi. secundo dicitur contēpt⁹ mūdi imperiū quo prudentia imperat fugere mundū: et huiusmodi ipiū est in rōne. tertio modo dr cōtēpt⁹ mundi mot⁹ quo insurgim⁹ in amorē mundi ad destruēdū ipm̄ ⁊ huiusmodi motus est in irascibili. q̄n videtur esse idem qō ira per zelum. quarto modo dicitur contēptus mundi: abstinentia ab amore mundi cū displicētia: et secūdum hoc est idē ꝙ paupertas spiritualis. et sic continet multas species. quoniā amor mundi diuiditur in amorem carnalium voluptatum et amorē diuitiarū et amorem proprie excellentie. abstinentia vero ab amore carnaliuz voluptatū ē tēperātia. abstinētia ab amore diuitiarū est pietas. abstinētia ab amore excellentie est humilitas: et sic paupertas spiritu continet tēperantiā: pietatē: humiliatē. et hoc patet ꝑ glosā q̄n glo. que dicit super lucā. ꝙ pauperes sunt q̄ nō q̄runt illecebrosa: loquitur de paupertate secundū ꝙ ē temperantia. sed illa que dicit super matheū. pauperes spiritu sunt humiles deū timētes. loquit⁹ de paupertate secundū ꝙ est humilitas. illa que dicit ꝙ pauperes sunt qui nichil habent et omnia possident. loq̄tur de paupertate secundum ꝙ est pietas. Et sic ptz solutio ad omnia obiecta.

Secundo. Solutio.

Ad scām. Notandū. Duplex cōtēpt⁹ mūdi

q̄druplex contēptus.

Ad omnes rōnes.

¶ De adaptatione donorum spiritussancti.
¶ Secundum capitulum.

DIcto de paupertate spūs. dicendū est de adaptatione eius ad donum spiritussancti: ⁊ ad petitionē que est in oratione dñica. Adaptatur autē beatitudo que est paupertas petitioni que est prima secūdum naturā: et aptatur primo dono. s. timori. q̄n glo. dicit super matheum. ꝙ per petitiones venitur ad dona: per dona ad virtutes. Est autem prima petitio qua petimus a malo liberari: et hoc est petere ꝙ deus det nobis spiritum timoris ꝑ quem abstineamus a malo ꝓhibito: hoc est ab amore mundi: et sic

fiamus pauperes spiritu. vt tandē habeamus regnū celorū. qm̄ iustū est vt q̄ diuicias ꝛ regnū terrenū abij ciūt propter deū ab eo celestes diuicias et regnū celorū cōsequant. Sequit̄ de adaptatiōe secūde beatitudis ad donū et ad petitionē. Est autē secunda beatitudo mansuetudo de qua dr: beati mites qm̄ ipsi possidebunt terrā. adaptatur aūt secundo dono. scz pietati. sed videtur q̄ male. qm̄ mansuetus inquantū māsuetus est pius: ergo māsuetudo est pietas. sed nichil adaptatur sibiipsi: ergo mansuetudo nō debet adaptari pietati. Ad hoc potest dici q̄ māsuetudo est species pietatis. sed prout adaptātur adinuicē cōsiderantur secundū diuersos status. accipitur eni pietas secūdū q̄ est virt⁹ purgatoria. qm̄ p opa exteriora. scz p largitatem elemosinarū et hmōdi que fiūt ex pietate purgatur anima. mansuetudo autē accipit̄ prout est virtus purgati animi. quoniā mitis vt dicit aristoteles est qui nec patitur nec deducit̄. et ex glo. sup matheū habetur. q̄ mansuetus est qui nullā amaritudinem animi sentit. pius autē licet nō deducatur. aliqn̄ tamē patitur. ꝛ hanc differentiā notauit iob. cū dixit nōne dissimulaui. nōne silui. scz nō vindicādo me de iuriis illatis michi q̄uis mot⁹ fuerim interi⁹. postea subiūgit: in me quieui. scz nō vindicādo nec etiā p̄mū motū interius sentiendo. sic igit̄ secundū cōsideratiōnē diuersorū statuū potest adaptari pietas mansuetudini. vel potest dici q̄ mansuetudo nō est species pietatis. sed poti⁹ fortitudinis mediante patientia. Differunt tamē māsuetudo et pattentia alio modo. qm̄ patientia est in sustinentia molestiarū corporaliū: māsueto vero in sustinētia cōtumeliarū: adapat̄ aūt māsuetudo secunde petitioni. qua petim⁹: ꝛ ne nos inducas in tentationē. i. da nobis spm̄ pietatis quo sciam⁹ honorare proximū cogitādo q̄ ipse est ymago dei. vt non reddamus ei malū p̄ malo. ꝛ sic erimus mites et hoc modo possidebimus terrā cordis nostri: et dominabimur nobis ipsis ꝛ tandē possidebimus eternā terrā. Sequitur de tertia beatitudine de qua dicitur beati qui lugēt qm̄ ipsi consolabunt̄. et adaptat̄ ista virtus tertio dono. scz scientie. sed videtur q̄ potius adaptanda esset dono intellectus. quoniā itellectus est cognitio bonorū spiritualiū: ergo et malorū spūaliū. scz pcōr. cū cōtrariorū sit eadē disciplina: intellectu igitur dono cognoscim⁹ qua de causa lugere debeamus. scientia donū ad interiores operationes se habet cū doceat cōuersari prudenter in medio praue et peruerse nationis: ergo hec virtus que est luctus magis adaptāda est intellectui dono q̄ scientie. Solutio. et fidei et intellectui et scīētie potest adaptari virtus ista. fide eni credimus q̄ deus puniat eternaliter pro peccatis vñ lugendū est. intellectu cognoscim⁹ q̄ qr peccam⁹ in deū eternū puniendi sumus eternaliter vnde lugendū est. scientia vero secūdū cognitionē sic factā per operationē intellectus imperat lugere. vñ quantū ad hoc est quasi practicus intellect⁹. practica eni operatur scōm iudiciū practicū. quia ergo scīētia imperat lugere: propt̄ hoc imediate se habet ad luctum. intellectus vero mediate. et propter hoc magis adaptatur luctus scientie q̄ intellectui. Postea queritur vtrū luctus sit alicuius ꝟtutis specialis: qō videtur per auctoritates sanctorū qui dicūt q̄ est virt⁹ specialis. Sz ꝓbat̄ q̄ lugere pro pcīs nō sit alicuius virtutis spālis imo cuiuslibz: qr delectari in bono nō est alicui⁹ spālis ꝟtutis neqz alicui⁹ spālis potētie. qlibz eni potētia ꝛ qlibet ꝟtus habet suā propriā delectationē i bono proprio: ergo tristari de malo non est alicui⁹ specialis virtutis. sed cuiuslibet. ergo lugere de malis siue de peccatis cuiuslibet virtutis est. g̃ luct⁹ non est specialis virtus. Itē. probatur q̄ lugere sit ꝓprie caritatis qr amor bōi proprie caritatis ē. quia bonū i quātū bonū est propria materia caritatis. sed eiusdē virtutis proprie sunt amor boni: et odiū mali. ꝛ lugere pro peccatis est odire malum. ergo lugere ꝓ peccatis est proprie caritatis. ergo luctus qui est virtus est caritas: g̃ quarta virtus est caritas. sed dicit glosa q̄ quarta virtus que est esuries iusticie est amor summi boni: sed amor sūmi boni ē caritas. ergo quarta virtꝰ est caritas: et tertia similiter. g̃ tertia et quarta sunt eadem virtus. ergo male distinguūtur virtutes diuerse. Solutio. delectari in bono est vno mō cuiuslibet virtutis. alio mō solius caritatis quia si accipitur bonū: ita vt non sistat in ratione boni: sed descendit ad inferiora bona: tunc delectari in bono non est alicui⁹ spālis ꝟtutis: scz cuiuslibz. Si aūt sistat i ratione boni: tunc delectari in bono secundū q̄ bonum solius est caritatis. Eodē modo tristari de malo secūdum q̄ malum tenetur pro inferioribus malis: non est alicuius spālis virtutis. sed si malum sumit̄ in ratione mali. tunc tristari de malo solius caritatis ē. et hoc modo lugere pro mals siue pro peccatis est sol⁹ caritatis. sed hoc dupliciter. qm̄ tristari de malo et lugere pro peccato et odire peccatū fugiendo ipsū motus est vis concupiscibilis et est motus caritatis pure sed lugere pro peccato et odire ipsū tta q̄ insurgam⁹ ad destructionē ipsius est motus ire per zelū ꝛ est i vi irascibili. Et hoc modo accipitur hic. ꝛ per hmōdi distinctionem patet qualiter soluendū sit ad predicta. adaptatur aūt ista virtus tertie petitioni que ē dimittere debita nostra. i. da nobis spiritum sciētie quo cognoscamus et nos et proximum: et si dignitatē ꝓximi cognoscimus dimittim⁹ ei: et si nosipsos cognoscimus lugemus pro peccatis nostris: et sic dimittuntur nobis peccata nostra. post luctum aūt sequitur consolatio. quoniam iustū est vt qui lugent pro peccatis: consolationem recipiant. nō solū aūt per petitiones venitur ad dona: et per dona ad virtutes. sed etiā per virtutes excluduntur septem capitalia vicia. prima virtus. s. paupertas: et primū donū. s. timor excludit superbiā. secunda virtus. s. mansuetudo excludit iram. tertia virtus. s. luctus excludit inuidiā. qm̄ qui luget pro peccatis aliorū non inuidet alijs bona sua. quarta virtus excludit accidiā. esuries enim iusticie excludit accidiā. s. tedium boni. Est autem tedium boni: qm̄ aliquis reputat amarū quod in se dulce est. et de ista accidia queritur vtrū sit spāle viciū. videtur q̄ nō qm̄ tedium boni idem est q̄ tristicia de bono. sed tristicia de bono non est alicuius specialis vicij: imo cuiuslibz. qr luxuriosꝰ cui placet i continētia tristat̄ de cōtinētia. et sic de alijs vicijs. g̃ tedium bōi siue accidia nō ē spāle viciū. Itē ꝓbat̄ q̄ accidia sit viciū directe oppositū caritati qm̄ accidia ē directē oppoīta esurie iusticie et esuries iusticie est amor sūmi boni: et amor sūmi boni est caritas. ergo accidia directe opponitur caritati. Sed contra. desiderium fidei nō est caritatis nec ē in illa potentia in qua ē caritas. sed est eius potentie tu qua est fides. quelibet eni potentia desiderat suaz perfectionē. ergo desiderium iusticie non est caritatis sed esuries iusticie idem est q̄ desiderium iusticie. g̃

pt q̄ri vtrū māsuetudo debeat adaptari pietati.

Aī q̄ non.

Solutio.

Māsuet⁹ ꝛ pi⁹ differūt Job.

Alī pt dici Patiētia ꝛ mansuetudo differūt

De tercia beatitudie ꝓ hoc aī.

Solutio.

Alia q̄stio.

Aī q̄ sic.

In oppo⁹

Secundo.

Solutio.

Ad aliasra tiones.

De adaptatione.

ꝟtutes ꝛ dona excludūt peccata.

Diffinitio tedij boni. q̄o incidēs

Aī q̄ non.

Secundo.

In oppo⁹

Solutio. esuries iusticie nō est caritas. Solutio. sicut dictū est ꝙ delectari in bono nō est vno modo vm⁹ ℞tutis imo cuiuslibz. alio modo caritatis tm̄. ita tediū boni vno modo est cuiuslibet vicij secūdū ꝙ bonū tenet̄ pro inferioribus. alio mō est vicij quod opponitur caritati

Ad vltimū scilicet secundum ꝙ stat in ratione boni. Ad vltimo obiectum dicimus ꝙ desiderium fidei in ratione est determinate. tamen desiderium iusticie in nulla vi est determinate. et istud intelligo de iusticia speciali quoniam regulariter desiderium iusticie specialit̄ est in illa vi in qua iusticia specialis. desideriū vero iusticie vniuersaliter inquantū est iusticia non est alicuius virtutis opatie: sed est virtutis cōtemplatiue et vniuersalis scz caritat̄: sicut desideriū virtutis inquantū est virtus caritas est. vnde glo. super illud mathei.

Iterū aℓ. beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iusticiā: vocat esuriē iusticie amorē boni. ⁊ sic patet solutio. Sed adhuc obijcitur. aristo. dicit ꝙ circa delectatiōes ⁊ tristicias est oīs virtus et operatio virtutis: ergo nec delectatio nec tristicia est virtus nec opus virtutis vel operis virtutis. eadē ratione nec delectatio nec tristicia est vicij. ergo tristicia de bono nō est vicij: ergo nō est accidia

Euasio. ℨ hanc aℓ. Forte dicet ꝙ defect⁹ sensus siue saporationis dei est accidia. Sz cōtra. in canti. petit spōsa. fuge dilecte mi petit ꝙ remoueri dulcediuē deivt ardēti⁹ postea q̄rat quoniā bonū pregustatū et postea ablatū ardenti⁹ q̄ritur. defectus ergo saporationis dei nō est vicij. qm̄ si esset vicij non peteretur a sponsa: ergo huiusmodi

alia euasio defectus nō est accidia. Forte dicet ꝙ accidia est odiū boni siue odiū siue reiectio et respuitio boni. quod videtur per hoc ꝙ accidia est cōtraria esurieī iusticie et esuries iusticie vehemēs desidertū est iusticie siue boni: ergo accidia que est ei cōtraria est odiū boni. Itē.

Iterū aℓ. videtur ꝙ accidia habet nomē ab accido. vinū aūt fit

Exemplū. accidū prope per subtractionē igneārū partiū. vt dicūt phisici. similiter coꝛ fit accidū per subtractionem ignee partis vel virtutis. scz caritat̄. et sic accidia est

Aℓ ꝙ accidia sit inuidia. contraria caritati: ergo cū caritas sit amoꝛ boni accidia est odiū boni. sed secūdum hoc probat̄ ꝙ accidia sit inuidia. quoniaz amoꝛ boni proprij et boni alieni sunt eadē virtus idem vicij. sed accidia est odiū boni proprij et inuidia est odiū boni alieni: ergo accidia et inuidia sunt idē vicij: ergo male cōputantur pro diuersis vicijs capitalibus.

Alia q̄stio incidens. ℙreterea querit̄ cū iusticia prudentia tēperantia et fortitudo sint diuerse virtutes cardinales. quare potius esuries iusticie sit beatitudo ꝙ esuries alicui⁹ alteꝛ. ℙrekea, pbat̄ ꝙ ista beatitudo male adaptatur dono fortitudis. quia in eadem vi debet esse motus et repressiuū illius motus quia motus incōtinētie est in eadē vi in qua et cōtinētia q̄ repmit motū illū. esuries autē iusticie est in ꝛcupiscibili: sz fortitudo est i irascibili: ꝙ fortitudo nō est

Solutio. repssiua accidie ad min⁹ imediate. ⁊ ita male adaptat̄ esuries iusticie fortitudini. sed potius esset fortitudo adaptāda māsuetudi cūvtraq; sit i irascibili. Solutō qōdā tediū boni est quod nō est vicij: sed tm̄ pena. sicut apostolus grauati sumus etiā supꝛavirtutē. ita ꝙ tederet nos etiāviuere. et sicut iob dicit: tedet aīam. ⁊c. huiusmodi tediū nō est accidia nec defectus saporationis dulcedinis dei est accidia. sed accidia est q̄dā

Diffinitio accidie. debilitas anime qua anima febꝛe et peccati amaritudine infecta coꝛrupta et debilitata respuit vere bonū et vere suaue et vere dulce ⁊ cōculcat illud. vñ ꝓuer. Anima saturata culcabis fenū. et est illud pcm̄ in vi

rascibili contrarium fortitudini spirituali nec accidia est inuidia. quoniā inuidia non est odiū boni alieni tm̄ inquantū est alienū bonū. sed ideo odit ne alius excellat ipsū. superbia enī est amoꝛ prope excellētie: inuidia vero est filia superbie. Ad illud q̄ queri

Ad rōnem tur quare esuries iusticie sit vna beatitudo: et nō esuries alicuius aliarū. dicimus ꝙ iusticia secundū ꝙ sumitur hic cōprehendit spem/fidem/caritatē. que immediate coniungūt nos deo. vñ augu. dicit. ℕichil iu

Augustin⁹ stius ℨ credere quod non vides. hoc enī debem⁹ deo vt ei credamus propter se: et super omnia. q̄ ergo ꝙ iusticiā sic sūptā imediate coniungamur deo: et nō ꝙ alias cardinales. ideo esuries iusticie est vna beatitudo per se: et non esuries aliarū. Ad vltimo obiectū

Ad vltimū dicim⁹ ꝙ hec ē falsa: mot⁹ ⁊ repressio mot⁹ sūt i eadē vi. quia caritas q̄ est in vi concupiscibili multos motus aliarū virtū imperat et repmit. Ad illud quod

Ad aliud. obicitur ꝙ fortitudo deberet adaptari mansuetudini dicimus ꝙ bene posset adaptari. sed ideo nō adaptat̄ quia mansuetudo secundū ꝙ mansuetudo nō reddit animū quietū: misi quantū ad proximū. et ad hoc sufficit pietas. Sed esuries iusticie quietū reddit animū

Fortitudo adaptatur. quantū ad omnia. et ad hoc exigitur fortitudo. adaptatur autē quarte petitioni hoc modo. panē nostrū quotidianū da nobis hodie. i. da nobis spiritum fortitudinis quo confirmati ⁊ roboꝛati nichil aliud esuriamus: nisi iusticiā quā esurieī iustū est vt sequat̄ saturitas. vnde dicitur. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiā: quoniam ipsi saturabuntur. Sequit̄ de quīta beatitudīe de qua dicitur. Beati misericoꝛdes qm̄ ipsi misericoꝛdiā consequentur. Sed videtur ꝙ mia non deberet assignari hic pro virtute: quoniā virtutes que assignantur sunt virtutes purgati animi. misericoꝛdia ℞o virtus politica est q̄ appellatur a philosophis gratia. gratia enī est dare sua. Item. male videtur poni in quīto loco. qm̄ videt̄ ꝙ mia debet precedere mansuetudinē. qm̄ sup illud: beati mites. dicit glosa. ad secundū gradū non ascenditur nisi prius habito primo. facilius ei est habere primū ℨ secundū. sed facilius habet̄ mia ℨ mansuetudo. qm̄ facili⁹ est cōtemnere sua ℨ seipsū. qm̄ iste est oꝛdo spernere mūdum. spernere nullū: spernere sese: spernere honoꝛes sed mia spernitur mūdus. i. mundana: et tēperātia. i. mansuetudine spernit hō seip̄m et quasi mactat se. ℨ mia debet precedere māsuetudinē: ⁊ ita male ponit̄ quinto loco. Solutio. multiplex ē sciētia sctoꝝ. ℙria ma ē qua sciūt separare se a terrenis: et hec fit p precedentes virtutes. s. paupertatē/mansuetudinē/⁊ luctū post quas seqtur esuries: siue vehemens desideriū iusticie siue sūmi boni. Scda sciētia sctoꝝ ē qua sciunt pro terrenis mercari celestia et hoc fit per mīam siue per largitionē elemosinarū. vñ sequit̄ mia post p̄dictas virtutes. Tertia sciētia sāctoꝝ est qua sciunt iubilare deo. vñ in psalmo. beat⁹ popul⁹ qui scit iubilationē. et hec iubilatio fit per sextā et septimā virtutē quibus adaptant̄ intellectus et sapiētia que deo nos coniūgit imediate. Ad primū ergo dicim⁹ ꝙ mia nō sumit̄ hic pro gra: sz p mia secundū ꝙ ē in suo optimo statu et i vehemēti desiderio acquirendi celestia pro terrenis. et sic ē in statu purgati animi. Ad secūdū dicimus ꝙ mercari celestia p terrenis mediū est inter separare se a terrenis et iubilare deo: ⁊ propt̄ hoc misericoꝛdia per quā pro terrenis celestia acquirimus media est inter precedentes virtutes et duas sequē-

Solutio. ℙria scia.

Scda scia.

Tertia scia

Ad primū

Ad scām.

tes.ꝛ est etiam media scom statū in quo accipitur hic vnde secundū huiusmodi statū difficilius est hre misericordiā q̄ māsuetudinē.ꝛ sic soluendū est per interemptionē. Adaptatur aūt misericordie quinta petitio et cōtūctum donū hoc modo.fiat volūtas tua.i. da nobis spiritū consiliij vt sciamus per opera mīe acquirere eterna.hec est enī volūtas dei ꝛ hoc eius consiliū.ꝛ ob hoc dicit magni cōsilij angelus.viciū aūt capitale quod excludit misericordiā est auaritia. Secꝫtur de sexta beatitudine de qua dr. Beati mūdo corde:qm ipi deū videbunt. Queritur ergo vtrū mūditia cordis sit virtus per se. Videt q̄ sic.qm velle mūdare carnē est alicuius specialis virtutis.s.cōtinentie quoniā etiasdē virtutis est mūdare carnē etvelle mūdare carnē:ergo eadē ratione velle mundare aīm est alicuius specialis virtutis. Itē.velle facere quod precipitur est alicuius spectalis virtutis.s.obedientie. licet velle cadat supra illud qđ est cōmune ad oēs virtutes.quelibet enī virtus mūdat cor. Itē.pbatur q̄ munditia cordis sit caritas.qm velle bonū caritatis est et etiasdē virtutis est velle adesse bonū et velle abesse malū:ergo velle adesse malū caritatis est: ergo velle abesse sordes aīe caritatis est. Sz velle mūdare aīam est velle sordes aīe abesse: ꝯ velle mundare aīam caritatis est. Sed contra. Velle mūdare aīam est velle destruere sordes aīe siue peccata: sed hoc non est vis concupiscibilis:sed irascibilis que tendit advictoriā. Caritas aūt est in concupiscibili:ergo velle mundare cor non est caritatis. Solutio. Dicimus q̄ munditia cordis nō accipitur hic pro virtute:sed pro statu quodam q̄ est status purgati animi.ꝛ sciendū q̄ velle mūdare cor dupliciter accipitur. Uno modo scom q̄velle mūdare cor est proponere abicere sordes aīe.ꝛ sic velle mūdare cor est motus prudētie cui⁹ est abigere muscas a sacrificio abrahe. Alio modo velle mūdare cor est velle expellere et destruere pctā.ꝛ iste motus est in vi irascibili:ꝛ est ire per zelū. Dicim⁹ ergo q̄velle mūdare cor nō est caritas.ꝛ hec est falsa. Velle mūdare cor estvelle abesse malū. Adaptat aūt munditia cordis sexte petitioni ꝛ sexto dono hoc mō aduenīat regnū tuū.i.da nobis spiritū intellect⁹ vt expulsis vicior tenebris mundū ꝛ clarū cor fiat ad videndū deū vt eum ardētissime diligendo regnū diaboli a nobis prorsus expellat et solus de⁹ regnet in nobis. Viciū aūt capitale quod excludit mūditia cordis:fieri sicut equus ꝛ mulus quib⁹ nō est intellect⁹ vt seruiāt vētri ad modū bruti aialis. Sequit de septima virtute de qua dr. Beati pacifici:qm filij dei vocabūtur. Super hunc locū dicit glosa q̄ pax estvirtus:et esse filios dei est beatitudo.

Mia adaptatur.

De sexta beatitudine.

Af q̄ sic.

Secundo.

Tertio.

In oppom

Solutio.

Ad rōnem

Ista btitudo adaptat

viciū qđ excludit.

De septia btitudine.

De pace.

Queritur. Af ꝫ hoc.

Circa pacez querit quare plus adaptat paci esse filios dei q̄ alij virtuti. videt q̄ magis deberet adaptari mie. quoniā per opera mie maxime imitamur deū.quoniā miserert est propriū dei.et ipse dicit in euāgelio. Estote misericordes ꝛc. ergo cum filius imitetur patrē ꝛ maxime imitet deū per opa misericordie siue p misericordiā maxime deberet adaptari esse filios dei misericordie.et ita non deberet adaptari paci. Item.queritur vtrū pax sit virtus simplex.videtur q̄ non.quoniā augu.dicit q̄ totius ciuitatis dei finis est pax.qm oēs operationes virtutū tendunt ad pacē.oēs etiā mali querūt pacē ꝛ sūmū bonū.sz querunt istud vbi nō est.vñ in libro sap. Querēt me mali et nō inuenīet.ꝛ in eccle. Dis labor hois in ore ei⁹.i. in desiderio iplendo. cū igit pax sit finis oīm virtutū et operationū earūdem nō est aliqua virtus specialis Item.pax est quies ꝛ cessatio ab oi opere siue labore cū delectatōne quadā in bono aliquo vel in deo. Dis aūt virtus ad delectationē hmōi tendit: ꝯ dis virtus tendit ad pacē:ꝯ pax nō est aliqua virtus. Sed cōtra. Discordia est spāle viciū.vñ in puer. Detestatur de⁹ eū qui seminat inter fratres discordias:ꝯ cōcordia est spālis virtus.sed pax ꝛ cōcordia sūt idē: ergo pax est specialisvirtus. Itē.speciali precepto precipit pax.s. isto. Memēto vt diē sabbati sctifices.hic enī precipitur sanctificare sabbatū siue quietē pectoris.speciali ergo precepto precipitur querere pacē: ergo querere pacē est specialis motus meritori⁹:ergo pax ē specialis virtus. Itē.probatur q̄ pax idem sit q̄ caritas sicut enī querere ꝛ semiare discordias discordie ē: ita q̄rere pacē pacis est.sed pax inq̄tū pax hz delectationē ergo querere pacē siue appetere est appetere delectabile: sz appetit⁹ delectatōis: si meritori⁹ ē caritatis est quia est in vi concupiscibili. qm̄ aristo. dicit q̄ concupiscentia ē appetitus delectationis.ꝯ querere pacem caritatis est.ergo pax idem est q̄ caritas. Sed cōtra. apo.dicit:q̄ prudentia spiritus vita et pax. ergo pax est prudentia.non ꝯ caritas. Solutio. pax prout hic dr:nō dicit virtutē.sed statum virtutis et statū purgatissimi animi in quo ē delectatio in deo sine contradictione mundi/carnis/et diaboli/aut si est aliquantula contradictio inefficax ē. in hoc statu aūt maxime assimilatur anima deo.qm̄ in hoc statu delectatur aīa in solo deo:et deus delectatur in seipso.vt dicit augustinus.et propter hoc magis attribuitur pacificis esse filios dei q̄ alijs Ad illud qđ obicitur de mia:dicim⁹ q̄ nichil assimilat nos deo quātum ad opera exteriora:sicut mia.sed quantū ad interiora magis assimilat pax. Ad illud quod queritur vtrū sit istud virtus spālis.dicimus q̄ pax dupliciter potest accipi. quia potest accipi pro tali statu mentis sicut dictum ē.etiā sic non ē virtus nec generalis nec specialis.vel potest accipi pro concordia cuius ē querere et facere pacem inter fratres.et sic pax est specialis virtus que ē prudentia: sicut dicit apo.ꝛ discordia ē species iprudētie Ad istud qđ obicitur q̄ pax idem ē q̄ caritas. dicim⁹ q̄ non.et licet appetere pacē sit caritatis.non tñ querere aut facere pacem ē caritatis: imo ē prudentie q̄ mouet ꝛ dirigit ad hoc p modū imperij.qm̄ querere aut facere pacē non ē appetere pacē.adaptatur autez pax septime petitioni que est vltima tēpe ꝛ pma dignitate et septimo dono.s.sapientie. hoc modo sanctificet nomen tuū.i.da nobis spiritū sapiētie. in q̄ sapide delectemur in te.et sic sanctificetur.i.confirmet nomē tuū in nobis.vt a xpo dicamur perēniter xpiani et sic sint⁹ filij dei habētes hereditatē ipsius. Viciū aūt capitale quod excludit pax ē luxuria.sapientia ei per quā venit ad pacē: excludit luxuriā. qm̄ gustato spiritu desipit omnis caro.ꝛ sunt contraria sapientia et luxuria.maxime enī differunt. maxima delectatio que est contra deū per luxuriam.qz maior delectatio per tactū q̄ per gustū. Et notandū q̄ scti dīnt aliqn oc to et videt q̄ octaua beatitudo sit de qua dr. Beati q̄ persecutionē patiunt propter iusticiā:qm̄ ipsor ē regnum celor. qm̄ tentatio mortis maior est omni alia tētatiōe.et ita maior ē tētatio eluxurie q̄ vicit p pacē que ē septia btitudo.difficili⁹ ꝯ vicit tentatio mortis

Alia q̄stio. Af q̄ nō p augustinū.

Augustin⁹

Ad rōnem

Ad aliud.

Ad aliud.

cui adaptatur hec.

Viciū ꝑtis

Notandū. Af ꝯ sit octaua.

?

q̄ tentatio luxurie. ergo sicut mansuetudo est q̄dam beatitudo supra paupertatē: qr difficilꝰ est esse mitē q̄ esse pauperē: ita supra pacē debet esse quedā beatitudo qua vincitur tentatio mortis: qr difficilius est eā vincere q̄ tentationē luxurie. Sed ꝓbat q̄ nō sit aliqua beatitudo supra pacē. qm̄ donū sapiētie p quod habetur pax excellētissimū et supremū donū est ergo pax est suprema btūdo: ergo supra illā non est aliqua virtus: ergo supra pacem non est aliqua virtus.

In oppoᵐ

Secundo. Augustinꝰ

Jtem. pax est finis ⁊ cōsummatio oīm virtutū. vt dicit augu. Sed supra cōsummationē virtutū nō est aliqua virtus: ergo supra pacem non est aliqua virtus.

Solutio

Solutio. Dicimus q̄ octo sunt beatitudines q̄tū ad essentiā: sed tantū septē sūt q̄tum ad distinctionē graduū. qm̄ sicut probatū est: supra pacē nō est aliqua virtus. sed preter pacē et quasi a latere est aliqua virtus scz sustinentia pſecutionū ꝓpter iusticiā. ⁊ est ista virtus de necessitate annexa paci. qm̄ qui pacē habet sine contradictione mūdi/carnis/⁊ diaboli: ⁊ cū oīa hmōi silent ei: ⁊ cū solus et deꝰ loquitur. vnde aug. in. ix. li. confessionis. Si cui sileat tumultus carnis sileāt fantasie terre: ⁊ aquaꝝ et aeris. sileant ⁊ poli. ⁊ ipa aīma sibi sileat ⁊ transeat se. nō se cogitando sileant somnia et imaginarie reuelationes oīs lingue ⁊ omne signū et loquatur ipe solus. nō per ea: sed per seipm vt audiamus verbū eius. nō per linguā carnis/neq̄ p vocē angeli/neq̄ p sonitū nubis/ neq̄ per enigma sed ipm quē in his amamus: ipm sine his audiamꝰ. et hec vna vox rapiat et absorbeat ⁊ recundat spectatorem suū in interiora gaudia. hoc enī est. Intra in gaudiū dñi tui. Qui ergo sic pacificus est paratꝰ est superare tentationē mortis: ⁊ ꝓpter hoc sustinētia mortis q̄ luxurie: imo difficilius sit vincere tentationē mortis q̄ luxurie: imo ecouerso. qm̄ multi difficilius vincūt tentationē luxurie q̄ tentationē mortis. Dicit enī aristoteles. loquēs de delectatiōe carnis. difficillimū est relinquere hāc passionē contēporaneā vite. Octauavero btūdo dr redire ad caput duobus modis. Primo: qr idē ei promittit quod prime btūdini. s. regnū celoꝝ. qm̄ iustū est vt qui in hoc mūdo patitur tribulationes ⁊ vilificationē mortis ꝓpter deū habeat in futuro honorem eternū. s. vt sit rex eternus. Secō dr redire ad caput. qm̄ oēs ꝓbat ab vltima vsq̄ ad primā ⁊ examinat vtr vere sint: qm̄ in persecutionib⁹ probātur hoies.

Ad rōnem aristoteles

Octaua beatitudo.

Augustinꝰ

De frui et de differentia inter frui et vti.

Decimus tractatus.

Quam per pacē que est septia virtꝰ et btūdo maxime delectemur i deo. ⁊ delectari in deo sit frui deo. ꝓpt̄ hoc dicto de pace: dicendū est de frui. Prio q̄ sit dria inter frui ⁊ vti ⁊ vtrū qualibet virtute fruamur deo. Secō vtrū virtutibus sit fruendū. Tertio vtrū fruendū sit personis mḡtū sunt persone: ⁊ vtrū persone fruētur seipsis. Augu. diffinit vti sic. vti est id qō cū in vsu venerit refertur ad id quo est fruēdū: est abuti est non vti. Sed videt q̄ hec diffinitio nulla sit. quomā idē diffinitur p se. s. vti per vsū. quomā idē est vti ⁊ vsus. Falsū etiā videt hoc alias abuti est non vti ⁊ vsus. Falsū etiā videt hoc alias abuti est non vti qr possū dare elemosinā pauperi tantū naturali pietate nō referendo actū illū ad deū quo fruendū est. non tamen abutor: qr nō pecco: g̃ hoc est falsū. alias abuti est vti. Solutio. Ad primū dicimꝰ q̄ vti qñq̄ large: qñq̄ stricte sumitur. stricte secm̄ q̄ diffinitū est: large secundū q̄ vti est assumere aliquid in facultatē volūtatis. i. operari de re vel circa rem ad facultatē voluntatis siue volūtarie. ⁊ secm̄ hoc cōprehēdit vti stricte sumptū et frui. ⁊ vsus sumitur secm̄ hanc acceptionē cum dr. Uti est id quod invsūve. s. ad id quo fit. est: g̃ vti: ergo diffinitur secm̄ q̄ stricte sumitur: ⁊ vsus ponitur in eius diffinitiōe secm̄ largā acceptionem. ⁊ sic non diffinitur illud per se: imo diffinitur minus cōe p magis cōmune. Ad aliud dicimꝰ q̄ sic est exponendū Alias abuti est non vti. i. contrario modo vti: abuti ē vtitur aūt cōtrario modo qñ creatura fruimur. ⁊ istō sine dubio abuti est: ⁊ est peccatū. sed dare elemosinā tantum naturali pietate nō est frui creatura. vnde nō est abuti.

Ad scm̄.

Quid sit frui.

Diffinitio frui.

Diffinitio frui secundū augustinum.

Uſo quid sit vti: videndū est q̄d sit frui. Augu. dicit q̄ frui est amore inherere alicui rei tantū propter se. sed videtur q̄ hec diffinitio nō sit conuertibilis cū diffinito: qr fide ⁊ spe ⁊ intellectu ⁊ sapiētia delectamur i deo imediate. fide ei delectamur i pria ꝛtute imediate: ⁊ spe i pria largitate: sicut caritas in pma bonitate: sz delectari immediate i pma ꝛitate ē ꝓpugi deo imediate. hoc aūt ē iherere deo tm̄ ppt̄ se et hoc ē frui. g̃ fide fruimur deo: et spe similiter et intellectu: et sapia. non g̃ tm̄ caritate. ⁊ sic nō oīe frui ē amore inherere ⁊c. Jtem. operatio intellectꝰ tendit ad aliquē finē in cuius adeptione delectat et quiescit et ille finis est prima veritas. Sic enim delectatur intellectus ex eo q̄ considerat q̄ dyameter est costē assimeter. multofortius delectabimur in cognitione prime veritatis. Jtē. delectatio ē in visione pulcri sensibilis. g̃ delectatio ē in visiōe pulcri intelligibilis igit intellectꝰ habet delectationē suā in fine suo ⁊ perfectione. Sed pfectio itellectus est fides. fide igitur delectatur intellectꝰ in deo: et sic fide fruimur deo. ⁊ inde vt prius. Ad hoc potest dupliciter responderi. qr p̄t dici q̄ in illa diffinitione amor sumitur large secundū q̄ amor ē in qualibet virtute. qr fides ē amor prime veritatis: spes ē amor prime largitatis. ⁊ sic i illa diffinitione nō sumit amor solū pro amore qui ē caritas. non ei solius concupiscibilis ē amare et desiderare. sz etiā rationabilis et irascibilis. qm̄ oēs hoies natura scire desiderāt et desiderū illud ratiōis ē. vel potest dici q̄ in illa diffinitione amor sumitur tm̄ pro amore q̄ est caritatis. q̄uis ei fide ⁊ spe fruamur deo tm̄ caritate fruimur maxime ⁊ proprie et per se. bonū enī qō est finis mediatꝰ aliarū virtutū: ē finis mediatus caritatis. fides enī imediate ē supra bonū. sz illud appetit qr bonū. similiter spes imediate se hz ad altum. sz istud appetit qr bonū: caritas aūt appetit bonum: qr bonū: ⁊ propter hoc plus diffinitur frui per amorē alterius virtutis. Jtē. augu. dicit fruimur cognitis in quib⁹ aia delectata cōquiescit: hec locutio p se est. g̃ fruimur cognitis inquātū cognita sunt. Sed cognitio ē per fidem in via. g̃ per fidē fruimur ꝓpte et per se: magis g̃ debuit diffiniri hoc modo. frui ē inherere alicui rei propter seipsam: q̄ sic. frui est amore inherere propter seipsam. Jtem. super istud psalmi. Lōgitudine dierꝫ replebo eū: ⁊ ostēdā illi salutare meum. dicit augustinus. Merces nostra est visio dei. sed merces nostra est fruitio dei. ergo fruitio

Secundo.

Alī p̄t dici

Jtē per augustinum.

Ad idem.

Augustinꝰ

dei est visio dei. si ergo in prima fruitio dei est visio dei. et econuerso. visio dei que est in via est fruitio dei que est in via: sed visio dei que est in via est per fidē ergo fruitio dei que est in via est per fidem. ⁊ inde vt prius. Item. in appetitu delectationis ita est q̄ alterius potentie est appetitus et alterius delectatio. sicut patet in homine qui appetit mulierē ad delectandum in ea. appetit⁹ ille est vis concupiscibilis. quonta aristotel. dicit q̄ concupiscentia appetitus delectationis est. cōcupiscentia vero motus est vis cōcupiscibilis: ergo appetit⁹ quo aliquis appetit delectari in muliere est motus vis cōcupiscibilis. illa vero delectatio non est in vi cōcupiscibili: sed in alia potēta. s. in tactu eodem modo est in illo qui appetit vinū vt delectet in illo. appetitus enī est in vi cōcupiscibili: delectatio autē in gustu. ergo cuz dicitur Iste appetit delectari in visione dei: alterius potentie est appetitus ⁊ alteri⁹ delectatio. sed appetitus delectationis est in vi cōcupiscibili: ergo est illius virtutis que sita est in vi cōcupiscibili. s. caritatis: ergo delectari in dei in visione est alterius virtutis q̄ caritatis: sed nullius nisi fidei cui⁹ est videre deū in presenti: ergo fide delectamur in visione dei. sed delectari in visione dei est frui deo: ergo fide fruimur deo. ⁊ inde vt prius. Sed obicit. si caritas appetit delectari visione dei: ergo appetit videre deū ad delectandū: ⁊ hoc falsum. Appetit⁹ visionis dei est in re nō in concupiscibili: ergo nō est caritatis: sed potius fidei que est in ratione. Forte dicet q̄ caritas nō appetit delectari in visione dei proprie et p se. sed appetit delectari in suauitate dei que delectat tm̄ spiritualē. vñ delectatio qua appetit caritas similis ē delectationi sensibili que est per tactū que est maxia inter delectatiōes sensibiles. Sz cōtra hoc obicit sic. Si suauitas dei delectat tantū spiritualē et ad hmōi delectationē est quedā virtus. s. caritas. eadē ratione delectatio dei delectat gustū spiritualē. ⁊ ad hmōi delectatōnē oz esse quedā virt⁹ alia q̄ caritas. Similiter melodia dei delectat auditū spūalē. ad huius delectationē debet esse tertia virtus. ⁊ sic de alijs sensibus: ⁊ scōm hoc debēt esse q̄nq̄ virtutes theologice: secūdū quinq̄ delectationes q̄nq̄ sensuū spūaliū: ⁊ non sunt tm̄ tres virtutes theologice. Solutio. Tres sūt potētie motiue. s. rationalis/cōcupiscibilis/irascibilis. et tres sūt fines gn̄ales ea⁊. s. verū quacūq̄ veritate sit verū. vis irascibilis ad altū vel glorioſuz quacūq̄ altitudine sit altū. ꝯcupiscibilis ad delectabile quacūq̄ delectatōe sit delectabile. Ad eosdē fines sūt tres virtutes theologice q̄ site sūt i trib⁹ p̄dict⁹ virib⁹. Fides enī ad verū vel ad cognitionem veri. sed spes ad vtilitatē. caritas ad delectationē. nō solū ad delectatōnē q̄ est in tactu spūali: ⁊ etiā ad delectationē cuiuslibet sensus spūalis. qm̄ cū caritas appetit delectari in visione dei īperat fidei vt moueat ad videndū deū. ⁊ sic pz solutio ad vltimo obiectū. Nō enī opz eē q̄nq̄ virtutes theologicas. sufficit enī vna virt⁹. s. caritas ad oēs illas delectatōes. Pz etiā q̄ fides nō est ꝓpie ad delectandū: ⁊ ꝓpie ad cognitionē prime veritat⁹. qm̄ visionē cōcomitat delectatio. cum ergo frui sit delectari meli⁹ diffinit̄ p caritatē q̄ p fidē. vñ sic est intelligēda illa descriptio. Frui est in aliq̄ delectabili p amorē quiescere ꝓpter seipm̄. Ad p̄mo igr̄ obiectū dicimus q̄ hec est p accidēs. Fruimur cognit⁹ ⁊c. Pro p̄e enī delectamur in bono et ꝓpie fruimur bono. Ad scōz dicim⁹ q̄ hec nō est ꝓpie vera. Tota merces est visio dei. qm̄ visio proprie solius rationis est. ⁊ nō sola ratio glorificabitur: sed etiā vis irascibilis et cōcupiscibilis. ⁊ istud est dictū: ptim p essentiā: partim p cām. quia visio illa est pars mercedis eterne ⁊ causa alteri⁹ partis. s. delectationis ⁊ fruitionis dei: quia etiā delectatio est immediatus effect⁹ fidei. Dicit augustinus ad ga. in fine q̄ caritas est in fide: multo fortius delectatio et fruitio erunt in apta visione dei. ⁊ ideo dicit augustinus q̄ visio dei est tota merces. sicut et illud Hec est vita eterna vt cognoſ. ⁊c. Ad tertio obiectuz dicim⁹ q̄ delectari in visione dei fidei est. sed fides nō tendit proprie ad delectandū: sed videndū: quā visionem cōcomitatur delectatio. Dicimus aūt q̄ hec argumentatio non valet. Caritas appetit videre deum ad delectandū siue ad delectabile: ergo caritas appetit videre deū. fallatia accidentis. qm̄ appetitus cuiuslibet boni vel delectabilis caritatis est. sed appetitus eius quod est bonū vel delectabile est diuersaruz virtutum. vnde appetitus videndi deū in q̄tum videre deū fidei est ⁊ non caritatis. sicut nō sequitur. Caritas appetit hoc bonū in q̄tū est bonū: demonstrata victoria de pcīs: ꝯ caritas appetit victoriā de pcīs. qd̄ est falsum. qm̄ talis appetitus est in vi irascibili. ⁊ est ire per zelū. Sed contra predicta obicit. Videt enī q̄ maioz sit delectatio ī fide q̄ in caritate: qz appetit⁹ delectabilis nō habet delectationē nisi appetens credat se posse adipisci illud delectabile: imo si crederet se non posse adipisci: talis appetitus esset cū tristicia. sic ergo mot⁹ caritatis non est delicioſus secundū se: sed secundū fidem. sed aliquid ē in anima qd̄ secundum se habet delectationē: illud aut est virtus: aut non est virtus. si nō est virtus. ergo cū melius sit illd̄ quod secundū se habet delectationē: q̄ illud quod non secundū se aliquid est in aīa qd̄ melius est virtute qd̄ est impossibile. ergo aliqua virtus secundum se delectationē habet. et illa non est caritas: sicut ostensum est. ergo ē fides vel spes. Et fides videt q̄ credere q̄ deus sūme diligit nos: et q̄ remunerabit bona opera nostra: secundū se delectabile est. ꝯ motus fidei secundū se delicioſus ē. sed quod secundū se tale est: magis ē tale ⁊c. ꝯ cū fides secundū se habeat delectationē. caritas aūt non secundū se. sed per fidē. maioz est delectatio in fide q̄ in caritate. Itē. delicie caritatis trahende sunt de cordē alieno: et delicie sapientie de cordē proprio. ergo caritas habet delicias suas de cordē alieno. s. de fide. in hoc enī est amor delicioſus alicui q̄ credit se diligi ab alio: sicut patet in amore illicito. sed fides non dat maiores delicias q̄ habeat: qz sic daret qd̄ non haberet. ergo caritas non habet maiorē delectationem q̄ fides. Sed contra. caritas imediatius se habet ad bonū siue ad delectabile q̄ aliqua alia virtus cū sit immediata fini siue fōti delectationis. Item. per simile videtur hic. nā si aliquis credit se habiturum prebendā: quā nō diligit tale credere non est ei delectabile. sed si crederet se habiturū prebendā quā diligit: tale credere est ei delectabile. ergo huiusmodi credere ex delectatione efficitur delectabile. sed sicut se habet delectatio tēporalis ad credere tēporale: ita delectatio spiritualis ad credere spirituale. sed credere tēporale efficitur delectabile ex delectatiōe tpali. ꝯ credē spūale efficit delectabile ex delectatōe spūali: ⁊ ita fides hz delectatōez a caritate: ꝯ maioz est delectatio in caritate q̄ in fide. Item. omnis operans non predeterminans finem

Ad idē. aristoteles Euasio. ꝯ hanc aī. Eodē mō. Solutio. per hoc ad vltimū. Ad primū. Ad scōm. In oppo^m Ad idem. Augustin⁹ Ad tertiū. Hec argumētatio nō valet. Fallā accidentis Arguitur. ꝯ dicta aī. In oppo^m Secundo. Tertio.

similis est nescienti quo vadat: et omnis credens est operans: ergo si non predeterminat finem similis est nescienti quo vadat. Fides enī mouet ad aliquē finē et ille finis est bonū: ergo fides facit credere bonū. ſz non mouet: ergo bonū dilectū mouet fidē ad credendum. finis enī facit vt efficiēs sit efficiēs: ergo dilectio facit q̄ sic eliciat motū suū. ⁊ ex hoc seq̄tur q̄ caritas habet maiorē delectationē q̄ fides. cū per dilectionē

ex hoc seq̄t

cōiungatur fides fini suo. Ex hoc iterꝝ sequitur q̄ caritas est causa fidei vel motus caritatis causa motus

Solutio

fidei: cū tñ ecōuerso sit. Solutio. Dicimus q̄ q̄libet virtus habet suā ꝓpriā delectationē substātialiť. vñ caritas habet suā ꝓpriā delectationē substātialiter: et fides similiter. ⁊ maior est delectatio in caritate q̄ in fide.

Ad primū.

Ad primū ergo dicim⁹ q̄ appetitus delectabilis nō est motus caritatis nisi īperfect⁹ et diminut⁹ sed appetit⁹ delectabilis siue boni ꝓpter delectabile siue ꝓpter bonū est motus pfecte caritatis. ⁊ hz in se delectatōnē ꝓpter appositionē finis: ⁊ appositio finis est a fide. Caritas enī appetit bonū qz bonū: siue propter bonū. hoc est qz estimat esse bonū: ⁊ hec estimatio fidei est. vñ concedim⁹ q̄ caritas habet delectatio nem a fide: tñ per se et substātialiter hz delectationē. dekmīatio eī illa quā ponit fides est substātialis carı

Ad scām.

tatı. ⁊ sic patet solutio ad primo obiectū. Ad secūdo obiectū dicimus q̄ fides dat delicias caritati. tñ caritas maiores habet delicias q̄ fides. qñ caritas non tantū hz delicias ex fide: sed etiā a ꝓpria materia su-

Ad aliud.

pra quā transit. Ad illud vero quod inducit ad ꝓbādum q̄ fides delectationē habet a dilectione. dicim⁹ q̄ nō est simile de credere tempozali ⁊ credere spūali fides enī virtus hz estimationē secundū quā estimat deū esse summū bonū nostrū cū sit īmediata frui siue fonti delectationis/et sūme diligere nos/et esse remuneratorē oīm bonoꝝ nostroꝝ. per hoc hz gaudium ⁊

Ad vltimū

delectationē suā ꝑ se. Ad vltio obiectū dicim⁹ q̄ hec est falsa. Bonū non mouet fidē ad credendū nisi dilectum: īmo mouet inq̄tū estimatū illa estimatiōe quā dixim⁹. qñ sicut intellectus reflectitur supra se intelligendo se: ita fides q̄ est in ītellectu reflectitur supra se mouēdo ipam: qz ipa est cognitio finis ⁊ estimatio et mouet motu dilectōis in sūū finem per illā cognitionē et estimationē. ⁊ sic in semetipa rationem hz sui

Augustin⁹

motus. ipa enī est prima magistra virtutū. Itē. aug. dicit q̄ fruendū est illa re tantū qua efficimur boni. s.

ꝯ dictū augustini aī.

sūma trinitate. Sed cōtra. Aplūs dicit ad philomenē fruar te in dño: g̃ aplūs fruebať philomene in dño. sed nō fruebatur nisi quo fruendū erat: g̃ fruendum erat philomene: g̃ fruendū est hoībus. nō ergo solo deo.

Ad hāc ōz.

q̄ vnū dictū videť q̄ multofortⁱ⁹ meruerūt ex cōdigno: qđ minus
p̄us aī. est. s. icarnatōnē. Preterea ip̄i petierūt eā pie: pseuerā
Secundo. ter: pro se: ⁊ ad salutē. vñ dicebāt. Dñe: inclina celos tuos ⁊ descēde. ⁊ ysaac. Utinā disrūperes celos et de-
scēderes: ḡ merebātur exaudiri. ⁊ ita meruerūt incar nationē. vñ ꝓpter miseriā inopū ⁊ gemitū pauperuz
Tertio. nūc exurgā: dicit dñs. Preterea. de⁹ ꝓmiserat hoc ⁊ nō pōt negare seipm: qm̄ est veritas: ḡ necessariū erat q̄ incarnareť. nō nisi de veritate ꝓmissionis: ḡ antiq̄s
Quarto pribus debebať incarnatio de iusticia: ⁊ eā meruerūt ḡ ex cōdigno. Preterea. antiq̄ patres erāt amici dei ergo suis precib⁹ merebantur exaudiri/⁊ ex cōdigno
qm̄ de iusticia qua amicus tenetur amico: ergo ex cō-
In oppo^m digno meruerūt incarnationē. Contra. Ex condigno meruerūt ⁊ non poterāt cadere a merito post mortē

ergo necessariū erat q̄ incarnaretur: ergo mētitus est augustinus dicens q̄ alius modus nostre liberatiōis fuit deo possibilis. Item apostolus. Non ex operib⁹ Secundo.
iusticie q̄ fecimus nos ⁊c. ergo antiqui patres nō meruerūt ex condigno incarnationē: qđ cōcedimus. nec Solutio.
sequitur: meruerūt maius ex condigno: ergo minus quia illud tantū cadit sub merito quod ꝓponitur nobis vt coꝛona vel directa via ad coꝛonā siue pars coꝛone: qz reposita est nobis (vt dicit apostolus) coꝛona iusticie quā ⁊c. Qrt⁹ enī que est fundamentū merēdi quare pete
non tendit nisi ad illā. cū ergo incarnatio non sit coꝛo bāt icarna-
na vel pars illius non cadit sub merito. petierūt autē tionem.
illam antiqui patres sicut medicinā nostre infirmitatis: quia medicina omnīū est in festinatione nebule. Item. nichil est ita inflāmatiuū ad amoꝛē dei. sicut q̄ filius dei voluit fieri frater noster et moꝛi pro nobis. hoc aūt insuspicabile ⁊ nouū nullus eēt ausus petere nisi deus promisisset prius. Multis alijs causis incar
natus est: sicut dictū est supra. Ad seq̄s obiectū di- Ad rōnem
cimus q̄ antiqui patres petentes pie ⁊c. meruerunt exaudiri. ⁊ hoc vel in equipollenti. sz nō sequit: ergo meruerunt ex cōdigno incarnationē impediente falla Falla ꝓnīs
tia consequentis. qm̄ ad hoc q̄ aliquis mereatur aliquid ex condigno: oꝛtet q̄ illud reddatur ei vt coꝛona vel pars corone. Ad vltimū dicim⁹ q̄ deus pro- Ad aliud.
misit illud: sed non erat necessarium deum promisisse sicut nec prophetam dixisse nec etiam prouidisse. Eodem modo iudicandū est de promissione incarnationis. sicut et de alijs prophetijs.

¶ Utrum ex condigno mereamur augmentum gratie.

¶ Tertia questio huius capituli.

Queritur vtrum ex condigno mereamur augmentū gratie. Probatio q̄ sic: qz ex condigno Aī q̄ sic.
meremur maius. s. vitam eternā. Preterea. ex cōdigno meremur totā coꝛonā. ergo partē: qz beatitudo Secundo.
presens est quasi pars future. Preterea. non deest fū Tertio.
damentū merendi neq; dei promissio: qm̄ ipse dixit. habenti dabitur et abundabit. ergo ex condigno meremur illud sicut vitā eternā. Nō enī potest dici q̄ sit ꝫ euasionē.
res non cadens sub merito. quia dicit psalmista. In custodiendis illis retributio mlta. et augustin⁹. cari- Augustin⁹
tas nata meretur augeri ⁊c. Item. si quid petieritis ī Secundo.
nomine meo fiet vobis. sed apostoli petierūt augmētum gr̄e dicētes. Dñe adauge ī nobis fidem. ergo cū amicicia sit idē velle: idem nolle. et amicicia sit spēs iusticie: de iusticia debebatur eis augmentū gratie. ḡ ex condigno merebantur illud. Cōtra. Si bois ope- Inoppo^m
ribus meremur augmentū caritatis. ergo quolibet opere bono augetur caritas in homine. ḡ ex multis multū augetur. quod manifeste falsū ē. qm̄ si hoc eēt exterius apparerent signa: quia ignis non potest absconde re se: nec potest abscondi ciuitas supra montē posita. Itē. imo ex denario diurno cōuenisti mecū. de Secundo.
narius diurn⁹ est vita eterna. ergo cōuenit nobiscum deus de vita eterna danda meritis bonoꝛū operū. sed si illud reddat in quo conuenit nobiscū non teneť ad amplius: nec debet amplius. ergo non debet ex iusti cia augmentum gratie. ergo non meremur illud ex condigno. Solutio. Concedim⁹ q̄ meremur augmē Solutio.
tū gr̄e ex cōdigno: sed nō quibuslibet operib⁹ caritatis: imo tm̄ operibus supererogationis ⁊ strēnuitat⁊

Cum enī operibus caritatis mereamur vitā eternaz secundū mensurā caritatis nonventur ad augmentū glorie nisi p opera supererogationis.nec ad augmentum gratie. Per hoc patz solutio ad primo obiectū qm̄ non oportet q̄ pro quolibet bono opere augmētetur caritas. Ad sequēs obiectū dicimus q̄ denari⁹ diurnus est vita eterna. sed vita eterna iam est in nobis.in futuro aūt perficietur.qm̄ non tantū imago regis in futura vita erit impressa nobis:sed etiā in presenti.Contra hanc solutionē obicit. Si ex condigno meretur aliquis augmentū gratie p opa supererogationis:ergo quandocūq̄ faciet opera supererogationis augmentabitur in eo caritas. qđ videtur falsū in monachis. Forte dicet q̄ augmētatur caritas in tali casu:si expedit.sed non semper expedit: immo forte inde superbiret homo sicut lucifer superbiuit ex pinguedine bonoz suoz.Sed contra.Omīa cooperant in bonū ⁊c. ergo augmentū gratie cooperatur isti in bonū si detur ei:ḡ ad minus in talibus semp augmētatur caritas ex quocunq̄ opere supererogationis. qđ videt falsum cū non appareat extra. etiā post multa talia opera. Preterea. opera nō sunt meritoria nisi scōm mensurā caritatis. sed siue sint simplicia siue supererogationis sunt ex eadē caritate:ergo quicquid meretur quis his operib⁹ ⁊ illis.sed simplicibus non meretur ex cōdigno aliquis augmentū gratie: ḡ nec operibus supererogationis. Item.operibus simplicibus caritatis meretur aliquis ex cōdigno vitā eternam.ergo ⁊ quod min⁹ est.s.augmentū gratie cū illō cadit sub merito.Solutio. Dicimus q̄ operibus supererogatōnis meret quis augmentū gratie sub hac conditione:si expedit.non dicimus sub cōditiōe merendi:sed sub cōditione habendi. Non enī de⁹ sp dat quod petitur:qz nō expedit:sed equipollēs vel melio⁹ ei qui petit vel meretur. nec etiā omībus p̄destinat⁹ p̄dest magis vnū mai⁹ q̄ minus.vel aliud magis p̄dest ei.sicut paulo magis p̄fuit stimul⁹ q̄ amotio eiusdē. licet vtrūq̄ cooperaret ei in bonū. Ad scōm dicimus q̄ hec argumētatio non valet. Opera simplicia ⁊ supererogationis sunt ex eadē caritate. ⁊ penes caritatem est vis merendi:ergo ⁊c.et hoc ideo:qz licet penes caritatē sit totavis merendi primo.non tñ totus effectus vel efficatia.i.dispositiones operū faciunt ad efficatiā merendi. sicut idē calidū: vt sol: quedā magis quedā minus calefacit. ita caritas eadem in quibusdā operibus maiorē habet efficatiā merendi q̄ in alijs. Ad vltimo obiectū dicim⁹ q̄ hec argumentatio nō valet: Meremur maius simplicibus operibus:ḡ et minus: qz illud minus tale est ex quo de necessitate sequitur maius primo maiori. et ita mai⁹ est per cōsequentiā/licet sit minus per essentiam.

Ad primū

Ad scōm.

Ꝫ hanc solutionē ar.

Euasio.

Ꝫ hanc ar.

Ad idem.

Ad idem.

Solutio.

Ad scōm.

Ad tertiū.

¶ De merito remissionis pene.

¶ Quarta questio huius capituli.

Queritur de merito remissiōis pene vtrū cōsistat circa intēsionē caritatis an penes magnitudinē operū vel penes grauamē operātis. q̄ nō penes intēsionē caritatis patet.quia secundū hoc dives dans decem ex caritate maiorē remissionē pene meret q̄ pauper dans centū ex minori caritate: quod patz eē falsū Itē nō secūdū magnitudinē operis quod patet quia plus meruit vetula ponendo duo munita q̄ zacheus dimidiū patrimonij:sicut dñs testatur.et cōstat q̄ dñs loquebat de merito remissionis pene et nō de merito vite eterne. quia aliter nō esset ad propositū.qm̄ ipse dixit pauperculā posuisse totū victū suū.hoc enī nō videtur pertinere ad meritū vite eterne:quod in sola caritate totū cōsistit.videt ergo q̄ meritū remissionis pene cōstat penes grauamen operātis.Sed cōtra. Ponūtur duo pares in caritate ⁊ in oībus: excepto q̄ alter dat cū tristicia: alter cum hilaritate.In hoc.Si penes grauamen intēdit meritū remissionis pene:plus meretur qui dat cū tristicia:q̄ qui dat cū hylaritate.Cōtra. Hylarem datorē diligit deus: ergo hylaritas nō facit q̄ hylaris mereat minorē pene remissionē. Itē. grauamē siue tristicia pōt accidere isti ex pctō venali qz plus iusto diligit tēporalia/licet sub deo:ergo illa tristicia nō debet ei patrocinari:ergo p cōtrariū: hylaritas nō debet facere p̄iudiciū alicui in dando. ⁊ inde vt prius.Item.aliqs multa dat pauperibus: ⁊ tanta caritate et tāta hylaritate q̄ nullo modo grauatur in dando.nūquid iste meret apud deū remissionē pene? esto q̄ hac intētione det.Videtur q̄ sic:qz aliter faceret ei p̄iudiciū sua hylaritas.Cōtra.aut deus punit aut hō punit: sed hō nō punit in hoc casu. qm̄ iste non sentit vel habet penā:ḡ de⁹ punit:ḡ iste nullā meruit pene remissionē tali datione.Solutio.Dicim⁹ q̄ penes grauamen siue penalitatē nature operāt⁹ attēdit meritū remissiōis pene:qm̄ pena est resolutoria pene vñ alijs parib⁹ plus meret paup q̄ dives. Cōstat enī q̄ diuitie date sūt hoī a deo ad cōsolationē nature.vñ ecclesia i cāticis.leua eius sub capite meo.⁊ ideo melancolicus q̄ naturaliter est magis auarus magis meretur q̄ sanguineus quantū ad demissionē pene alijs paribus.Ad primū ḡ dicimus q̄ pariter mereret mestus ⁊ hylaris alijs parib⁹. ⁊ quod obicit q̄ hylar⁹ nō grauat:dicim⁹:verū est quo ad actū:sed nō est verū q̄ ad nature statū q̄ pauciora hz ꝓpter hoc cōsolātia.vñ in illo casu hō punit/ hz nullā sentit penā actualē ꝓpt mētis iocūditatē:⁊ dādi strēnuitatē.grauat enī statū nature sue et tēporalia subtrahēdo q̄ data sūt et ad solatium.vñ aplūs. Ipse me refrigerauit. Per hoc patet solutio ad p̄obiecta.

Ad primū

Ad primū

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Sexto.

per hoc pz ad alia.

¶ Utrū multitudo bonoz opez vz ad meritū.

¶ Quinta questio huj⁹ capituli.

Queritur vtrū multitudo bonoz opez valet ad meritū. ⁊ hāc q̄stionē distinguim⁹ in q̄ttuor. Prio plurib⁹ bonis op⁹ meret hō vtrū maiorē btitudinē q̄ vno illoz. Scdo vtrū plurib⁹ ⁊ tutib⁹ sit hō melior q̄ vna illaz. Tertio ad qđ valeāt bona opa ex q̄ non valēt ad maiorē glāz. Quarto vtrū stat⁹ valet ad maius meritū. Primo ꝓbat q̄ plurib⁹ bonis op⁹ meretur hō maius p̄miū q̄ vno illoz. Primo p locuz a maiori sic.plurib⁹ malis op⁹ meret hō maiorem penā q̄ vno illoz:qm̄ pro q̄libet malo ope punit hō pena ꝓpria: ḡ cā bona opera magis sint bona q̄ mala opa sint mala:multofort⁹ plurib⁹ bonis op⁹ meret hō mai⁹ p̄miū q̄ aliq illoz. Itē.vnū peccatū est maius alio:ḡ maior pena debet ei qđ ē mai⁹. ⁊ ita singulis malis op⁹ debet pena ꝓpria.eadē ratiōe singlis bonis op⁹ ꝓpriū p̄miū. Itē.demerito inq̄tū demeritū debet pena:ḡ vni demerito debet vna pena:⁊ plurib⁹ plures:ḡ p̄miū. Itē.de⁹ est ꝓnior ⁊c.ḡ si quod libet malū opus punit ꝓpria pena.multofort⁹ pluribus bonis cōfert ꝓpriū p̄miū. Itē.plura mala opa augēt malitiā:ḡ plura bona augēt bonitatē.⁊ ita sūt cā maior⁹ p̄mij. Itē merito inq̄tū meritū debet p̄miū:⁊

In oppo^m pluribus meritis plura premia. Cõtra. ponat q̃ duo in pari caritate decedãt/ sed vn^s fecit plura bona opa q̃ reliqu^s/ isti decedũt eque digni quia eq̃ boni: ergo equaliter remunerabunt: g̃ neuter habebit mai^s premiũ q̃ reliqu^s: g̃ plurib^s bonis operib^s nõ debet̃ matus p̃miũ q̃ vni illorũ. Preterea. vbi par caritas/ par premiũ: g̃ multitudo operũ non facit ad mai^s premiũ

Secundo. quod concedimus ꝛ dicimus q̃ prima argumentatio

Solutõ ad primũ. non valet nec est simile de malis et de bonis operib^s quia ideo mali sum^s q̃ male agimus sed non ideo sumus boni quia bene agimus/ immo econuerso. vnde opera a radice habẽt q̃ sint meritoria. patet q̃ plura nõ sunt meritoria maioris premij q̃ vnũ illorum. sed

Ad scõm. mala opera non a radice sed a se sunt demeritoria et ideo cuilibet debetur pena ꝓpria. Ad secundum dicimus q̃ deus est promptor ad remunerandũ bona opera proprie et debito modo q̃ ad puniendũ mala. Ad

Ad tertiũ. tertio obiectũ dicimus q̃ hec argumentatio non valet. Plura mala ꝛc. quia mala opera habent genera re malitiam. ꝛ ideo possunt augmentare illã: sed bona opera sicut non possunt generare in homie virtutẽ

Ad aliud. ita nec augmentare. Ad aliud dicim^s q̃ hec argumẽtatio non valet. vni merito debetur vnum premiũ secundũ q̃ vni: ergo pluribus plura/ si plura dicant̃ ratione cause: qm̃ omia bona opera ex eadẽ caritate facta sunt: plura tamen sunt ratione substantie: sed vnũ

ꝫ dicta aī. in forma siue in perfectione. sicut volũtas et act^s sunt plura peccata subiecto: sed vnũ forma que vnicã malitiam generat in aia q̃ est perfectio pcti. Sed obiciẽt

Constat q̃ ex pluribus malis operibus oritur malus habit^s quo fit homo malus. ex illo aũt habitu malo postea ꝓcedũt multa mala opera. Querit ergo vtrũ illis pluribus malis operib^s debeantur plures pene. constat q̃ ita: qz eis fit homo magis malus. Si ergo plura opera bona vnius tantũ premij sunt meritoria qz sunt ab vna radice: eadẽ ratõne plura mala opera ab eadem radice sunt meritoria eiusdẽ pene tantum.

Solutio. Solutio. Dicimus q̃ nõ est simile: qm̃ quodlibet malum opus facit ꝓpriũ augmentũ malitie/ vel propriã maliciã: ꝛ ideo cuilibet debetur propria pena: sed nõ est ita in bonis operibus.

Vtrum pluribus virtutibus sit homo melior q̃ vna illarum.

Scõa questio minus principalis.

Aī primo. Sic obicitur. Aliquis est magis malus pluribus malicijs q̃ vna illarum: ergo a simili. aliqs est magis bon^s plurib^s virtutib^s q̃ vna illarũ. modo enim nõ pot recurrere ad radices cũ virt^s nõ habeat radicẽ.

Euasio. Ad hoc forte dicet q̃ nõ est simile: qm̃ cũ vnica sit btitudo plures virtutes nõ faciũt hoiem dignũ nisi vnica btitudine: sed plures sunt pene in inferno. Contra

ꝫ hãc aī. Greg. dicit super ioh. q̃ sicut videre deũ est vita eterna: ita nõ videre deũ est mors eterna. g̃ sicut vnica est vita eterna que debet̃ oibus operib^s bonis: ita vnica est mors eterna que debet̃ oibus operib^s malis. ꝛ ita

alia euasio. ratio sua nulla est. Forte dicet ad hoc: ꝛ verũ est q̃ cũ dr: Nõ videre deũ est mors eterna: nõ debet hoc intelligi pure priuatiue: sed positiue. i. tristicia de separatione a visione dei est mors eterna. hec enim est vermis qui nõ morit. ꝛ quot sũt malicie: imo q̃t male affectiones fuerũt in hoĩe tot sũt tales tristicie. ꝛ ita quodlibet malũ opus punit̃ pena ꝓpria: sed eodẽmodo de quolibet bono opere delectabitur iustus in paradiso vñ in ꝓncipio ad Roma. dicit greg. cogitatões nre in die iudicij: vel accusabunt nos vel defendent. non ille que tunc erunt: sed ille que modo sunt: quarum note tũc erũt impresse in animabus nris. vnde in euãgelio. Operamini cibum qui nõ perit. i. bona opera que reficient vos sine fine. igitur sicut erũt plures tristicie ex pluribus malis operibus in inferno: ita ĩ paradiso plures erunt delectationes ex pluribus bonis ergo sicut q̃libet malũ opus suam propriam penaz habebit: ita q̃libet bonũ suam ꝓpriam habebit remunerationẽ. ergo sicut homo pluribus malis operibus maiorem penã meretur: ita plurib^s bonis maius premiũ. ꝛ sicut diuerse malicie faciunt dignos diuersis penis: ita diuerse virtutes: diuersis premijs. g̃ sicut homo magis est malus pluribus malicijs: ita magis bonus pluribus bonitatib^s siue virtutibus.

Scõo principaliter. Preterea. vita eterna non est delectari in eternitate de bonis operibus quibus meruimus conũgi cum deo: sed delectatio qua delectabimur in conũctione cum ipso dõ. ergo a simili per contrariũ mors eterna non est tristicia qua tristantur mali in inferno de malis operibus quibus meruerũt separari a deo. sz tristicia qua tristantur de ipsa separatione: de qua cõstat q̃ cogitabunt sicut et de operibus. ergo sicut boni pluribus operibus non merentur: nisi vnicã beatitudinem: ita mali pluribus malis siue malicijs non merentur: nisi vnicã mortẽ eternam: non merent̃ magis pluribus operibus bonis q̃ vno: eadem ratione debes dicere q̃ mali quantum ad mortem eternam. non magis demerentur pluribus malis q̃ vno.

Tertio. Itẽ. quelibet vis remunerabitur: ꝛ quelibet virtus q̃ erit in patria fiet gloria. ꝛ ita q̃libz vis delectabit̃ i deo: ꝛ ita erũt plures delectatões i deo: g̃ videt̃ q̃ nõ sit ibi vnica btitudo: sz plures. g̃ sicut hõ plurib^s malicijs dignus ẽ diuersis penis: ꝛ ideo magis malus ẽ dign^s pluribus malicijs q̃ vna: ita cũ homo pluribus ẽtutibus sit dign^s pluribus p̃mijs: magis est bon^s pluribus ẽtutib^s q̃ vna. Si cõceditur.

In oppo^m Contra. omnes virtutes sunt equales. ergo tres virtutes sunt equales quarte: sicut tres homies bicubiti sunt equales quarto bicubito. ergo tres virtutes non sũt magis bone q̃ quarta. g̃ plures virtutes non faciunt hominẽ magis bonum q̃ vna. ergo eodemmodo plures malicie equales non faciũt hominẽ magis malũ q̃ vna illarũ quod falsũ aperte.

Solutio. Ad hoc dicim^s: q̃ reuera plurib^s virtutibus nõ ẽ homo magis bon^s q̃ vna: ꝛ cũ eterna quies in deo sit beatitudo siue eterna ĩ ipso: delectatio nõ est nisi vna beatitudo: etiã creata: tamẽ erũt ibi due delectatiões quibus imediate delectabimur in ipso: scilz videndo eius pulcritudinem: et diligendo eius bonitatẽ: ꝛ bona eius: sicut ĩ questione de dotibus anime plen^s apparebit. alie autẽ virtutes habent suas delectationes: sed non in deo immediate. sed quia videndo ꝛ ex videndo erit delectatio/ ꝛ delectatio. ideo dr vna beatitudo et vna vita eterna esse dei visio ad quã tendim^s: vt in ea quiescamus. qm̃ in illa veritate erit sũma delectatio: ꝛ finis ipsi^s delectationis. ꝛ ibi quiescet tam intellectus q̃ affectus. ꝛ tõ dicit dñs. Hec est vita eterna ꝛc. quoniã autẽ omnes vires anime et omnes virtutes mouentur propt illã nec laborant fieri ꝓpter illã: ideo omnibus operib^s virtutũ meremur illã: sz qz oẽs ẽtutes sũt eiusdẽ difficultatis eiusdem coherẽtie ꝛ eiusdem finis prorsus ideo non maioris beatitudinis faciunt hominem

dignum plures virtutes q̃ vna illarus. et cum opera virtutibus sint meritoria. non maius premium meretur homo pluribus operibus virtutũ q̃ vno illorũ ex quo sunt in equali caritate. Meretur enim homo quod intendit maxime quia cum quid proponitur ei ad merendũ. sed qui demerek nõ demeretur quod intendit: sed quod iudex sapiẽs iudicat. Ad istõ ergo quod obicitur dicimus q̃ mors eterna est tristicia de separatione siue ipa separatio cũ dolore quẽ habebit ala de tormẽtis corpis. ſz qz pluriꝫ opiꝫ malis magis separatur a deo q̃ vno. ideo qz magis malus est pluribus pctis q̃ vno. ideo magis demerek pluribus q̃ vno. ⁊ pluriꝫ malicijs magꝭ est malus q̃ vna illa licet ille sunt equales. qm̃ per quãlibz separata ẽ ala a deo aliquantũ ⁊ quelibet puniek pena ꝓpria siue separatione propria/licet facies nõ intendit hoc. ⁊ ideo ꝓpter plures penas patet q̃ magis punietur ds pluribus malicijs q̃ vna illa. vnde dicim⁹ q̃ licz malicie sint equales tñ eis est homo magis malus q̃ vna. sicut duo lapides pariter accepti equalis põderositatꝭ sunt magis ponderosi q̃ vnus illorũ. ⁊ est malicia sicut ponderositas qua elongat hõ ab altitudine q̃ de⁹ est. et ideo duabꝰ malicijs pariter acceptꝭ est hõ magꝭ malus q̃ vna illa. Virt⁹ aũt est sicut leuitas ⁊ duo eque leuia pariter accepta nõ magꝭ sunt leuia q̃ vnũ illorũ. delectatio aũt qua delectabit hõ in bonis operibus q̃ fecit nõ erit de substãtia premij. qm̃ nõ est ei ꝓportionalis/sicut neq; punctus linee. sed tristicia qua tristabitur ds de suis malis opibus in inferno bene erit de substãtia premij. s. mortis eterne. qm̃ nichil ipedit ds sit ꝓportionabilis tristicia de ipa separatione. virtus aũt magꝭ pmiabit q̃ vicia puniek. ſz oiꝫ virtutibꝰ deb vnicũ premiũ: ⁊ singulis vicijs singule pene. Sz cõtra hoc quod dictũ est q̃ opus meritoriũ habet a radice q̃ sit meritoriũ obicitur. ꝓbat multipliciter q̃ opus melius est q̃ virt⁹. qm̃ per opus virtutꝭ notũ est aliqꝺ bonũ fieri. sed nõ est necessariũ q̃ per virtutẽ fiat aliquod bonũ. qꝺ patet in dormiente: ergo opus virtutꝭ melius est q̃ virt⁹. Itẽ. mereri est gratis facere aliq̃d bonũ ad honorẽ vel cõmodũ alicuꝰ. sed solo ope virtutis fit hoc: ergo solũ opus virtutꝭ est meritoriũ vite eterne. nõ enim coronabit nisi qui legittime certauerit Unde augu. in libro de articulis fidei ꝺr q̃ tam aie q̃ corpori pro qualitate facti pena vel premiũ cõferẽdũ est quare premiũ primo debetur nõ virtuti: sed operi Itẽm. opera virtutũ per se sũt delectabilia. virtutes aũt non ꝓ se: sed per actꝰ: g̃ premiũ. Itẽ. finis melior est q̃ istud quod est ad finẽ. a fine enim ꝺr res bona. ⁊ sicut dicit aplꝰ q̃ cuius causa fit aliq̃d potissimũ est ⁊ finis alior volut esse. sed actꝰ virtutis est eius finis: et propter ipm̃ datur virtus: ergo actꝰ virtutis melior est q̃ virtus. Itẽm. laus est optimorũ. qm̃ omne laudabile laudat propter illud qꝺ est optimũ in ipo. sed homo maxime laudabilis est ꝓpter bonã operationẽ suam. ipa etiã virtus laudatur propter bonã operationẽ: ergo quod maxime laudabile est in hoĩe illud est bonũ opus: g̃ bonũ opus ẽ istud quod est optimũ in homine: ergo premiũ. Itẽm. in futuro gloria eterna erit videre quod diligis et diligere quod vides: g̃ cum diligere sit opus virtutꝭ: gloria eterna est opus virtutis. gloria autẽ eterna melior est q̃ virtus: ergo premiũ. ⁊c. Itẽm. quod propinquius est fini magꝭ est eligendum. sed actus virtutꝭ est ꝓpinquior fini: ergo pmũ. Itẽm. melior est fructus q̃ arbor. quoniam arbor non diligitur nisi ꝓpter fructũ: fructus autem virtutis est eius actus. quoniã anima iusti est paradisus spiritualis: sicut sponsus dicit sponse in canticis. Emissiones tue sicut paradisus. ⁊ cum in hac paradiso arbores sunt virtutes: fructꝰ opera: folia bona verba: ergo cum opus bonũ sit fructus virtutis ipsus est melius q̃ virtus. Itẽm. melior est vsus rei q̃ ipsa res: vt equitare q̃ ipe equus: ergo cum opus sit vsus virtutꝭ melius est q̃ virtꝰ. sed si hoc est: ergo q̃ opus sit meritoriũ non est a virtute. Si dicit. propter predictas rationes q̃ actus virtutis melior est q̃ virtus Cõtra. ꝓpter quod vnũquodq; est tale ipsum est m. ⁊. sicut ignis est magis calidus q̃ aqua que ab ipo est calida: ergo cũ actus virtutis sit bonus a virtute quia est ab ipa et ab ipsa dirigitur ad finem: ergo virtus est melior q̃ actus. Itẽm. virtus est diuturnius bonum q̃ opus virtutis. quia sicut dicit augustinus. Virtutes in celesti patria non sunt operose vel laboriose. non enim opere prudentie libido ibi refrenatur: quia virtus diuturnius bonum q̃ opus virtutis: ergo est melior. Itẽm. virtus magis assimilat hominem deo q̃ motus virtutis: ergo facit propinquiorem deo: ergo primum. Itẽm. virtus secundum suam substantiam facit hominem dignum vita eterna. sed motus virtutis accidentaliter est meritorius vite eterne. g̃ virtus est melior actu. qꝺ ꝓz per hoc q̃ motus virtutis hz q̃ sit meritorius ab vltimo fine: qui ẽ ei accidentalis. vltimus enim non ponit motũ in specie: qz si hoc esset omnes motꝰ virtutũ essent vnꝰ specie tantũ. Solutio. nobis videtur sine preiudicio q̃ virtus est melior q̃ actus: istis quattuor vltimis rationibus. Ad primo obiectum dicimus q̃ per actum virtutis necesse est aliquod bonum fieri. sed hoc habet a virtute. vnde in hoc nõ debet preferri virtuti. potius eĩ est virtutis id bonũ. qm̃ virtus operatur illud quasi per suũ istrumẽtũ. eodẽmodo dicim⁹ ad secundo et tertio obiectũ. Ad quarto obiectũ dicimus q̃ proprie loquendo motus virtutis non ẽ finis virtutis: sed quedam via ad suum finem. vel si est finis: non est finis quem intendit: sed quo intendit. et talis finis potius debet dici via q̃ finis. Ad quintum dicimus q̃ laus est optimorum: sed proprie est de virtutibus: non de operibus: sed de virtutibus. per opa quasi per signa virtutũ. vnde cũ videntur bona opera in homine: dicimus q̃ bonus est iste. qm̃ sicut dicit augustinus octauo de trinitate. hoc laudam⁹ in hõibus qꝺ videmus in prima veritate quã habem⁹ i nobis. Ad sextum dicimus q̃ motus virtutis prout est gloria: siue delectatio in deo: melior est q̃ virtus. qz sic sumitur motꝰ virtutis cũ fine virtutis: qꝺ est ipsa delectatio siue quies i deo. Ad septimũ dicim⁹ q̃ reuera melꝰ ẽ qꝺ est propinquꝰ fini: sed motus nõ ẽ in ordine virtutis. hõ enim non intẽdit p virtutẽ moueri in deũ: ſz quiescere in deo per motũ. ⁊ ideo nõ est obiectio/de motu q̃ non ẽ propinquior fini/secundũ ꝓpriã ordinationẽ. vel etiã si est prope ꝓpinqor nõ tñ melior. qz illa ꝓpinqtas ẽ ei accidẽtalis: vt patet ex ꝺictis. si autẽ substantialis eẽt ei sua ꝓpinquitas: vt virtus bonus esset processus. Ad octauum dicimus q̃ fructus virtutis proprissime est ipse deus: ipe enz est illud quod comedimus in quo delectamur. actus autem virtutis fructus est prout eo delectamur in deo: et dictum est q̃ secundum hoc motus virtutis melior ẽ q̃ virtꝰ. Eodẽmõ solutimus sequẽs obiectũ.

Ad rõnem

ꝓ dicta ar.

Secundo.

Augustinꝰ

Tertio.

Quarto.

Paulus.

Quinto.

Sexto.

Septimo.

Octauo.

Honores:

In oppm

Secundo. Augustinꝰ

Tertio.

Quarto.

Solutio.

Ad primũ.

per hoc ad

scdz ⁊ tertiũ

Ad q̃rtum

Ad quintũ

Ad sextũ.

ad septimũ

Ad octauũ

Ad aliud.

ꝫ p̄dicta aī

Sed obiciꝫ. Si actꝰ virtutis sc̄ōm q̄ est delectatio in deo melioꝛ est q̄ virtꝰ: ergo simplr motꝰ virtutꝭ melioꝛ est q̄ virtꝰ. Dicimꝰ q̄ nō valet: qꝛ delectatio qua delectaꝫ aīa in deo: ꝫ sit annexa motui: tñ nō est nisi a dulcedine dei. nec est a motu: sꝫ cū motu. per id quod hꝫ motus a virtute. s. q̄ ꝓpter deū mouet in deū: qꝛ ḡ delectatio illa finis est virtutꝭ ꝓprie. ideo melꝰ quid est q̄ virtꝰ. ꝛ ipa virtꝰ facit delectari in deo ꝓ id quod facit in motu. motꝰ aūt ꝓ hoc qō habet a virtute. tñ cō supponiꝫ motꝰ ille cū illa delectatione vt ei annexa: sc̄ōm hoc melioꝛ est q̄ virtus: non ratione sui: sed ratione annexi quod ei ꝓ virtutē est ānexū. Cū ergo plurib⁹ operib⁹ non mereꝫ hō maꝰ p̄miū q̄ vno illoꝝ videꝫ q̄ ociosa sit multitudo bonoꝝ operū. qm̄ si aliquis artifex eque bonū opus faceret: penitꝰ vno ope vt plurib⁹ oīa p̄eter vnū essent ociosa: ḡ eadē ratione

Secundo.

ociosa sūt oīa bona opa p̄eter vnū. Itē. si dicis q̄ valet ad illud. s. ad augmētū vel cōfirmationē. Contra. Nichil potēs est cōfirmare vel augmētare aliq̄d nisi sit gñatiuū illiꝰ. cū ḡ bona opa nō possint gñare gr̄az non p̄nt augmētare eā vel confirmare. et ita videꝫ q̄

Solutio.

ad nichil valeant. Dicimus q̄ licet nō valeāt ad maꝰ p̄miū tñ valent ad multa. s. ad mētis iocūditatē. ad virtutū cōfirmationē: ad augmētū gr̄e: ad diminutionē pcti: ad debilitationē fomitis: ad remouendū tēptationē diaboli: ꝛ ad cauēdū omissionē et negligentiā. et ad merēdū firmiꝰ et efficatiꝰ. Ad oīa ista valet multitudo operū que his versibꝰ notātur. Jocūdat/stabilit/auget: pctā remittit. Debilitat/remouet: roborat atq̄ cauet. Valet aūt ad iocūditatē mētꝭ. nō tñ in p̄nti sꝫ i futuro qñ cū exultatōe portātes manipulos nr̄os gaudebimꝰ de singulis bonis opibus q̄ fecimꝰ: vt dictū est. q̄ aūt multitudo bonoꝝ operū valeat ad octo p̄dicta. ad quedā tñ valet ꝓ modū meriti. tñ vt ad augmētū gr̄e. ad quedā per modū meriti et ꝓ modum cause efficiētis vt ad remissionē pcti: qꝛ ratōne cōtrarietatis purgāt a peccato et mereꝫ vt magis et magis purgeꝫ a deo. Eodēmodo ad cōfirmationē virtutū vtroq̄ modo. quia ex ipso q̄ effectiue valet ad remissionē peccatoꝝ cōfirmat in virtutibus.

Ad q̄dvalꝫ multitudo actuum. Versus.

Utrum status valeat ad efficatiā meriti.

Alia questio huius capituli.

Aī q̄ sic.

UTruꝫ statꝰ valet ad efficatiā meriti: videꝫ q̄ sic quoniā dñs dicit in euāgelio. Inter natos mulieꝝ nō surrexit maioꝛ ioh̄āne baptista. q̄ autē minoꝛ est in regno celoꝝ maioꝛ est illo. cōstat autem q̄ ruina angeloꝝ repabitur de oībus ꝛ cū aliq̄ angeli de supremo ordine ceciderīt aliq̄ hoīnes habebūt p̄miū angeloꝝ supmi ordinis. vñ beata virgo assumpta est super

Nō de paulo.

choꝛos angeloꝝ. ꝛ de paulo dī q̄ raptꝰ est vsq̄ ad tertiū celū id est vsq̄ ad cōsimilitudinē contēplatiōis supremoꝝ angeloꝝ. ꝛ in apocalip. dī. Mēsura hoīs q̄ ꝛ angeli: ḡ aliq̄s homo mereꝫ in via p̄miū equale p̄mio alicuiꝰ angeli. ad minus beata virgo meruit eq̄le vel maius. nō ḡ pure secūdū quātitatē caritatis dabitur quātitas p̄miꝭ: cū maioꝛ sit q̄titas i quocunq̄ angelo

Euasio.

q̄ i quolibet viatoꝛe. Forte dicet q̄ statꝰ facit ad quātitatē p̄miꝭ. sed hoc nō nisi ꝓpter difficultatē: ḡ difficultas status facit ad quātitatē p̄miꝭ: sed difficultas statꝰ est circūstātia ꝓsone: ḡ facit circūstātia ꝓsone ad quātitatē meriti. quod patet eē falsū p̄ predicta. Alīj dicūt q̄ hoc nō facit difficultas. sed confirmatio āgeloꝝ que facit q̄ angeli ex maioꝛi caritate minus p̄miū merentur q̄ aliqui viatoꝛes eoꝝ minoꝛi caritate. Sed contra. Confirmatio angeloꝝ non est nisi de essentia caritatis: ergo est circumstantia: ergo ipsa non facit ad difficultatem meriti. Alīj dicūt q̄ caritas gratie in p̄nti statu facit q̄ viatoꝛ in minoꝛi caritate meretur maius p̄miū q̄ angelus ex maioꝛi qm̄ oē rarum. sicut vinū in hibernia est maioꝛis p̄cij q̄ in frācia. Sed redit eadē obiectio q̄ prius qꝛ q̄ in via est gratia rarioꝛ q̄ in patria nō facit nisi difficultas status ꝛ ita redit in p̄dictū incōueniēs q̄ circūstātia auget meritū. Alīj assignāt aliā causam sc̄z q̄ angelꝰ mereꝫ ex gloria sed viatoꝛ mereꝫ ex gratia. Cōtra. Christꝰ ex gloria merebaꝫ sed hoc non faciebat meritū suū minus: ḡ eadē cā nō facit angeloꝝ minꝰ. Sūt alīj q̄ assignāt aliā rōnē p̄miꝭ. s. q̄ angⁱ mereꝫ iā habitū. hō vero mereꝫ habendū. Sꝫ ꝓtra. Virtꝰ placet deo ex seipa essentialiꝫ: sed qō extrinsecū ē virtuti nō auget eius essentiā. ḡ neq̄ placentia eiꝰ. sed habendū extrīsecū ē virtuti: ergo ex hoc non augetur placentia: sed ex eo q̄ virtus placet aut opus virtutis habꝫ meritū. non ḡ ex eo q̄ homo mereꝫ habēdū augeꝫ in eo meritū. ꝓterea. ex hoc iterū sequitur q̄ circunstātia augeat meritū: cū illud quod assignatur pro causa non sit de essentia caritatꝭ ꝓpter hoc dixerūt quidā q̄ caritas nō augebitur in futuro in essentia sua. sed eius motus erit maioꝛ i patria q̄ fuit in via. et dicunt q̄ hoc non ē incōueniēs quia ē in via ex eadē caritate manente in eadē quātitate elicitur ꝛ maioꝛ: ꝛ minoꝛ motus. auctoꝛitatē que dicit. qui maioꝛ ē in regno celoꝝ: maioꝛ ē ioh̄āne baptista. dicūt debere intelligi ex maioꝛitate quantum ad confirmationem: nō quantū ad caritatis intēsionē Sed q̄ hoc sit falsū: ptꝫ per hoc quod dicit ysay. viuit dñs cuiꝰ ignis in syon et qm̄ caritas que est hic paruꝰ ignis in futuro erit caminus. i. magnꝰ ignis. ḡ caritas augebitur in patria. Itē sup illud apo. equalia sunt latera ciuitatis. ōt. glo. latera ciuitatis sūt fides/spes caritas/et bona operatio. ergo fides que est cognitio dei et caritas sunt equales in via. ḡ eodēmō cognitio dei et caritas sūt vel erūt equales in patria. sed multo maioꝛ erit in patria cognitio q̄ modo sit. ḡ multo maioꝛ erit caritas. ꝓterea sicut estimatio rei contristabilis generat fugam illiꝰ. similiter estimatio rei delectabilis generat appetitū illius. vbi maioꝛ estimatio: maioꝛ fuga: et maioꝛ appetitꝰ. sꝫ i futuro erit maioꝛ estimatio sūmi boni: q̄ mō sit. qm̄ ex maioꝛi cognitione magis estimabimꝰ q̄ deꝰ sit sūmū bonū nostrū. ḡ i futuro maioꝛ erit appetitus sūmi boni. ḡ maioꝛ dilectio: et ita maioꝛ caritas. ꝛ ita p̄dicta opinio ē falsa q̄ dicit q̄ caritas augebiꝫ i futuro. Nobis videꝫ sicut dictū est q̄ fons merēdi ē in fide i hoīe habēte fidē qō ē illud p̄miū quo hō leuat se supra se. fides aūt substātialiter hꝫ quandā difficultatē sicut substātialiter hꝫ īperfectionē et ex difficultate que primo est in ipsa: habet efficatiā merendi. vnde dicit augustinus. laus fidei est credere quod non vides: ꝛ cū fides sit p̄ma virtutū eiꝰ difficultas ē difficultas aliarū virtutū. Dicimus q̄ difficultas substātialis fidei est cā quare homo viatoꝛ ex minoꝛi caritate meretur maius p̄miū angelo habēte maioꝛē caritatē. et illa difficultas non est circunstātia fidei cū sit de essentia ipius. Oēs ergo predicte solutiones possunt reduci ad hanc solutionē

Alia opio. ꝫ hoc aī. Alia opio. Alia opio. ꝫ hoc aī. Alia opio. ꝫ hoc aī. Secundo. ꝫ hoc aī. Secundo. Tertio. Solutio. Augustinꝰ

preter illã que dicit q caritas nõ augmẽtabit in futuro. ꝛ sic oẽs ille solutiones vere sunt: qz oẽs solutões si recte intelligãtur ponũt difficultatẽ/ cãm quare hõ in minori caritate mereꝫ maius premiũ angelo. vnde si intelligatur de substãtiali difficultate fidei oẽs vere sunt. Virtus enĩ est meritoria his tribus ex sua bonitate: ex sua difficultate: ex sui operis libertate: qz est a libero arbitrio. sicut dr ĩ laude bti viri. Qui potuit transgredi ꝛc. Alie difficultates q̃ sunt circũstantie nõ facũt ad minus meritũ. Quod aũt obicit de merito christi cũ christus nõ habeat fidẽ. Rñdẽm9 q bonitas christi cui datus est spũs nõ ad mensurã sua intensione: preualet etiã q̃tum ad efficatiam merendi difficultati nostre fidei.

xre xtus ẽ meritoria.

Ad aliud.

¶ De connexione virtutum.

¶ Tractatus decimustertius.

Posito de merito virtutũ: dicendũ est de cõnexiõe virtutum. Et primo de virtutibus theologicis. Secũdo de politicis. Quericꝫ ergo vtrũ qui hz vnam virtutẽ theologicã habz oẽs. ꝓbatur q̃ ꝛc. isay. dicit xvi. Venter meus ad moab sicut cythara sonabit. vẽter ꝓphete mens ꝓphete: qz sicut in vẽtre cibi preparantur ad nutrimentũ corporis. sic in mẽte preparant cibi virtutũ ad nutrimentũ spũalis hois. Sonat autẽ ad moab. i. ad pctõrẽ sicut cythara qñ estimãs peccatorẽ esse filiũ dei vel posse esse de facili. habet spem de venia eius ꝛ diligit proximũ sicut se ꝛ cõpatiꝫ ei. ꝛ sic de alijs virtutib9. Dicit enĩ hierony. super illum locũ Sicut cythara sonũ cõpositũ non emittit si vna corda rupta fuerit. sic spũaliter venter ꝓphete. si vna corda virtutũ defuerit dulce melos nõ resonabit nec ad latericiũ murũ cunctis clamabit viscerib9 quoꝝverboꝝ sententia est sibi virtutes esse connexas. ꝛ ita cui vna deest desunt oẽs. Ex his patet q scõm hieron9. ꝛ plures. ꝛ ita verũ est q qui habet vnã habet oẽs. Jtem. dñs in fine mar. Qui crediderit ꝛ baptisat9 fuerit salvus erit. ergo fides cũ baptismo sufficit ad salutẽ. sed nullus est salvus sine caritate: ꝯ qui habet fidẽ habet caritatẽ. sed qui hz caritatẽ hz alias virtutes. qñ diligit proximũ: ꝯ iuste se habet erga illũ: ꝯ cõpatiꝫ illi et miserꝫ. ꝛ sic de alijs: ergo q̃ habet fidẽ hz oẽs. Sili qui habet vnã aliaꝝ hz oẽs. qñ qui habet vnã aliarũ habet fidẽ. et qui habet fidẽ habet oẽs: ꝯ qui hz vnã xtutẽ quecũqz illa sit hz oẽs. Jtẽ. outs viso lupo estimans ipm inimicabilem ꝛ nociuũ sibi statim fugit. ꝛ sicut se habet estimatio horribilis ad fugere: ita estimatio delectabilis ad appetere. sz estimato horribili adest fuga de necessitate: ꝯ estimato delectabili adest appetit9 illi9 de necessitate: ꝯ estimãs deũ delectabilẽ sibi de necessitate appetit illum sibi. sed qz difficile opaꝫ natura virtus facile facit: ꝯ qñ aliqs fide virtute estimat deũ sibi delectabilẽ appetit illũ sibi. sz hic appetit9 nõ est nisi caritat9: ꝯ habet caritatẽ. ꝛ ꝓ ons oẽs alias virtutes. ꝛ inde vt prius. Sed cõtra. Aug. dicit q non est sententia diuina: sed humana. q qui habet vnã habet omẽs. sed oĩs vera sententia est sententia diuina. ꝛ hec non est sententia diuina: ergo nõ est vera ergo non qui habet vnã habet oẽs. Jtẽ qui habz vnã habet oẽs: ergo qui habet caritatem habet oẽs virtutes. sz virgĩtas ẽ virt9: ꝯ qui hz caritatẽ hz xvgĩtatẽ qz patet esse falsũ. Jtẽ qui habet ꝛc. ꝯ a simili. ecõtrario. qui habet vnũ viciũ habet oĩa. qz sit sic ꝓbaꝫ. qñ sicut vna est radix oĩm virtutũ. s. fides: ita est vna radix oĩm viciorũ. s. libido. qñ sicut dicit augu. libido est causa oĩs pcti. Jtem aug. dicit q multi sũt in pctõ mortali qui tñ a pijs precib9 nõ desistũt. Sit igitur q aliqs habeat castitatẽ informẽ: est tñ ambitiosus vel superb9. cõstat q iste abstinet ab illecebrĩs carnis q̃tũ debet ꝛ cui9 gr̃a. qñ ꝓpter deũ: et qñ debet. et sic de alijs circũstãcijs: ꝯ aduentẽte caritate remanet eadez castitas nõ mutata. qñ nõ addit alia circũstantia: aut ipi aut o rebus ei9. ĩmo elicit mot9 vestitos eisdẽ circũstãcijs q̃bus ꝛ pu9 eliciebat: ꝯ prorsus manet eadẽ virt9. ꝛ modo est virt9 theologica: ꝯ et pu9. ꝯ talis habebat cõtinẽtiã virtutẽ: ꝛ nõ alias xtutes. ꝯ nõ qui hz vnã habet oẽs. Jtẽ. videt q aug. sit cõtrari9 hieron. qñ hiero. dicit q sñia est bti iaco. Qui hz vnã hz oẽs augu. dicit q nõ est sñia diuina. Solutio. Qui hz vnã habet oẽs. Ad pmo obiectũ dicim9 q ideo dicit aug. q nõ est sñia diuina ꝛ q sñia illa nõ sit vera: qz non est expressũ manifeste in textu biblie. Hiero. dicit q hec est sñia bti iaco. ĩõ qz põt hr̃i ab illo verbo. Qui ĩ vno offendit oĩm re9 est. ꝛ ita q̃ caret vna virtute caret oĩbus. ꝯ qui hz vnã habet oẽs. nõ est aũt hic manifeste expressũ. qñ predicta auctoritas põt trahi ad multa alia. Ad scõm dicim9 q nõ valet. Qui hz ꝛc. ꝯ virginitatẽ. ꝛ est falla. acci. qz hoc nomẽ virginitas. ꝛ si supponat essentiã virtut9: tñ ponit a q̃dã accidẽte: ꝓpt quod argumẽtũ nõ valet. Jnstãtia. Omne aĩal est hic intus flat distributio pro generibus singulorũ. sicut fit cum dicitur. Qui habet vnam habet omnes. sed homo albus est animal: ergo hõ albus est hic intus. patet q ibi est fallatia accidentis. Ad tertiũ dicim9 q nõ est simile de virtutibus et vicijs ꝓpter duo. Primo q non ẽ vna radix oĩm virtutum. qñ libido ẽ genus ad concupiscentiã carnis: et concupiscẽtiã oculorum. et itez concupiscentia carnis genus ẽ ad concupiscentiã que est in luxuria: et que ẽ in gula. Secundo. quia vicia sũt opposita ad inuicẽ: sicut auaritia ꝛ prodigalitas. sed virtutes non. nõ potest ꝯ probari q ita sit in vicijs: sicut in virtutibus. ꝓ locũ a simili. neqz per locũ a contrarijs: qz virtus et viciũ non sũt cõtraria immediata: ĩmo quãtũ est de natura ipsorũ duo habent media per positionẽ et per priuationẽ. ꝓ positionẽ quia inter fidẽ virtutẽ et infidelitatẽ ẽ media fides informis. per priuationẽ vero: qz adã in statu innocentie: nec caritatẽ habuit: nec virtutẽ vt mõr: ĩõ non sũt virtus et viciũ contraria ĩmediata in speciebus suis: licet sint immediata ĩ genere respectu aduti. qñ necessariũ est q adultus habeat virtutem aut viciũ. sed non ẽ necessariũ q habeat viciũ incõtinẽte aut continẽtiã virtutẽ formatã vel informẽ: sicut pz in gentili qui cũ venerit ad annos discretionis et nõdum cogitauerit de operibus carnis: nec incontinẽs est. nec continens aliquomõ. Advltimũ dicim9 q ille qui habet castitatẽ informẽ abstinet: et inquantũ debet. et eomodo quo debet ab illecebris carnis. quomã debet ita abstinere q diligat carnis mundiciã pl9 q̃ oẽ temporale. hoc aũt nõ potest facere: nisi habeat caritatẽ: et ita aduentente caritate mutatur continentia q̃ prius fuit. et sic q nõ procedit obiectio patere potest. dictũ est q qui habet vnã habet oẽs: ideo qz vna est radix spãlis virtutũ. s. fides. ꝯ pari rõne. qui habet vnum viciũ: habet oĩa cum sit vna radix oĩm viciorum superbia. s. q initium oĩs peccati est superbia. Forte dicet q nõ est simile: iõ qz fides est necessaria cã xtutũ. superbia xo nõ ẽ necessaria cã oĩz viciorũ sz occasionalis accidẽtaliter. vñ dr mgr̃ i sentẽtijs q iõ dr

Prima q̃o Af q sic.

Secundo.

Confirmat

Tertio.

In oppom

Secundo.

Tertio.

Augustin9

Quarto.

Solutio.

Ad primũ.

Ad scõm.

Falla accidentis.

Ad tertiũ.

Prima cã.

Scda cã.

Ad vltimũ

ꝑ dicta af.

Euasio.

Magister ĩ sententijs.

ſuperbia radix omnium viciorum.quia non eſt aliqs genus peccati cuius non ſit ſuperbia cauſa aliquādo ſed eadē ratiōe poſſet dici q luxuria eſt radix omniū viciorum.non ē enim aliquod genus peccati cui⁹ nō ſit luxuria cauſa aliquando.Jtem. fides ē neceſſaria cauſa omnium virtutū.ergo a contrarijs: infidelitas cauſa eſt neceſſaria omniū viciorū.et ſic qui habz vnū vicium:de neceſſitate habet omnia.Jtem.mot⁹ virtutū ſunt voluntarij.ſed nullum voluntarium habet neceſſariam cauſā:ergo motus fidei non ē neceſſaria cauſa motuū aliarum virtutū:ergo fides non ē neceſſaria cauſa aliarū virtutum.qz ſicut ſe habet motus ad motum:ſic virtus advirtutem.ergo non ex hoc q fides eſt cauſa neceſſaria aliarū virtutum:neceſſariuz eſt q qui habet vnā habeat omnes. Solutio.dicim⁹ q fides eſt cauſa neceſſaria oim virtutū et de virtute generat omnes virtutes.maxime qz omnes virtutes tendunt ad finem fidei.quoniam cognitio ſūmi boni de neceſſitate generat dilectionē de deo.et ſic de alijs

Ad primū dicimus q non ē ſimile de ſuperbia. quonā ipſa non eſt neceſſaria cauſa alicuius vicij.nec oīa vicia tendunt ad finē ſuperbie.determinatur autez in libro de fide ad petrum:quare dicitur ſuperbia initium omnis peccati eo.ſ.quia ſuperbia fuit primū peccatum luciferi quo inuidit hōi:tentauit:et prevaluit. ex eo fomes eſt in nobis qui eſt orizo omniū viciorū concedimus tamen q ſuperbia ē aliquādo cauſa aliorū viciorū.ſicut dicit magiſter in ſentētijs.nec eſt ſimile de luxuria.qm magis innatus eſt nobis amor propie excellentie q amor luxurie aut pecunie et huiuſmodi.vnde cū apoſtolus dicit.Radix omnium malorum eſt cupiditas.non ſumitur ibi cupiditas pro appetitu pecunie tantum:ſed generaliter pro appetitu pecuniarum:vel deliciarum carnis:vel propie excellentie.patet ergo q ſuperbia dicitur initium omnis peccati. et quia fuit primum peccati angeli.: z quia ex coꝛruptela nature magis innatus eſt nobis amor propie excellentie q aliud vicium.vñ gregorius dicit q ſuperbia ē primū vicium cū recedim⁹ a deo z vltimū cum accedimus ad deū.vñ verſ⁹. Cū bene pugnaris cum cūcta ſubacta putaris. Que magis infeſtat vincenda ſuperbia reſtat.Similiter ſpernere mūdū ſpernere nullum zc.Ad ſecundū dicimus q non eſt ſimile de fide et de infidelitate.quia fides in pluribus eſt qm exigitur q fidelis credat articulum eſſe implicite vel explicite. vnde in leuitico comparatur ſextario olei quē leproſus pro ſua emundatione debet offerre:cui ſi deſit aliquid nō eſt ſextarius:et qz eſt omniū articulorum:ideo ē cauſa omnium virtutum. qua finis aut materia non exigit articulos.ſed infidelitas i paucioꝛibus eſt:qz qui diſcredit ī vno articulo infidelis eſt.et ideo nō eſt cauſa neceſſaria omniū viciorum neqz etiā alicuius.qm infidelitas eſt indifferenter reſpectu huius articuli et illius. Preterea.fides et infidelitas non ſūt contraria propie:licet opponāt vt cōtraria.quia nata ſūt in eodē ſuſceptibili et mutuo ſeſe expellunt.ſed non ſunt ſub eodē genere poſita: cūviciū nichil ſit:ſicut mot⁹ et quies non ſūt ꝓpie cōtraria:licet ad modum contrariorum opponant. Ad vltimum dicimus q argumentatio non valet: ideo quia motus fidei per moduz voluntatis ē cauſa motuum aliarum virtutum: ſed habitus fidei eſt cauſa aliorum habituum per modum eſſentie et nature z propter hoc de neceſſitate habitus generat habitū non tamē motus motū gnat de neceſſitate.dicim⁹ tñ q motus fidei eſt cauſa ſufficiens motuū aliarū virtutum et ſecundū ſe et per ſe generat illos quātū in ipo eſt. Jtē aplꝰ dicit diuiſiones gratiarū ſūt.alij dat ſmo ſapientie alij ſermo ſcientie ſecundū eundē ſpiritum alij fides in eodē ſpiritu: ergo aliquis habet ſapientiam q nō habet ſcientiā aut fidē. nō ergo qui habet vnā virtutē habet omnes. Jtē ſuper matheū dicitur q gradus eſt in virtutibus: quoniā aſcenditur a paupertate ſpūs ad manſuetudinē et ſic de alijs: ſed vbi eſt gradus aſcenſionis prius oportet aſcēdere vnum gradū q aliū:ergo prius habetur vna de illis virtutibus q alie habeātur.nō ergo qui habz.zc. Jtē iacob prius duxit lyam q rachelē.qm prius eſt inſiſtendum operibus actiue q cōtemplatiue.vnde gregoriꝰ.qui arcē cōtemplatiōis poſſidere deſiderat optetvt prius in campo actionis ſe exerceat:ergo prius habēt virtutes actiue q cōtemplatiue z indevt pus.Solutio.dicim⁹ q diuerſe ſūt gre q̄tū ad prerogatiōnē vſuū nō quantū ad eſſentiā virtutū. ideo aliquis poteſt habere ſapientiā de eternis.itavt ſit paratus pdicare alijs de veris et eternis bonis: qui tamē nō eſt paratus defendere fidē per rationes z auctoritates efficaces ad fidem defendēdā inducere.Ad ſecūdū dicim⁹q aſcēſus eſt in virtutibus nō ſecundū eſſentiā virtutū: ſed quantū ad expeditionē vſus. quoniā prius oportz eē exercitatū in operibus paupertatis mānſuetudinis luctus et miſericordie q̄ expeditus ſit aliquis ad opa aliaꝝ btitudinū. pcedētia enī fuerūt quātū ad cordis mundiciā.quomā cum maiori difficultate operamur opera virtutū purgati animi q̄ opera virtutū purgatoriarū propter impedimēta nature corrupte.attenditur ergo aſcenſus ſecundū expeditionem vſus et facultatē operādi nō ſecundū eſſentiā virtutū. per hoc patet ſolutio ad obiecta.Sed ſecundū hoc obijcitur cōmunis animi cōceptio eſt q nō quicūqz poteſt min⁹ poteſt maius:nec quicūqz poteſt facili⁹ pōt difficilius ergo nō ex eo q aliquis eſt abilis ad producendū facilioza opera virtutū abilis eſt ad ꝓducendū difficilioza:ſed per fidē: ſpem caritatē: eſt homo abilis ad facilioza opa:per alias virtutes ad difficilioza opera g̃ nō ex eo q aliquis habet fidē:ſpem:caritatē:habet alias virtutes. Jtē ex hoc videtur falſū quod dixim⁹ q oīs virtutes ſunt eiuſdē difficultatis.Solutio.dicimus q hec ꝓpoſitio eſt falſa in virtutibus.nō quicūqz poteſt facilius: poteſt difficili⁹.quoniā virtus leuat coꝛ homis ſupra ſe. vnde caritas leuat coꝛ hoīs ſupra ſe vt magis diligat deū q̄ ſe.et magis beatitudinē q̄ vitā temporalē: et propter hoc qui abilis eſt ad opera caritatis abilis eſt ad opera manſuetudinis licz ſint difficilioza eo q difficili⁹ eſt ſpnere ſe ſperni:q̄ ſpnere ſe ſe.verū eſt ergo in virtutibus q d abilis eſt ad facilius:abilis eſt ad difficilius producendū ſecundū eſſe. licet nō ſit abilis ad producendū illud de facili. ſicut dicimus q qui habet caritatē potēs eſt reſiſtere cuilibet tentationi et tētationi mortis. quoniā ex quo diligit deum plus q̄ ſe: ſi occurrat mortis tentatio et ipſe cōferat et bene vtatur caritate quā habz vincit illā.licet nō de facili. Ex hoc patet ſolutio ad vltimo obiectū. ſunt enī virtutes eiuſdē difficultatis quantū ad productionē vel perfectionē operum: licz non quantū ad facilē productionem eoꝝdem.

¶ Utrum verum ſit in politicis.

¶ Secunda queſtio huius capituli.

Secundo.

Tertio.

Solutio.

Ad ſecūm.

Figura.

Alia cauſa

Ad vltimū

Jterū ad.

Jterū ad.

Secundo.

Solutio.

per hoc ad rōnes.

Jterū ad

Secundo.

Solutio.

Ad vltimū

Af q sic. Quaeritur vtrū verū sit in politicis q qui hz vnā habet oēs. Probatur q sic. prudētie est omia opera bona scōz normā rationis dirigere ⁊ humanis actibus tanq̄ diuinis prouidere: g qui habet prudentiā ꝓuidet omibus actibus humanis tanq̄ diuinis: g actibus iusticie temperātie fortitudinis: g qui habet prudentiā habet oēs alias. sicut igit̄ per fidē ꝓbatur de theologic' q qui hz vnā habet oēs. ita per prudentiam probatur in politicis q qui habet ⁊c. Item indirecte sic. Non qui habet vnā virtutē nō habet oēs: ergo aliquis pōt hre continētiā ⁊ non habebit omēs. immo erit in pctō mortali. Contra. Scōm phm virt⁹ facit dignū beatitudine: g iste qui habet cōtinētiā dignus est beatitudine. Item. pro pctō mortali dign⁹ est sūma miseria: ergo simul ⁊ semel dignus est sūma btitudine et sūma miseria. qd̄ est impossibile: ergo et primū est ipossibile. s. qui habet cōtinentiā existēs in pctō mortali. restat ergo q qui habet vnā habet oēs

Secundo. Item. prius est cōsideratio finis q̄ operū ad finē: g si aliqs est casus ꝓpter qd̄ faciat opera castitatis opz q apprehendat tanq̄ finē opis deū. sed finis nō mouet nisi appetatur: g appetit deū tanq̄ bonū sibi: g diligit deū: ergo qui est cast⁹ diligit deū. aut ergo diligit deū q̄tum debet aut non. si non: non est virtutis. si diligit deū q̄tum debet ⁊ eius gra motus est caritatis: ergo qui habet castitatē politicā habet caritatē. Sed probatū est q qui caritatē habet habet omēs. g a primo qui habet castitatē hz oēs. Similiter pōt probari de alijs virtutib⁹ politicis. ⁊ ita patet q in politic' vera ē

In oppm sētētia ꝑdicta. Sed cōtra. virtus est ex frequēti bene agere. qm̄ ex freq̄nti bene agere caste fit castus. Sed contra. non est necessarium q qui primo frequenter operatur opera castitat' q frequēter operat opa fortitudinis aut alterius virtutis: ergo nō est necessariū q qui habet castitatē habeat alias politicas virtutes

Secundo. Item. virtutes politice sūt naturales. qm̄ nō excedūt metas liberi arbitrij quod est naturale. Sed ꝓstat q nō quicunq̄ naturaliter abilis est ad opa fortitudinis est abilis ad opera cōtinētie aut alteri⁹ virtutis. non

Solutio ergo qui habet vnā politicā habet omnes. Solutio. Virtutes politice dupliciter sumunt. Aliq̄ enī dicūtur virtutes politice virtutes cōsuetudinarie. de quibus agit aristo. in ethicis q̄ et in pctō mortali possunt haberi. qliq̄ dicūtur virtutes politice: prudentia/iusticia/timor/fortitudo/eo q regūt vitā humanā q̄tuz ad opera exteriora. de quibus in libro sapientie. Ille habent principiū extrinsecū: fidē/spē/caritatē. Si ergo hoc secūdo modo sumant' virtutes politice: dicimus sicut dictū est de theologicis q qui habet vnā hz oēs

duplices ꝟtutes politice. quontā tales nō fiūt ex frequēti bene agere: sed cōfirmātur. Si aūt aristo. de talibus intellexit dicimus q non fit in essentia ex frequēti bene agere: sed fit virt⁹ et scōm hoc virt⁹ est accidens sonās in cōfirmationem Si aūt primo modo dicūtur virtutes politice dicim⁹ q non quicūq̄ habet vnā habet oēs. qm̄ ꝑm hoc virtutes politice nō excedūt fines nature nisi in cōfirmatione. Ad primū igit̄ dicimus q prudentie est hūanis

Ad primū actibus tanq̄ diuinis prouidere. tm̄ qz ad hoc q prouideat efficaciter operibus alteri⁹ virtutis cū discretione sua exigit̄ sciētia de illa. Dicim⁹ q nō est necessariū q prouideat efficaciter opibus aliaꝝ virtutū. qm̄ multi habent scientiā operū fortitudinis qui non hnt

Alia opio. rum sue potētie quiescunt. Alia est opinio que dicit q quelibet virtus potest esse informis et etiam caritas. informatur aūt a gra que est quedā res celestis q̄ lenit rigat ⁊ perficit oēs virtutes. Sed contra. nulla ℈ hanc aī. dilectione informi possunt diligi oīa diligenda: ille ei qui est in peccato mortali pessimē hostē non habz q̄ se ipsum qui se interficit: sed ad hoc q dilectio informis esset caritas oporteret q ea diligeretur oē diligendū sicut dictū est de continētia informi et alis virtutib⁹ ergo nulla caritas potest esse informis. Item. de illa gratia queritur cū sit caritas anime et in aīa erit: ergo vel potentia: vel passio: vel habit⁹. potētia nō est Secundo. hoc patet. nec passio: quia propter passiones nō ē homo laudabilis vel vituperabilis. ergo illa gratia est habitus anime bonus et est ad bene operandū ⁊ īfūditur nobis sine nobis. ergo illa gratia est virtus. qđ ipsi negāt. Item. caritas diligit deū propter se et sup Tertio. omnia: etiā intellecto q non sit illa gra: siue res ille intelligantur ita. inde sic. iste diligit deū propter se ⁊ super omnia et decedit: ergo saluabitur. ḡ habuit virtutē perfectā et formatā: et non habuit dictā gratiaz ergo gra illa non est perfectio virtutū. ergo opinio illa non est sustinenda. qđ sine preiudicio concedimus. Solutio. Consequēter videndum est qualiter sustinēda sit illa opinio que dicit. q naturalia non fiunt gratuita. Primū ergo queritur vtruz eiusdē speciei sint informis ℈ incidēs et formata. quod videtur. Sunt enim eiusdem potē Aī q sic. tie: scz rationis et habent idē obiectū: secundū primā virtutē et per idem sūt: quia per speculū. ergo eadez virtus in specie est virtus: fides informis et fides formata. Itē vita ⁊ mors sūt contraria: ergo habent fieri circa idem. ergo fides informis que mortua dicit: Secundo. et formata que viua dicitur: sunt eiusdē speciei. Sed In oppm si hoc: ḡ aduenīēte forma qua fides debet formari nō expellitur ipsa. ex quo enī eiusdē speciei ē cū formata formabilis est. Solutio. dicimus q fides informis Solutio. et fides formata nō sunt eiusdē speciei: qz circunstātie sunt de esse virtutis: cum in eius diffinitione ponatur medietas circunstantie non ponūt actū immediate a virtute. est aūt actus circunstantijs vestitus. Ad illō Ad rōnem vero quod obicitur primo dicendū est: q potētia est eadē et actus idē: et idē obiectum: tamē non ē idem habitus. habit⁹ enī sunt ad facile agere. vnde ibi sūt diuerse difficultates: sunt diuersi habitus. et est falla- Falsa ꝓnīs tia cōsequentis. deberet enim addi et sūt eedē circunstantie. Ad illud vero soluendū est per interēptionez Ad aliud. huius: mors et vita sunt contraria: cum vita sit in aīali: et mors in cadauere.. Cōsequenter obicitur sic. sit Iterū aī. aliquis in caritate ⁊ peccet per luxuriā. queritur aut fides formata destruatur. videtur q non. qz luxuria nō opponitur ei. luxuria enī inquātum est luxuria opponitur continētie: inquātum offēsa opponitur caritati. solum ergo per ipsā: fides nō destruitur. Forte. Euasio. dicetur q fides per accidens destruit. s. per cōnexionē ℈ hāc aī. sed secundū hoc: cū fides oīno simpliciter sit et ipa oīno destruitur. ergo nichil de ipsa manebit. ḡ fides informis non manet: maxime cum prius ibi non esset. Preterea. si ibi ē fides informis a quo ē: a pctō non. Secundo. quia bonū non ē a malo: a deo nō. qz deus nō dat aliquid peccāti dum peccat. si propter hoc dicatur q nichil de fide manet. Cōtra. ille credit articulos fidei. ḡ ad minus habet fidem informē. Solutio. dicēdum q Solutio. luxuria expellit oēs virtutes: cōtinentiā ⁊ caritatem quia eis opponitur alias vero propter connexionem nō tñ sequitur q fides omnino destruatur: quia fides est totū victuale. est enī ad credendū prime veritati:

et ꝓpter se et sup oĩa. vnde destructa circũstantia manet quoddã quod est fides informis et generatur illud generatione degenerãte et nõ generatione ponente: sicut est in vino qñ cõuertitur in acetũ et nõ est ibi ꝓpria generatio nisi per accidẽs: sed non corruptio facit ꝙ ibi sit fides ĩformis: cũ enĩ ꝓius ꝓpter ꝓmã veritatẽ crederet testimonijs ⁊ miraculis: iam illis inmittitur ꝓpter ipam: nõ ꝓpter ꝓmãveritatem cum tam nõ assentit: sed ꝓpter se et sup oĩa.

¶ Utrum aduenĩente fide formata remaneat fides informis.

¶ Tertia questio huius capituli.

Querit vtrũ aduenĩẽte fide formata remaneat fides ĩformis vel ipa euacuet. ꝙ remaneat videt

Af ꝙ sic. qz bonũ non est contrarium bono: ergo vnũ bonum non excludit aliud bonũ: sed fides informis est bonũ: et similiter fides formata bonuz: ergo fides formata non excludit fidẽ informẽ: nec aliud excludit eã: ergo

Secundo. manet. Item. caritas nõ expellit naturalẽ dilectionẽ habens enĩ caritatẽ potest diligere deũ naturali dilectione. similiter pietas. virtus nõ excludit pietatẽ naturalem. pari ratione nec fides formata destruit fidẽ

Tertio. informẽ cum sit naturalis. Item. due scientie possunt esse in eodẽ: scientia. s. per cãm et scientia per effectuz sicut est in illo qui est astronomus et naturalis mꝫtũ astronomus habet scientiã de cursu stellarũ per cãm inꝫtum naturalis per effectũ: hz ergo duas scientias de eodẽ simul et semel: ꝯ pari ratiõe ⁊ duas fides põt

Quarto. simul habere de eodẽ: licet diuersas. Irẽ. gratia non est cõtraria nature: sed perfectio nature: ꝯ cũ virtutes informes naturales sint: gratia nõ est eis opposita: sz perfectio illaz: ergo perficit illas: ergo nõ excludit. ⁊

Probatio minoris. inde vt prius. ꝙ aũt virtutes informes sint naturales patz: qz super istud euangelij: Ibat ihesus per castella docens et predicans. dicit glosa: docens virtutes naturales.

Ad idem. Item. super euangeliũ de centurione dicẽte Nam et ego sum homo habens sub me milites. ⁊ ỏt glo. milites. i. virtutes naturales quas plurimi afferũt ad fidẽ xpi. si hoc afferũt quõ ergo expellit illas fides xpi. videt ꝯ ꝙ fides informis maneat cũ fide formata. Sz si hoc est: pari rõne scia pbor quã habuerũt de deo/⁊ fides formata potuerũt esse simul: ꝯ idẽ scit

In oppm et credit qz nõ põt esse cũ fides sit citra sciam ⁊ suprã opinionẽ. Itẽ sup io. iiij. samaritane. tã nõ ꝓpt te credim⁹. mulier samaritana est rõ hũana cui tã nõ credit

Secundo. qñ aĩa ꝑ verã fidẽ illuĩat: ꝯ aduenĩẽte lumĩe fidei cũ rõ euanescit ⁊ cessat/⁊ fides ĩformis q̃ rõib⁹ vl auctoritatib⁹ vel miraculis initit euacuat ex toto. Solutio.

Solutio. Due opiniones sũt sup hoc. q̃dã dicũt ꝙ manet: q̃dã

Pria opio dicũt ꝙ nõ. Sine ꝑiudicio dicim⁹ ꝙ fides ĩformis non manet cũ fide formata: tõ qz tm̃ lumẽ fidei formate ẽ ꝙ nõ patit secũ lumẽ virtut̃ ĩformis: ex q̃ ei credim⁹ ꝓpter ẋitati ꝓpt se ⁊ sup oĩa soli ꝓpter ẋitati initamur vñ tã nõ credim⁹ rõni aut miraculis aut auctoritatib⁹ ꝓpt se: sz solũ ꝓpt ꝓmã veritatẽ. ⁊ ita illuĩat habit⁹ credẽdi illis rõnib⁹ ꝓpt se. ⁊ sicut dictũ est supi⁹ eluminãt naturales scie de deo: ⁊ sic̃ fides ĩformis. sicut enĩ sole lucẽte cessat lumen lune ⁊ stellaz: sic lucẽte in microcosmo sole iusticie ꝑ verã fidẽ cessat lumẽ oĩm virtutũ informiũ q̃ sunt ad modũ stellaz aliquantulũ

Ad ꝓmũ lucentiũ in nocte pcti. Ad ꝓmũ ergo dicimus ꝙ fides formata nõ expellit informẽ per modũ ꝛietatis: sed per modũ simplicis opinionis. quia non compatitur illas secũ: sicut dictũ est de lumine solis ⁊ lumine stellaz. Ad idem dicim⁹ ꝙ reuera caritas nõ excludit naturalẽ dilectionẽ quoniam talis dilectio est scdm ꝓpria nature: nec inmittit alicui exteriori. vnde: pure naturalia nõ excludit virtus: habit⁹ tamẽ informes excludit: ex hoc ptz solutio ad quarto obiectũ. Ad tertium dicim⁹ ꝙ secus est de duab⁹ scietijs: quia vna scientia nõ hz ptãtez sup fidẽ iformẽ. Ad vltimũ dicim⁹ ꝙ plurimi afferũt ad fidẽ christi virtutes informes ꝑ modũ parationis: tamẽ aduentente fide christi eluminantur: sicut timor seruilis foras mittit aduentẽte caritate/licet quodãmodo iducat caritatẽ. Ultimo q̃ritur quomõ intelligẽdũ sit quod dicit augustin⁹ super epl̃am ad gala. in fine: Caritas est in fide: nõ enĩ est in ea sicut pars ĩ toto/vel totũ in parte: quia si hoc esset non diuiderent adinuicez caritas ⁊ fides: nec ꝙ vt duo numerarent: cum tamen dicat apostol⁹ fides/spes/caritas/tria hec. Item. caritas non est in fide: sicut spes in genere/vel gen⁹ in specie: nec sicut regnuz in rege: nec sicut contẽtum in cõtinente: reliquit ergo ꝙ sit in fide sicut accidẽs in subiecto: ⁊ etiã videt ꝙ esse ĩ subiecto est ꝙ cũ sit in aliquo nõ sit quedã pars: impossibile est esse sine eo in quo est: ꝯ cum caritas sit in fide et ipossibile est ipsam eẽ sine fide: videt ꝙ sit ĩ ipso sicut accidẽs ĩ subiecto. Sed õ nichil ponit vniuoce de subiecto ⁊ accidẽte eius: ꝯ cũ virtus dicat vniuoce de fide ⁊ caritate: caritas non erit in fide: sicut accidẽs in subiecto. Forte dicit ꝙ caritas est in fide sicut anima in corpore: et sicut aĩa perficit corp⁹ naturaliter sic et caritas fidẽ perficit spũaliter: ⁊ sicut corp⁹ nõ mouet nisi ab aĩa sic nec fides operat nisi ꝑ caritatẽ: dicit enĩ apls ad gala. fides q̃ per dilectionẽ opat. Sed ꝓtra. ex corpore ⁊ aĩa fit vnũ. ex caritate ⁊ fide nõ fit vnũ: ꝯ caritas nõ est in fide sicut aĩa in corpore. Itez. motus corporalis nõ est separat⁹ a motib⁹ aĩe: quia corp⁹ nõ mouetur nisi ab aĩa. sed motus fidei separat⁹ est a motibus caritat̃. habẽt enĩ virtutes suos mot⁹ sepatos essentie sicut ⁊ ipse abinuicẽ diuidũtur: ꝯ nec quantũ ad habitum nec quantũ ad motũ se habet caritas ad fidẽ sicut aĩa ad corp⁹: quod cõcedim⁹ dicẽtes ꝙ caritas est in fide sicut effect⁹ in causa. fides enĩ sicut ꝓbatũ est supra: est cã caritat̃: cũ enĩ fides sit cognitio pulcritudis veritatis ꝑme de necessitate gñat dilectionẽ in affectu ⁊ ita caritatẽ: est ergo fides causa caritatis.

¶ De transitu nature in gloriam.

¶ Tractatus decimussextus.

Dicto de transitu nature in gratiã: dicendum est de transitu nature in gloriã. primo dicendũ est qualiter intelligẽdũ sit istud apostoli. Cũ venerit qđ perfectum est euacuabit quod ex parte est. secũdo de fide: vtrũ euacuet ⁊ quomõ. tertio de caritate de illis de quib⁹ apls facit mẽtionẽ sicut est ꝓphetia ⁊ hmõi. quarto ⁊ vltimo de cardinalib⁹/quomõ ⁊ scdm quos vsus maneant in patria.

Arca primũ sic obicit. cũ venerit quod perfectũ est euacuabit quod ex pte est: sed caritas est ex parte: ꝯ caritas euacuabit. ꝙ caritas sit ex parte patz quia dicit ysa. Dixit deus cuius ignis est in syon ⁊ camin⁹ in iherusalẽ: ⁊ loquitur de igne caritatis. Itẽ in euãgelio. Qui minimus est in regno celoz maior est iohãne baptista. Itẽ impfectũ meũ viderũt oculi mei Item apostolus: hoc ipsum sentiamus ꝙ imperfecti sumus: patet ergo ꝙ caritas est ex parte: ergo euacuabit: quõ ꝯ verũ est ꝙ caritas nũq̃ excidet. Solutio.

af õ dictuz pauli.

Probatur minor.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Solutio.

aliq̃d dicitur ex parte dupliciter/scilicet secũdũ essentiam:ꝛ secundum accidens. secũdum essentiã sunt ex parte fides et spes:quia de essentia fidei est speculum et enigma:de essentia spei est expectatio:ꝛ ꝓpter hoc fides et spes euacuabunt secũdũ essentiam: sed caritas est in parte secundum accidens gratia scz ꝓfectionis sue quãtum ad intensionẽ. Opinio enĩ nostra est q̃ intensio nõ imutat speciẽ qualitatis:ꝛ propter hoc caritas non euacuabitur secundũ essentiam : sed tantum scõm accidens:ꝛ ꝓpter hoc dicit apostol⁹. Caritas nũq̃ excidet. intelligenda est igit auctoritas illa. Cum venerit quod ꝓfectum est.ꝛc.vniuersaliter:qm omne quod est ex parte euacuabit quod scõm essentiam est ex parte scõm essentiã euacuabitur: et quod secundum accidens est ex parte secundũ accidẽs euacuabitur.

Ad rõnem

¶Quomodo intelligendũ est illud apostoli. cum venerit quod perfectum est.ꝛc.

¶Secunda questio huius capituli.

SEcundo queritur de fide: videtur enĩ q̃ non debeat secundũ essentiam euacuari:ꝛ primo sic in directe:cessante causa cessat effectus.hec ꝓpositio veritatẽ habet in causis essentialibus:licet nõ habet veritatem in causis volũtarijs:sicut patet in fabro ꝛ cultello:ꝯ cum fides sicut predictum est sit causa caritatis secundũ essentiam: cessante fide/cessat caritas.sed fides cessabit:quia secũdũ essentiam euacuabit: ergo caritas euacuabitur scõm essentiã:quod est ꝓtra predicta. Itẽ visio albi scõm q̃ albũ est eiusdem speciei per medium:siue non:siue obscure:siue clare videatur:ꝯ pari ratione eadẽ visio dei secundum q̃ de⁹ est eiusdem speciei siue videat deus ꝑ medium siue nõ: siue videat clare / siue obscure. sed visio fidei non est nisi visio dei per medium et obscure.visio patrie est visio dei sine medio ꝛ clare:ꝯ visio vie ꝛ visio faciei siue patrie sunt eiusdẽ speciei:ergo eiusdez essentie: ergo vna nõ excludit aliã:immo vna manẽte scõm essentiã alia manet: ergo visio fidei siue fides manebit in patria scõm essentiam. Itẽ.visio fortis qua videtur per aera medium tñ.ꝛ visio eiusdẽ qua videtur per medium aera ꝛ speculũ est eadẽ visio scõm speciẽ: ergo pari ratione visio spũalis patrie ꝛ visio vie sunt eiusdẽ speciei nõ impediẽte q̃ hic videt deus per speculũ et inde vt prius.Solutio. Ad primũ dicim⁹ q̃ quis fides euacuetur secundũ essentiã: non tamẽ scõm totam essentiã: euacuabitur quidẽ secundũ essentiã speciei:non scõm essentiam generis:quia manebit iquãtũ cognitio:licet euacuet inquãtũ speculũ siue enigma.ipsa autẽ gñat caritatẽ inquantũ cognitio:ꝛ scõm hoc manebit sicut caritas.dicim⁹ ꝯ q̃ fides euacuabitur scõm numerũ ꝛ spẽm:sed nõ secundũ genus.spes vero euacuabit scõm numerũ ꝛ scõm spẽm et secũdũ genus:quoniam nulla futuri expectatio remanebit.

Af q̃ non.

Secundo.

Solutio

Ad primũ

Ad aliud dicim⁹ q̃ fides nõ est ꝓpie visio dei:sed ẽt quedã cognitio vel cõiecturatio intellect⁹. Dicit enĩ videri res ꝓpie sicut dicit augustin⁹ sup scõz ad coz. vbi agit de raptu pauli:videtur enĩ res ꝓpie vel per speciem siue speciei sicut videntes res absentes q̃ scõm augustinũ generãt cognitionẽ sui i aĩa: vel scõm suã ipsius p̃sentiã sicut intellect⁹ se itelligit:sicut q̃ habet fidẽ videt eã in corde suo sicut dicit augusti.Cũ ergo nõ videat de⁹ visione fidei aut per ꝓpriã spẽm sue speciei:aut per suã ipsius p̃sentiã:ptz q̃ fides nõ est ꝓpie visio dei.vñ in exodo.Nõ videbit me hõ ꝛ viuet et iõ deũ nemo videt vnq̃.dicim⁹ꝯ q̃ fides visio facit nõ sunt eiusdẽ spẽi: nec ẽ sibi q̃ inducit ꝑ similitudo quia dato hoc q̃ tamen habet calũpniam q̃ eiusdez sit visio albi sine speculo et visio eiusdẽ cũ speculo:nõ tamen simile est:quia speculũ imaginẽ sibi resultantem in ipo transmittit ad instrumentũ videndi.sed creatura que est speculũ trinitatis quale nõ transmittit speciem vel imaginẽ proprietatis dei in spũale organũ videndi:sed solũ facit cogitare et cõiecturare de deo tanq̃ speculũ longincũ.vnde signãter dixit apls: videmus nunc per speculum in enigmate: quia scit per speculum longincum.

Ad aliud.

Augustin⁹

In exodo.

Augustin⁹

Augustin⁹

Ad rõnem potest dici.

¶De fide et spe.

OBjectum est q̃ fides est causa essentialis caritatis similiter et spes:quia fides generat spem: spes caritatem:sicut dicunt scti. Inde sic. Spes est cã essentialis caritatis:ꝛ cessante causa essentiali cessat effect⁹ ergo cessante spe cessat caritas. sed spes euacuabitur et secundũ numerũ et scõm speciẽ et secunduz genus nulla enĩ erit expectatio in patria:cum expectatio sit rei habende: ergo et caritas euacuabit ex toto. Itẽ. fides non generat caritatẽ nisi per spem mediã.simili modo cognitio succedens fidei nõ generabit caritatẽ nisi mediãte illo quod succedet fidei. si ꝯ nõ fuerit illõ mediũ:istõ mediũ neq̃ cognitio gñabit:quia nõ erit illud mediũ:ꝯ cognitio patrie nõ generabit caritatẽ: ergo caritas nõ manebit illud mediũ. patz q̃ sicut dt aug.in visione et amore tota cõsistit bitudo. Videbimus enĩ et amabim⁹:amabim⁹ et laudabim⁹. Si dicat q̃ ibi erũt tria:cognitio/fruitio/ꝛ amor:nõ tñ põt dici q̃ fruitio gñat caritatẽ.caritas enĩ nõ erit ex fruitione:sed ecõuerso. Solutio. Fides/spes/caritas sũt quedã trinitas creata i aĩa q̃ quã assimilat aĩa trinitati increate. assimilatur etiã illa trinitas creata trinitati increate in hoc:q̃ sicut filius ꝓcedit a pre:et spũscus ab vtroq̃:ita spes gñat a fide: et caritas a fide ꝛ spe. Item.sicut pater spirat spũscm imediate ꝛ mediante spirat etiã de se spũscm:quia dat filio q̃ spiret spũsctm ita fides imediate gñat caritatẽ. sufficit enĩ visio sũme pulchritudis ad dilectionẽ ei⁹. sicut estimatio horribilis ꝛ nociui sufficit in oue q̃ fugiat lupũ. Itẽ.mediante spe gñat fides caritatẽ. incognitos ei diligere nõ possumus.pz igit q̃ fides est cã sufficiens et ꝑma ꝛ ꝓncipalis caritat⁹:ꝯ spe cessante cessabit caritas.ideo quia spes nõ hz hoc a se q̃ generet caritatẽ:et quia est alia cã ꝓncipalis et sufficiẽs ad gñatiõnem caritat⁹.s. fides siue cognitio fidei succedens.et est simile.esto q̃ duo vulnerẽt illũ letaliter ita q̃ vterq̃ sufficiẽter. pz q̃ nõ sequitur.hec plaga est cã essentialis et sufficiens quare ille moriat: ꝯ cessante illa plaga nõ moriat:ille dz addi et nõ est alia cã sufficiẽs in illo. Ad aliõ respõdem⁹ ꝑ interẽptionẽ.dicim⁹ enĩ q̃ fides est imediata caritat⁹.

Af q̃ non.

Secundo.

Ad aliud.

¶De spe.

¶Tertia questio huius capituli.

TErtio queritur de spe:ꝛ videtur q̃ non euacuabitur. Timor enĩ et spes sunt due mole. timor enĩ reprimit spẽ ne luxuriet in p̃sũptione.spes eleuat timorẽ ne degeneret in pusillanimitatẽ.inutilis est ꝯ vna mola sine alia. vñ ꝓhibet in lege ne altera mola sumatur loco pignor⁹.sed timor erit in pria:ꝯ ꝛ spes. q̃ tior sit in pria.ot psal. Tior dñi sctus ꝛc. qõ expõit augu.de timore:et fm essentiã suã: et gratia effectus dicẽs q̃ hoc eo modo dictũ est:sicut dicitur Paciẽtia

Tertio.

Augustin⁹

pauperum non peribit in finem.i. fructus pacientie. Similiter timor dñi ꝛc.i.fructꝰ timoris vel effectus.

Secundo. Item sicut spes est de futuro bono:ita timor de futuro malo.sed timor manebit non ipediente hoc quod est de futuro:ergo ꝛ spes manebit nō impediente hoc ꝙ ipa est de futuro: ꝛ nō est alia causa que impediat: ergo spes manebit in patria. Solutio. Due sūt spēs timoris casti.timor scz separationis:ꝛ timor reuerentie.Timor separationis siue offense non manebit:respicit enī talis timor futurū sicut spes.vnde diffinitur aliquando sic.Timor est suspitio mali:ꝛ est diffinitio per causam . timor vero reuerentie est de pñti. vnde Tremebūt angeli.ꝛc. Est autē reuerētia resilitio ab altitudine dei ad propriā paruitatē. Dicimꝰ ergo ꝙ timor castus inꝯtum est timor separationis est mola sicut spes inꝯtuꝫ est timor reuerētie manebit: sic alit non est mola/nec spectat ad futurum.Ex hoc patet soluto ad obiecta.

Solutio. Duplex timor.

Ad primū per hoc ad rationes.

De caritate.

Scōm capitulū huius tractatus.

Postꝙ dictū est de fide ꝛ spe:dicēdū ē de caritate et ea q̄ dicit aplꝰ vacuāda:cū dicit Siue pphetie euacuabunt siue lingue cessabūt siue scia destruet. ex parte enī cognoscimus:ex parte prophetamus. cum aūt venerit qđ perfectū est euacuabit quod ex pte est prophetia est essentialiter de futuris.ibi autem erunt oia presentia:ꝛ nichil futuꝝ. simiiter patet ꝙ lingue cessabunt:qz tūc erūt oēs docibiles dei.vnde nō indigebimus vsu lingue:sed de caritate ꝛ scientia dubium est. Primo dicemus de caritate. scđo de scientia. ꝙ caritas euacuetur ꝓbat sic. Sicut se habet gratia ad naturam:sic se habet gloria ad gratiā:qz sicut in infinitū maior est virtus in statu gratie ꝙ sit virtus in statu nature: ita maior est in infinitū virtus in statu glie ꝙ in statu gratie.sed in infinitū augmentū virtutis in statu gratie respectu statꝰ nature facit ꝙ alius sit habitus in statu gratie:ꝛ alius in statu nature scōm speciem.ꝛ etiā facit ꝙ euacuetur habitꝰ naturalis:ꝑ parratione in infinitū augmentū caritatis virtutꝫ in glia facit ꝙ alius sit habitꝰ scōm spēm in gloria ꝙ in statu gratie:et ꝙ habitus gratie euacuet. sed caritas vie ē habitus in statu gratie:ergo caritas vie euacuabitur Solutio. Dicimꝰ ꝙ augmetū nō facit habitū alterꝰ spēi:sz circūstātie diuerse. cū enī habitꝰ virtutꝫ pfecte habeat suū motū vestire oibꝰ circūstāciis suis mutatꝫ scōz spēm mutat ꝛ habitꝰ.vñ hec est circūstātia quare oia non sunt in virtutibus naturalibꝰ: sunt aūt in gratuitis.palam est ꝙ scōm speciem differunt habitꝰ gratuiti a naturalibus.sed virtutis in statu gratie et statu glorie eedem sunt circūstantie : licet diuersitas sit intensionis.et propter hoc manet habitus. Item.caritas est desiderū summi boni : sed desiderium euacuabitur:ergo et caritas. prima patet per hoc quod dicit psalmista.Sicut ceruus desiderat ad fontes ꝛc. ergo cum hoc desiderū sit virtutis maxime debet eē caritatis.Media propositio multipliciter probatur. Primo sic.dicit anselmus cantuariē.Caritas est desiderū in expectatione:gaudiū in peruentione: ergo cum desiderium sit in expectatione.omnis autem expectatio cessabit et omne desiderū cessabit: ergo desiderium euacuabitur. Item.si desiderū manet non remanebit desiderū rei hñde:sz iā habite. vt plꝰ habeat vel vt ꝓtinue habeat.sic pari rōne expectatio erit

Solutio.

Iterū af.

ꝓbat mior

Secundo.

in patria vt plus habeat:ꝛ vt cōtinue habeatur:ergo qua ratione manebit desiderū ꝛ expectatio:sed expectatio nō erit ibi: ꝑ nec desiderū. Item ōne quod erit ex parte substantialiter euacuabitur:sed desiderū est substantialiter ex parte:ꝑ desiderū euacuabitur.prima propō patet cū dicatur in pte labor: in toto quies Media ꝓpositio probatur sic: desiderū est aut re q̄ non habetur:aut de re q̄ plene habetur:vtroq; autez modo cū desiderū est substantia ex parte. Item super illud apostoli cū venerit quod perfectū est euacuabitur quod ex parte est: dicit glosa.euacuabitur non id quod verū est:id quodverum est appellat id quod assimilat nos deo: sed desiderū non assimilat nos deo: in deo enim nō cadit desiderū:quia in eo nō cadit motus:ꝑ desiderū non est id quod verū est:sic desiderū euacuabit. Item motus et quies sunt contraria vel vt contrario mō opponūtur sicut dicit aristo. si ī patria erit quies plena qz plenū subiectū mētis ꝛ eternitatꝫ ergo in patria nō erit motus: sed desiderū est motꝰ: ergo nullū desiderū erit in patria.si ergo omne desiderū euacuabitur: et caritas est desiderū : ꝑ caritas euacuabit.Sed cōtra.caritas nūq̄ excidet. Item ꝙ desiderium maneat ī patria probat quia dicit petrus in prima canonica de christo in quē prospicere desiderāt angeli:ꝑ in angelis est desiderū:ꝑ ī patria. Item super illud exodi.Nō videbit me homo ꝛ viuet .dicit beatus gregorius: ꝙ angeli vidēt deū : q̄uis desiderent prospicere in ipsum ꝛ improbat errorē quorūdā dicētiū ꝙ angeli desiderāt videre deū:ꝛ non vident.ꝓ hoc ꝙ dicit dñs in euāgelio . Angeli semp vident faciem pris mei qui est in celis : ꝛ illa visio nobis ꝓmittit in iohanne vbi dicit dñs:et manifestabo ei meipm:ergo secundū ꝙ dicit gregorius:desiderū est in angelis:et mde vt prius. Item dicit gregorius ꝙ in patria erit de ꝙrtoꝝ gre. siderū in satietate: et satietas in desiderio: desiderū vt tollat fastidiū:satietas ne angustia sit ibi. Item eccle siastici.xxiiii.Qui edunt me adhuc esurient:et c.ergo esuries et sitis sūmt boni erit ibi: sed non esuries aut sitis ex defectu: quia in apocalipsi dicitur.Nō esurient neq; sitient amplius:ꝑ esuries et sitis ex desiderio:ergo desiderū erit ibi . Item leccator q̄ cibos diligit delicatos : semper comedere desiderat q̄diu nō fastidit cibus:ꝛ si nūq̄ fastidiret semp comedere desideraret quomā in actu comestionis habet delectationē quaz querit et nō aliter: ꝑ cū dulcedo dei nūq̄ fastidiū generet:fruunt enī nec fastidiūt quo frui magis sitiunt. qui delicate deū diligit: semp deū desiderat delectari ī ipso:ergo nūq̄ desiderū cessabit:quia delectatio nō cessabit:Quod cōcedimꝰ dicētes:ꝙ verū desiderū cū satietate erit in patria.Ad primū dicimꝰ ꝙ auctoritas beati anselmi intelligenda est de desiderio secūdum statū vie quod est sine satietate:illud enim iquātū hmōi in satietate est vt per satietatē comitē impleatur. vnde:satiabor cū apparuerit gloria tua.Ad secundū dicimus ꝙ nō erit desiderū vt plus habeatur vel vt cōtinue:sed erit fixum in delectatione ipsa sicut dictum est de desiderio leccatoris . Ad tertium dicimus ꝙ desiderium summi boni non est ex parte essentialiter:quantum ad naturam hominis:immo perfectio est eius:stabilit enī mentē hominis in fine suo:ꝛ in suo delectabili confirmat : est tamen desiderium nostrum respectu dei imperfectū:quantumcūq; enim diligimus deum: in infinitum magis diligit se deus: secūdum quid:ergo est desiderium caritatis ex parte

Tertio.

Minor ꝓbatur.

Ad idem.

Ad idem.

In oppm Secundo.

Tertio.

Gregorius

Quinto.

Sexto.

Solutio.

Ad primū

Ad scōm.

Ad tertiū.

quia respectu dei: sed simpliciter est nō ex parte: fides vero et spes sunt ex parte: ⁊ secundū naturā hominis
Ad ārtum et respectu dei. Ad quartū dicimus q̄ desiderū caritatis ē id quod verum est: assimilat autē nos deo: nō ratione motꝰ: sed ratione affectus sui: scz delectatiōis delectat enim in deo sicut ⁊ deus delectatur ī seipso.
Ad vltimū Ad vltimū dicimus q̄ quies dicit duplicit: vno modo dicit quies priuatio motus: et secundū hoc contrariū vel quasi cōtrarium est motui: necꝫ sic erit quies in futuro. Alio modo dicitur quies status in fine ppio nichil ārēdo extra: ⁊ secūdū hoc nō est quies motui delectationis contraria: immo manet simul quies in ppio delectabili: ⁊ motꝰ delectationis in eodē vt quiescat delectando: ⁊ delectet quiescendo. siue prophecie euacuabuntur: siue lingue cessabunt: siue scientia destruetur caritas nūq̄ excidet: patet ergo q̄ scientia destruetur. si ergo cōcedat. Cōtra. aut intelligit apostolus de scientia q̄ est cognitio humana ⁊ rez: aut de illa q̄ est cognitio diuina ⁊: si primo modo ītelligit: ḡ de dono sciētie: dono enī sciētie cognoscimꝰ res hūanas: sed ptra: donū sciētie est in christo: sicut dicit ysaias. et in angelis sicut dicit ambrosius vt legit ī tertio sentēcia ⁊: ḡ pari rōne idem donū erit in futuro in aliabꝰ sanctis. Forte dicet q̄ sciētia nō euacuabitur scdz substantiam: sed secundū vsum ⁊ modū: sicut dicit augu. sup eundē locum. Sed contra. glo. augu. sup eundē locū dicit: scientia destruet quia est p speculū: sed propter aliud nō destruet fides scdm substantiā nisi quia est per speculū: oīne enī quod est per speculū est substantialiter ex parte: ḡ pari ratione ⁊ sciētia destruetur scdm substantiā. Ītē probatur q̄ non euacuetur secundū vsum: vsus enī eius est cognoscere res humanas ⁊ imperare de faciendis que fiant et de nō faciendis: q̄ nō fiant: secundū hūc vsum habebit donū scientie in patria. Cognoscunt enī sancti res humanas vt ꝑmia ⁊ merita aliox ⁊ diligunt vnū magis alio ad impertū sancti doni: ḡ donū sciētie scdm q̄ de rebus humanis est nō secūdū substantiā nec scdm vsum destruetur. Forte dicet q̄ apostolꝰ sumit ibi scientiā secundū q̄ est cognitio rez diuinax ⁊ cōprehendit intellectū ⁊ sapiētia. Sed si hoc ergo ītellectus ⁊ sapiētia destruētur substantialit cū sint per speculū secūdum q̄ dicit glo. augustini: hoc autez est falsum: quia donū intellectus/⁊ donū sapientie: fuerūt in christo ⁊ sunt: ⁊ etiā in sanctis angelis: ḡ ⁊ illa erūt in aiabus sanctis. Forte dicet q̄ intellectꝰ non est ppie in deo: sed tantū de diuinis creaturis: ⁊ propter hoc nō oportet q̄ sit cognitio per speculū. Sed opponit de sapiētia: certum est enī q̄ ipa est cognitio dei ⁊ de deo propie: ḡ cū in via nō cognoscatur deus immediate: quia nō videbit homo cum ⁊ viuet: relinquit q̄ sapiētia secundū essentiā suam est visio per speculū: ḡ donum sapientie est substantialiter impfectū: ergo substantialiter euacuabit. Solutio: dicimus q̄ apl̄us sumit sciētiam large scdm q̄ cōprehēdit cognitionē humanax rerum: q̄ est donū sciētie: ⁊ cognitionē rerum diuinax: q̄ est donū intellectus propie: ⁊ donū sapiētie impropie: sicut tā dicimꝰ. Ad primū dicimꝰ q̄ scientia destruetur non scdm substantiā: sed secundum modū ⁊ vsus quoscdā: nō oēs: quia ḡ dicit apl̄us q̄ destruetur: intelligimꝰ quātum ad modū ⁊ vsus. Ad secundū dicimus q̄ duplex est speculū: ppinquū scz et remotum: propinquū speculum dicimus quādo per rem alicuius speciei cognoscitur res eiusdez speciei: sicut anima seipsam cognoscens: seipsa per intellectū assimilantē cognoscit animas cognoscit ⁊ angelos et omnes incorporeas substantias: sicut dicit augustinꝰ Augustinꝰ
Similiter vidēs aia pfectiones suas presentes per intellectū assimilātē cognoscit easdē in angelis p hmōi speculū cognoscit res humanas: sciētia ⁊ intellectus res diuinas: ⁊ ppter hoc quia cessabit talis modꝰ videndi in futuro dicimus q̄ quantum ad modum destruetur tam scientia q̄ intellectꝰ: in futuro enim videbimus deum sicut et cognoscimus angelos in suis propriis specieb⁹: nullo obstāte sicut angeli ante peccatum cognoscebāt creaturas in speculo eternitatis: Nota.
et in ppriis specieb⁹ sicut ⁊ video aliquod corpus mediāte suo proprio colore. remotū speculum est quādo aliqd videtur per aliud quod neqꝫ eiusdez speciei neqꝫ eiusdē generis est cum ipso: sicut videmꝰ deum per speculum creature: sic est fides per speculum. visio autē per tale speculum substantialiter est ex parte et non visio per speculum ppinquum: et ita patet q̄ secus est de fide: ⁊ secus est de scientia vel intellectu.
Ad rōnem Ad istud quod obicitur q̄ non euacuabitur sciētia secundum vsus dicimus q̄ reuera quidā vsus doni sciētie remanebit: sed tamen quidam vsus siue quedam opera destruentur secundū/scilicet q̄ se habēt ad prauam ⁊ peruersam nationē: in patria enim non est prava natio aut diuersa. Ad illud quod obicit de intellectu dono: dicimꝰ q̄ reuera intellectꝰ nō est de deo propie: sed de diuinis q̄ sicut dictū est habēt cognosci p speculū primum: vnde ⁊ ipse intellectus euacuabit scdm modū: quia tūc nō erit per hmōi speculum: sed non destruetur scdm vsum. omnis enī alius vsus manebit ibi vt ītelligimꝰ distinctionē et ordinē angelox Ad aliud.
et hmōi. Ad vltimū dicimus q̄ sapiētia ppie loquēdo nō est cognitio dei: sed pceptio quedā gustus spūalis per modū experiētie: deus enim ipse facit et in palato aīe dulcedinē quā sapozat sapiētia: sicut ipm mel in gustu materiali est: ḡ sapientia pceptio siue sapozatio quedā dulcedinis dei immediata: vnde nec scdm modum videt q̄ vsus euacuabitur sicut caritas: sed solum cum hic sit imperfecta crescēdo perficietur in futuro. Ad vltimū

De virtutibus cardinalibus.

Tertium capitulū huius tractatus.

Circa vltimū queritur de virtutibus cardinalibꝰ dicit augu. ⁊ beda sequens ipm q̄ quattuor virtutes cardinales manebūt in patria: sed alios habebunt vsus q̄ in via. dicit enī q̄ prudentie vsus erit nullum bonū opponere deo vel equare. tēperantie vero vsus erit nullo motu noxio delectari: fortitudis deo firmiter adherere. iusticie vero esse subditū deo regēti. De prudentia iam dictū est in questione de scientia dono: scdm enī essentiā sunt idē. Dicimus enī q̄ eius vsus propius in futuro erit discernere siue iudicare per modū iperij deū esse oībus preponendū ⁊ dignores creaturas minus dignis. De tēperantia vero ponitur hic: qm̄ nullo modo noxio delectari est pura negatio: ergo non est vsus alicuius virtutis. Forte dicet q̄ nullo modo nullo motu delectari est detestari oēm motum illicitū carnis. ⁊ hic erit vsus temperantie in futuro. Cōtra. detestari motꝰ illicitos est motꝰ vis irascibilis: ḡ nec ē nec erit motꝰ tēperātie cū tēperātia sit in cōcupiscibili. Ītē. cōstat q̄ sci volūt eē mūdi oī mūditia: ḡ velle oēm motū īmūditie abesse erit Augustinꝰ Beda. Propius vsus prudētie. Arguitur de tēperā-tia. Euasio. ℥ hoc ar. Secundo.

alicuius virtutis in eis.non nisi tēperātie: ergo velle oēm motū illicitū carnis vel īmundū abesse erit vsus temperantie.nō ergo detestari ⁊c. Si hoc concedat.

In oppo^m Contra.temperātia erit in futuro: ergo pari ratione fides erit in futuro:q; velle abesse motū infidelitatis erit in futuro. ⁊ ita qua ratione tēperātia erit in futu

Solutio. ro et fides. Solutio. Dicimus q; beda assignat stat^9 cardinalium virtutuz in futuro et nonvsus principales.principalis enī vsus tēperātie erit in futuro velle abȷcere oēm motū illicitū carnis secundarius vero detestari oēm motū illicitū carnis:secūdū q; detestari

Ad primū estvelle fugere. Ad primū ergo iam patet solutio:q; beda loquitur de virtutibus scōm suos status et non

Ad scōm. secundū suos principales vsus. Ad scōm dicim^9 q; detestari aliquid tripliciter sumitur.qñq; ꝺ; detestari p modū iudicij.qñq;.s. iudicamus aliquid esse detestabile.⁊ scōm hoc detestari ratōnis est. Item.qñq; per modū vindicte insurgere.s.contra aliqꝺ tanq; detestabile.⁊ scōm hoc est in trascibili:⁊ est tres per zelū. Tertio modo fugere:q; nociuū et quasi contrariū ꝓpto

Ad vltimū fini: secūdū hoc detestari oēm motū illicitū carnis est in vi concupiscibili:⁊ est tēperantie virtutis. Ad vltimū dicim^9 q; secus est de fide. fidei enī ⁊ oīm virtutū quarum motus sunt in precepto sūt vsus principales in affirmatione. vnde velle abesse motū infidelitatis non est principalis vsus fidei:sed temperantie et oīm virtutum quarū sunt motus in ꝓhibitione sunt vsus principales in priuatione.⁊ propter hoc velle abȷcere omnem motū carnis illicitū est vsus temperantie

af de fortitudine. principalis. Item.de fortitudine obicit. dicit beda q; fortitudinis erit deo firmiter adherere. Sed videtur

Secundo. q; hoc erit caritatis:caritate enī inherem^9 deo firmiter.vnde et ipi attribuitur resistere tentationib^9. Itē

Tertio. fortus vt mors dilectio: ergo firmiter inherere deo ē caritat[:non ergo fortitudinis. Itē. fortitudo erit in patria:ꝯ cū patiētia sit spēs fortitudinis patiētia erit in patria.hoc etiā patet per hoc q; in deo est patiētia.

In oppositū Sed contra.dicit augustin^9 q; ideo dictū est. Patiē-

ꝙ augusti. tia pauperū non peribit in finē:q; premiū patientie si ue fructus nō peribit: ergo nō manebit nisi q;tum ad

Secundo. fructus:ergo non manebit in essentia sua. Preterea nō erit op^9 patientia:q; ibi non erit voluntas patiendi vel sustinendi nec potuit sustinere: ad quid igitur

Eua sio. patiētia. Forte dicet q; ad decorem aīe:ergo pari ratione et habitus fidei:cū sit decor anime manebit in

Solutio. patria. Solutio. Ad primū dicim^9 q; caritas quādo

Augustin^9 q; dicitur fortis a fortitudine virtute:sicut dicit aug. q; iusticia est prudens et prudentia iusta.propter connexionē eī virtutum qñq; denominatur vna virt^9 ab alterius virtutis proprietate. Item. qñq; ꝺ; caritas fortis.i.firma:et secūdū hoc firmitas est dispositio caritat[:⁊ sc̄ꝺ; hoc q; caritas ē maior ⁊ firmior:illa tñ firmitas auget ⁊ roborat ꝓ fortitudinē cui^9 essentialiē ē

per hoc ad ipa firmitas.⁊ ita ꝓz q; et si inherere deo firmiter sit primū. caritatis:tamen non essentialiter sicut fortitudinis dicitur propter hoc esse principalis vsus fortitudinis.

Ad secūdū Ad secundū dicimus q; patientia erit in futuro: licet nō habeat actum aliquē :erit tamē parata operari: si

Ad tertiū. opus esset:erit etiā ad aīe decorē. Ad hoc autē quod obicit de fide dicimus q; nō est simile: fides enī nō est tanta pulcritudo anime:quāta exigit in aīa:fides enī habet aliqd veritatis ⁊ aliqd vanitatis:veritatis quidem inquantū est cognitio : vanitatis autē inquantū est speculum creature: vanitas enī vanitatū ⁊ omnia vanitas et ꝓpter illā vanitatē oportet q; euacuet secundū substātiā ⁊ succedat ei aperta cognitio que est simpliciter aīe pulcritudo michil habēs nisi veritatis et propter hoc significatū dicit augustinus in pfecto Augustin^9

nō istud quodverū ē destruetur:dictū est q; patientia erit in patria:licet non habeat actū aliquē quia nō est opus pati aut sustinere.Sed cōtra.patiētia erit ī pa- Iterum af

tria:ꝯ habitus patiendi erit ibi: sed nō patiēdi in illo statu:sed patiendi si status esset: ꝯ pari ratione cū voluntas expectandi bonū: si esset status expectationis maneat in patria ⁊ spes deberet ibi remanere. Forte

Euasio. dicet q; ideo nō erit spes ī patria : q; nō assimilat nos deo:sed patientia nos assimilat deo: et ꝓpter hoc nō

ꝺ hoc af. destruet. Contra.timor reuerentie non assimilat nos deo quia in deo non est reuerētia huiusmodi: de^9 enī nō resilit ab alia altitudine cū ipse sūme sit altus: ꝯ si ꝓpter hoc euacuetur spes: quia nō assimilat nos deo eadē ratione timor reuerētie cū nō assimilet nos deo.

Solutio. Solutio notandū q; quedam virtutes assimilant nos deo:sicut caritas/iusticia:et hmōi:quedam vero ordinant nos ad deū:sicut timor/spes:⁊ hmōi. Item ordinantiū nos ad deū: quedā sunt ex plenitudine bonitatis:sicut mia:aut cognitionis sicut prudentia: quedā vero ex penuria vel imperfectione bonitatis:vt spes aut ex penuria siue impfectione: sicut fides: dicim^9 ꝯ

Rō gñalis q; virtutes manebunt pro regula generali q; omis virt^9 q̄ assimilat nos deo manebit in patria. Itē omnis virtus ordinās nos ad deū ex plenitudine bonitatis aut cognitionis ꝓcedēs

Ad primū destruet. Ad primū dicimus q; non est simile de spe ⁊ patientia:quia spes ꝓuenit ex imperfectione bonitatis:patiētia vero ex plenitudine bonitatis. Ad secun

Ad scōm. dum dicimus q; timor reuerentie manebit in patria : non ideo quia assimilet nos deo: sed qz ordinat aīam in loco suo sub deo:scz et supra creaturas corporales hic enī est locus debitus anime ad quē cum puenerit plenitudinē habet bonitat[sue vel beatitudinis.⁊ sic patet q; timor reuerentie nō destruetur licet spes destruatur.

De iusticia.

Aliud capitulum.

Consequenter dicendū est de iusticia. et dicit augustin^9 q; iusticia est subuenire miseris:ex quo videtur q; iusticia destruatur. subuenire enim miseris ex indigentia procedit. ergo iusticia quantum ad hunc actum siue misericordia que est species iusticie procedit ex indigentia euacuabitur per regulam secundam. Item.impossibile est aliquē misereri.ꝯ nullus poterit misereri. ergo nullus habebit potentiā miserandi. oīs enim virtus supra potentiā habet fūdari.et inde vt prius. Item.augustinus dicit: ⁊ beda sequens ipsum.q; iusticie erit ī futuro subdere se deo Sed contra.certum est q; hoc est humilitatis:nō ergo iusticie.simili modo prorsus potest obici de prudentia.quia dicit augustinus q; prudentia ē precaue re insidias. Sed cōtra.est in deo.vñ:estote misericor des sicut et pater vester misericors est. ergo et ī angelis:et in animabus sanctis.ergo misericordia non destruetur.Solutio.dicimus q; tam misericordia q̄ prudentia manebunt in patria :abilitas enim miserēdi:si opus fuerit procedit ex plenitudine bonitatis. hūilitas aūt precauendi insidias si opus fuerit:procedit ex plenitudine cognitionis. Ad pmū dicimus q; subuenire miseris ꝓcedit ex īdigētia exptē recipiēt[

Af primo.

Secundo.

Tertio per augustinū.

ꝺ aliud af.

Augustin^9

ꝺ aliud af.

Solutio.

Ad primū

ſed ex plenitudine ex parte dantis. ſimiliter dicim⁹ q̄ precauere inſidias ex parte precauentis prouenit ex
Ad ſcām. plenitudine cognitionis. Ad ſcām dicim⁹ q̄ ſancti habent potentias ad miſerandū: et ſimiliter habitus. q̄ autē non poterūt miſereri nō erit ex defectu potentie eox: ſed ex defectu recipientiū miſericordie effectum
Ad vltimū Ad vltimū dicunt magiſtri q̄ ſubdere ſe deo regenti eſt humilitaſ ibi ſiſtendo. obedientie vero habendo reſpectū ad p̄ceptū: q̄ preceptū eſt. iuſticie vero reddendo deo quod ſuū eſt. Nos aūt dicimus q̄ humilitas eſt ꝓpria et iuſticie. ſimiliter q̄ñ humilitas eſt ſpecies iuſticie. patet igr̄ ex dictis q̄ iuſticia plenius erit in patria q̄ cetere virtutes: q̄ñ erit iſti ſecundū pul-
Auguſtin⁹ chritudinē actuū ſuox: q̄ ſicut dicit aug. Amabimus laudabimus. Amor caritaſ eſt qui eſt quedā iuſticia reddens deo quod ꝓpriū eſt eius: vt ſupra oīa diligatur. laus vero eſt latrie que eſt iuſticie ſpēs. nā latria eſt profeſſio maieſtatis diuine quā ꝓfiteť dicens: laudamus te: benedicimus te. Inde eſt q̄ iuſticia dr̄ in libro ſapi. ꝓpetua ⁊ mortalis quod nō de alijs virtutiNotandū. bus. Ad vltimū ſciendū q̄ in chriſto fūt quattuor cardinales virtutes et fuerūt invia. prudentia quidē per modū viatoris. cauit eni diaboli inſidias: fortitudo ſimiliter. ſuſtinuit eni multas triſticias. iuſticia ſimiliť q̄ reddidit vnicuiq̄ quod ſuum erat. Sed tēperātia dicunt magiſtri q̄ eam nō habuit niſi ad modum conprehēſoris. impoſſibile eni erat q̄ in eo ſurgerent motus illiciti. vnde nullos motⁿ illicitos cohibuit. Nos vero dicimus q̄ q̄tum ad motⁿ interiores nō habuit temperantiā per modū viatoris. habuit tamen eam q̄tum ad tentationes exteriores. tentatus eni eſt de gula: quam tentationem repulit per tēperantiam ad modum viatoris.

De comparatione virtutis ad vicium.

Tractatus decimuſeptimus.

Poſtq̄ dictum eſt de virtutibus et vicijs: dicendum eſt de comparatione virtutis ad vicium.
Prima q̄o Et primo queritur vtrū oīs virtus ſit magis bona q̄ aliquod malū ſit malū. ⁊ vtrū oīs virtus ſit magſ intenſa q̄ quelibz malitia. Secūdo queriť de hereticſ q̄ ad ſubeundum penā pro fide falſa magis ſunt prontq̄ fideles pro fide vera. Tertio queritur de cōtrarietate virtutis ⁊ vicij. Quarto vtrū debeat admitti cōparatio boni ⁊ mali. Q̄ oīs virtus ſit magis bona q̄ aliquod malū ſit malum: ⁊ magis intenſa q̄ aliqua
Aſ primo. malitia. ꝓbatur: q̄ ſuper illū locū pſalmi. Bonū mihi lex oris tui ſuper milia auri ⁊ argenti: Dicit btūs augu. magis diligit caritas legē dei q̄ cupiditas milia auri ⁊ argenti. hoc aūt intelligit de interiori motu caritatis: q̄ nō poſſet intelligi de exterioribus operibus dilectionis. videmus eni q̄ aliquis malus feruēt̄ius opať mala opa q̄ aliqs etiā ꝓfectⁿ operet bona. q̄ videmⁿ aliquos malos die et nocte quaſi furibundos currere ad mala opera: relinquitur ergo q̄ intelligitur de interiori motu caritaſ: ergo motⁿ interior caritaſ et imediatⁿ eſt magſ intenſus q̄ motⁿ cupiditatis: ꝯ caritas eſt magſ intenſa q̄ cupiditas. ⁊ oīes virtutes ſūt eque intēſe: ꝯ oīs virtⁿ eſt magis intenſa q̄ aliqua cupiditas. eadē ratione q̄ aliq̄ vicū. Item
Secundo. ꝓbatio minoris ꝓ virtutē meremur eternā btitudinē. ꝓ quodlz vicū mortale penā gehēne. ſed btitudo eſt magis bona q̄ pena gehenne ſit mala: q̄ oſtenditur per hoc: q̄ btitudo increata q̄ deⁿ eſt ſine dubio in ifinitū eſt magis bona q̄ pena gehēne ſit mala. De btitudine etiā creata probať hoc: q̄ maior eſt delectatio ex cōiunctione
De alia ꝓbatur. dei q̄ ſit triſticia infernalis ex cōiunctione ad aliquod tormentū: q̄ deus in infinitū magis bonus eſt. et ita in infinitū magis delectabilis q̄ aliquod tormentum inferni ſit malū vel contriſtabile: q̄ nichil eſt ſumme malū. relinquitur ergo q̄ beatitudo increata ſit magis bona q̄ aliqua pena inferni ſit mala: ergo premiū
Tertio. q̄ debetur virtuti eſt magis bonū q̄ aliqua pena debita vicio: ergo ꝓ locuz ab effectu vel a cauſa finali q̄ oīs virtus eſt magſ bona q̄ aliq̄ vicū ſit malū. Iteꝝ per adiūctū pōt ꝓbari q̄ dicit btūs grego. Abſit q̄ tanta delectatio ſit in vicijs q̄ta eſt in virtutibus. ſed ſecundū q̄titatē delectationis attēdit bonitas in virQuarto. tute: ⁊ malitia in vicio. ⁊ ſic itez vt priⁿ. Iteꝝ dicit btūs aug. q̄ malū ideo eſt malū: q̄ nocet. ſi eī nō nocet nō eſt malū. nocet aūt q̄ diminuit bonū naturale. ꝓbatum eſt aūt ſuperius in queſtione de corruptione naturaliū q̄ peccatū nō aufert de bono naturali niſi modicum vel minimū quid. q̄ etiā ad illud q̄d remanet non ſe habet in proportione: ꝯ etiā bonū naturale eſt magis bonū q̄ aliquod malū vel peccatū noceat: ꝯ q̄ aliquod malū ſit malū. ſed oīs virtus eſt magis bona q̄ aliquod bonū naturale: ꝯ oīs virtⁿ icōparabiliť eſt
In oppm magis bona q̄ aliquod malū ſit malum. Sed cōtra. Dicit apoſtolus ad roma. Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire iniquitati ad iniquitatem: ita exhibete mēbra veſtra ſeruire iuſticie in ſanctificationem. Sit ergo q̄ aliquis faciat preciſe idiquod dicit apls. Iſte facit p̄ciſe quod dicit apls: ſed apoſtolus p̄cipit opus virtutis: quia opus meritorium. ⁊ iſte tantum ſeruit iuſticie p̄ciſe quātū prius ſeruiebat vicio. ſed quantū ſeruit aliquis iuſticie: tantū eſt bonus/et quantū ſeruit vicio tantū eſt malus. ꝯ tantum preciſe eſt iſte bonus: quātū fuit malus. ergo aliqua virtus eſt tantū
Secundo. bona: quātum aliquod malū eſt malum. Iteꝝ. per effectum cognoſcitur quantū intenſa ſit quecūq̄ propietas: ſed maiores effectus et plures feruentiores habēt malicias iſtⁿ in iſto / q̄ virtus etiā in iſto perfecto. hoc eni apertevidemⁿ exterius. ergo malitia iſtⁿ
Euaſio. eſt magis intenſa q̄ caritas illius. Forte dicet q̄ hoc non ſequitur propter fomitem ꝓpter quem hō promptus eſt ad malum magis q̄ homo bonus ad bonum
ꝯ hoc aſ. Sed contra: caritas eſt magis intenſa q̄ fomes ⁊ magis potēs. ꝯ fomes non debet eſſe cā ꝓpter quā mala opera feruentius ſurgant ex vicio: q̄ bona opera ex
Solutio. caritate. Solutio. dicimus q̄ reuera oīs virtus ē magis bona q̄ aliquod malū ſit malum. Sz tria ſūt propter que malicia maiorem habet et feruentiorē effectum q̄ virtus. Primū eſt corruptio nature humane
Primū. ſiue fomes. ſicut dicitur in libro ſapientie. corpus qđ
Secundū. corrumpitur aggrauat animā: ⁊ cetera. Secundū eſt facilitas peccandi. quia facile eſt diuerti a ſigno: ⁊ difficile eſt. inuentre medium: quia virtus ⁊ ars circa difficilia cōſiſtunt. Tertiū eſt quoniā peccator illud qđ
Tertium. ſumme diligit videt. amatores eni mundi: videt deos ſuos. ſ. ea que ſūme diligūt: ſed bōi non videt deū ſuum ſicut dicit beatus io. deum vnq̄ nemo vidit. hee tres ſunt cauſe propter quas malitia feruentⁿ mouetur: licet ſit multominus q̄ virtus. quod ergo dicit apoſtolus. ſicut exhibuiſtis: et cetera. intelligitur collatio in genere. ſ. ſicut primo p̄ponebatis amorē ipa per hoc adlium amori iuſticie. ita mō amorem iuſticie ſiue dei rationem.

preponatis amori mundi ⁊ delectationē tusticie q̄ est in deo delectationi mūdi. et ita patet q̄ argumētū nō valet. Malitia maiores ⁊ feruētiores elicit act⁹ ex se q̄ virtus: ergo est magis intensa q̄ virtus: sicut patet in mare ⁊ femina. q̄ quilibet mas calidior est qualicūq̄ femina q̄tumcunq̄ calida. ⁊ tñ femina citi⁹ maturat ⁊ peruenit annos nubiles a paruo calore q̄ mas a magno calore. q̄ id potest paru⁹ calor in mollius subiectū q̄ magn⁹ in durū subiectū. Sz videt q̄ istud exēplū nullū sit: q̄ calor mar⁊ nō excedit i infinitū calorē mulieris: quod si esset citi⁹ matur⁹ esset mas q̄ femina: sed ex hac parte caritas excedit in infinitū malitiā quare magis efficax debet esse in suo effectu. Itē. contra hoc quod dicit q̄ facilitas peccādi operat ad hoc q̄ malitia sit efficatior in suo effectu q̄ virtus: q̄ in libro sap̄. dr in persona malor. Alias difficiles ambulauimus. ⁊ in hiere. At inique agerent laborauerūt. sz in euāgelio dicit. Jugū meū suaue. ⁊ ita leue est bene operari: ⁊ difficile et laboriosū male operari: g̃ nulla est secunda causa quā ipe assignat. Item. quod ipe dicit q̄ malitia multa habet auxilia. s. fomitē/diabolū qui instigat ⁊ mundū qui vndiq̄ inuitat. Eodē modo virtus habet multa auxilia ⁊ plura. Sicut enī malus hom̄ habet demones instigantes: ita bonus sctōs angelos custodes habet. et sicut ille habet mundū qui inuitat ad malū: ita iste habet oēs creaturas q̄ vndiq̄ clamant. deus nos fecit, ppter te: sicut dicit btūs aug. et sicut habet fomitē: ita ille caritatē ⁊ oēs virtutes. et ille non habet oīa vicia. ⁊ ppter hoc iste habet deū adiutorē ⁊ cooperatorē: ergo cū iste habeat plura auxilia ⁊ magis sit intensa virtus magis debet esse efficax in suo effectu q̄ vicū. Solutio. Dicim⁹ q̄ exēplū de mare et de femina simile est: sed nō vsq̄quaq̄. Ad secūdū obiectū dicim⁹ q̄ maior difficultas est in male agendo. i. maior labor propter penā annexā pctō: sed tamen est maior facilitas propter infinitatē pcti: q̄ in infinitis cōsistit. virt⁹ vero solūmodo in medio: ⁊ q̄tū ad hoc est maior difficultas in virtute. Ad vltimū obiectū dicimus q̄ hoc q̄ mali vident illud quod sūme diligūt cū duabus precedētib⁹ causis sufficiūt ad hoc q̄ malicia feruētius moueat: quia nec angeli nec de⁹ vident modo ab hominibus et ideo nō ita mouēt/ et preter hoc etiā vicū est nobis quasi naturaliter molitum propter fomitē: vnde dicit beatus augustin⁹ i libro cōfessionum/ magis valebat in me malū ītolitum/ q̄ bonum insolitum.

Exemplū.

Ꝛ istō exemplū aī.

Ꝛ aliud aī.

scdo Ꝛ aliō

Augustin⁹

Solutio.

Ad scōm.

Ad vltimū

Augustin⁹

De hereticis.

Obicitur de hereticis: quia pfectus hereticus paratus est ad oīa pati pro fide falsa: impfectus autem christian⁹ non est ita paratus: sicut patet in beato petro: g̃ maior est infidelitas huius heretici: q̄ fides huius christiani: g̃ aliquod malū est magis malum q̄ aliquod bonum sit bonū: nec potest hic adhiberi predicta solutio. quia hereticus non videt id quod sūme diligit: sicut nec christianus impfectus. Forte dicet q̄ hoc est propter cōfirmationē: sed hoc videt esse falsū: albedo minus intensa quandoq̄ est magis cōfirmata non tamen propter cōfirmationē est magis efficax in suo effectu. Solutio ad hoc dicendū est q̄ fidelis imperfectus: quia nescit vtrū sit dignus amore vel odio timet penas incurrere eternas: ⁊ ideo nō ita paratus ad patiendū licet maior sit in eo bonitas: q̄ iniquitas in heretico: hoc g̃ contingit nō propter remissionē bonitatis: sed propter adiunctum scz timorem.

Deinde aī aliūsmodi ad p̄ncipale

Euasio.

Ꝛ hanc aī.

Solutio.

De contrarietate boni et mali.

Secunda questio huius capituli.

Queritur de cōtrarietate boni ⁊ mali: dicit beat⁹ augustinus q̄ malum ideo est malū: quia nocet ergo malū tantum quantum nocet. Similiter virtus tantum est bona q̄tum prodest. sed quantuz prodest virtus tantū nocet malū: q̄ vicū destruit q̄cq̄d edificat ipa virtus: ⁊ econuerso. ergo q̄tū virtus est bona tantū vicū est malū. Item. regula est aristo. q̄tū vnū oppositor est eligendū tantū reliquū est fugiendum sed q̄tū bonū est eligendū simplr tantū est bonū simpliciter. sicr q̄tū vicū est fugiendū tantū est malum: g̃ q̄tū virt⁹ est bona tantū est vicū malū. Itē. virt⁹ ⁊ vicū sūt cōtraria: g̃ inter ea par pugna: g̃ q̄tū potvnū et reliquū: g̃ sūt eque fortia: g̃ eq̄ intensa. Itē dr aplūs Fidelis est deus q̄ nō permittit vos tentari sup illud q̄ potestis. ⁊ intelligit hoc de facili: g̃ fideles nō resistere possūt de facili tētationib⁹: g̃ virt⁹ nō de facili pōt resistere malo: g̃ nō est in īfinitū fortior q̄ malū: g̃ nec in infinitū intēsior q̄ malū. si enī esset in īfinitū fortior de facili posset resistere. Itē. sint duo i pari caritate ⁊ vnus eorū cadat per mortale. Inde sic. Quantū iste meretur tantū iste demeretur: quia tanta corona debebatur ei ⁊ tantū meretur. sed q̄tum iste meret tm̄ est bonus. ⁊ q̄tum iste demeretur tantum est malus. Solutio. dicendū q̄ hec est falsa. Quantum prodest virtus tantuz nocet vicium: quia id quod dat virtus scilicet beatitudo est magis bonum q̄ pena eterna sit mala. est enim magʃ bona q̄ subtractio beatitudinis sed si aliquis esset summe malus: sicut deus est summe bonus: tunc aliquid esset tantum malum quantum beatitudo est bona. s. eterna tristicia q̄ eēt exconiunctione ad summe malū. sed quia nichil est summe malū: vt probatū est. ideo patet q̄ nichil est tantum malū quantū beatitudo est bona. vnde patet q̄ beatitudini siue delectationi que est in deo: nichil ē cōtrariū. sicut dicit aristo. q̄ delectatiōi que est ex eo q̄ aliquis considerat: q̄ diameter est assimeter coste nichil est contrarium: q̄ diametrū esse assimetrū coste: non habet contrariū. vnde patet q̄ licet vicū auferat beatitudinē: illa tm̄ ablatio non est contraria beatitudini: sicut delectationi que est in dulci: non est contraria iusticia que est ex absentia dulcis: sed illa que ē ex cōiunctione ad amarum. vnde patet q̄ magis ꝓdest in infinitum virtus: q̄ vicū noceat. Ad secundo obiectum dicimus q̄ illa regula. quantū vnū oppositor ē eligendū ⁊c. intelligenda est in genere. i. si vnū oppositorū est multum eligendū: reliquū est multum fugiendum. Ad tertio obiectū dicimus q̄ hec est falsa. virtus et vicū sunt contraria: cum vicū secundū q̄ vicium nichil sit: et cum non habeat contrarium. vt patet ex dictis: habent tamen se vt contraria: quia mutuo se expellunt circa idē susceptibile. Ad quarto obiectum dicimus q̄ virtus inquantum est in se de facili est potens resistere vicio. tamen habens virtutem non de facili potest resistere propter corruptionē: qm̄ habet thesaurum suū in vasis fictilibus. et ideo multotiens dormit virtus in homine habente virtutem nec est mirum si dormiens expellitur. sicut nanus gigātē dormiētē de facili iterficeret. Ad quīto ob. dicimus. quantū iste meret tm̄ ille demeret. si iste duo dictōes tantū ⁊ quantū ponātur nominaliter vera ē: ⁊

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Exemplū per hoc ad primū.

Ad scōm.

Ad tertiū.

Ad q̄rtum

Exemplū.

Ad quintū

secundū hoc assumptio falsa est.s. hec quantū iste demeretur tātū malus est. quia quolibet peccato mortali demeretur homo quātālibet coronā.si aūtitenea

Aī de superbia. tur aduerbialiter falsa est. Sz obijcitur de superbia primorū parentū que totū humanū genus corrūpit. constat autē q adā penituit de illa superbia.vnde dicitur q ipse fleuit per.c.ānos cū vidit abel filiū suum innocētē mori pro peccato suo. humilitas ergo eius quā habuit in penitētia fuit magis bona q̄ eius superbia fuit prius mala:ergo tam potens ꝛ efficax.immo magis fuit in saluādo:q̄ superbia prius fuerit in perdendo:ergo suffecit ad restituendū adā in primū statum.maxime cū sit in infinitū maior et intēsior:ergo

Solutio. suffecit ad restituendū in statū immortalitatis:q̄ est falsum.Solutio.dicimus q cū potentia sit medicina cōtra morbū et cōtraria cōtrarijs curant.nō tñ oportet medicinā esse cōtrariā morbo secūdū essentiā suā sed etiā secundū circunstātias suas. vt si aliquis infirmetur ex calida causa: nō sufficit ei dare frigidū in ea

Exemplū. dem intensiōe frigidi:sed oportet q sit diuisiuū contra cōpactionē materie ꝛ hui⁹.propter quod fiūt medicine cōpositē:vt sint in oībus modis cōtrarie morbo. vnde cū superbia ade fuit prima qua pri⁹ homo voluit ascēdere vsq̄ ad excelsa dei.nulla hūilitas fuit

Ad rōnem ei ex toto oppositā: nisi illa q̄ ille qui esset pure deus descendere voluisset vsq̄ ad infima hoīs.vnde sola humilitas christi fuit medicina cōtra superbiā ade/et satisfacere potens pro illa.vnde patet q nō valet predicta argumētatio qua inferret:q̄ humilitas penitētie

Mot⁹ aie. ade suffecit restituere eū in statū pristinū.propter hoc etiā patz q̄ eius penitentia suffecit ad restituendum ei oīa ablata quantū ad gratiā:nō quātū ad alia.qz nō potuit omnino satisfacere.facili⁹ est enī destruere q̄ cōstruere.licet enī peccatū ade primo inceperit ab anima.tamē secundū cōuūctionē que est anime ad corpus corrūpit corpus. est enī in homie motus ab aīa

Exemplū. mouēs corpus exteri⁹.sicut qñ aliquis trascit de peccato alteri⁹.talis motus est in aīa ꝛ mouet hoiem ex

Mot⁹ corporis. teriorē visibiliter.Iz ei⁹ principiū sit tantū spūale.Sīr est motus a corpore vsq̄ ad animā per quē ex carnis feditate nascitur in aīa peccatū mortale.

¶Utrū debeat admitti ꝓportio virtut⁹ ꝛ vicij
Ultima questio huius capituli.

Aī q̄ non. Augustin⁹ Queritur vtrū debeat admitti proportio virtut⁹ et vicij.videt q̄ nō.quia malū nichil est.vt dicit beatus augustin⁹.sed nichil ad aliquid nulla est cōparatio/vel ecōuerso: ergo virtutis ad vicium nō est cōparatio:ergo falsū est quod dictū est superius:q̄ omnis virtus est magis bona q̄ aliquod vicium sit malū:ergo nichil est accessus ad sūmā maliciam:ergo non est accessus ad veri nomis impositionē ei⁹ qđ dicitur malū ergo nullū malū est magis vel minus q̄ aliquod ma

Solutio. lum sit malū/vel q̄ aliquod bonū sit bonū:cū ibi non sit intensio nec ꝓparatio.Solutio.secundū q malicia est habitus malus quo homo dicitur malus bene est

Ad primū cōparatio virtutis ad maliciā: sed malū secundum q malū nō est ꝓparabile virtuti:cū malū scōm q est ma

Ad scōm. lum nichil sit.Ad secundo obiectū dicimus q licet nichil sit malū quod sit sūme malū:tñ malicia recipit intensionē et remissionē.possunt enī mensurari qualitates diuersis modis.s. vel secundū accessū ad veri nominis impositionē:si est ibi veri nois impositio. vl si nō est veri nois impositio potest mēsurari secundum actū suū.Et per hoc patet solutio ad vltimo obiectū suū. per hoc ad vltimū.

¶De questionibus moralibus.

POst questiones theologicas accedendū est ad questiones morales quibus instrumur in exteriorib⁹ operibus:et casibus singularib⁹.hoc autez dico pro maiori parte.quia inter questiones sequentes sūt etiā quedā que sunt theologice.Inuidim⁹ autem eas in duo.s.in precepta et sacramēta:siue in q̄stiones de preceptis:et questiones de sacramentis:et primo agemus de preceptis: et prius de distinctione preceptorū. secundo de quolibet per ordinē. Circa distinctiones autē primo de numero ipsorū generaliter.secundo de tribus p̄mis quomodo adaptantur tribus personis.tertio de distinctiōe septē preceptorū que pertinēt ad dilectionē proximi: ꝛ scripta erant in scōa tabula.quarto cur dicit aug.q decalog⁹ est littera occidens.quinto qualiter adaptatur decē p̄cepta:

Primum preceptū. decem plagis ggip.Nota ergo q p̄mū preceptū est: Non habebis deos alienos. non facies tibi sculptile

Prima q̄o vtr sint tñ decē p̄cepta Origen. neq̄ aliquā similitudinē.dicit augustinus hoc eē vnū preceptū.origenes duo.similiter hoc totū.Nō concupisces vxorem ꝓximi tui.nō concupisces rem ꝓximi tui.dicit ori.eē vnum.aug.duo.constat aūt q origen non distinxit illa duo p̄cepta.nō facies tibi aliā similitudinē:nisi penes materiā:sed eodē modo:hic est diuersa materia.Nō concupisces vxorē proximi tui.nō

Ō origen aī cōcupisces domū vel agrū.ergo qua ratione distinxit duo p̄cepta prima:debet distinguere et illa duo.ꝛ ita male distinxit origenes. modo v detur male distinxisse augustinus.qz vltima duo distinxit penes materiā:eadē ratione et duo ꝓma.et ita videtur q vterq̄ male distinxit:et si vterq̄ bene qđ videt.quia vtriusq̄ expositionē approbat ecclesia:ergo vterq̄ vere. g orige.vere.ergo duo p̄cepta sūt. non facies tibi sculptile.non facies tibi similitudinē:et ꝓter hoc sūt no

Eodē mō ō augustinū. Aī q non. uem:qz hoc dicit augustin⁹.g.xi.precepta sunt. Preterea.cum diligere magis sit in precepto:et sit maximū p̄ceptū vt dicit dñs.et hoc est ptermissū. ergo sūt

Secundo. insufficienter p̄cepta dicta. Itē p illa decē p̄cepta de calo.prohibētur tria capitalia vicia.s.luxuria: ibi.nō mechaberis.et auaricia ibi.nō furtū facies. et ira ibi

Tertio. nō occides.sic ei prohibetur ira:vt dicit dñs in euangelio.sed sicut illa tria vicia mortalia sunt: ita et illa alia quattuor.s.superbia/inuidia/gula/accidia. ergo sicut illa tria ꝓhibita sūt:et ita illa quatuor debuerūt ꝓhiberi.ergo plura p̄cepta debuerūt distingui q̄ distincta sūt. Preterea.queritur p̄cise quare precepta

Quarto. Solutio decem sūt. Solutio. vterq̄ bene distinxit. sed augu. melius:quia magis rei substantiā declarauit:hec enī duo.nō concupisces vxorē ꝛc.nō concupisces rem ꝛc. dicit duo esse p̄cepta:quia cōcupiscentie substantialiter distinguūtur secundum ꝓprias materias:sed facere sculptile:et facere imagies.ꝛ.adorare talia sūt eiusdem speciei.quoniā hoc verbum adorare in seipso ꝓpriam habet materiam:sicut hoc verbum diligit.qa diligere aliquē est et velle bonum.vnde diligere deū et diligere ꝓximum sunt eiusdē speciei: eodēmō adorare sculptile ꝛ adorare similitudinē sūt eiusdē speciei quia duo habent eandem materiā:scz maiestatez dei quia adorare sculptile est et ꝓfiteri maiestatem dei. ita de alio:et ita maiestas dei est ꝓpria materia vtro biq̄:et ideo optime distinxit augustinus vnū eē p̄ceptum.origenes autem dixit duo ꝓpter illa quibus

per hoc ad primū.

exhibentur non ꝓpter istud quod exhibet. quia per eū sculptile siue idolū est statua repsentatiua rei q̄ nō est in rerū natura: quā ipsi adorabant. similitudo aūt rei que est in rerū natura: vt statua solis vel lune: duo autē vltima dixit eē vnū quia sunt vnū genere. Ad se

Ad scōm.

cundo obiectum de caritate: dicim⁹ q̄ intelligitur in precepto fidei. cum enī dicitur: non facietis deos alienos. idem est ac si dicatur: me solum adorabitis. adorare autē quidā motus est fidei: scz ꝓfiteri in mente de vero deo vel vno: q̄ ipse est sūmum bonum: et in hoc intelligitur diligere. dicit enim augustinus supra finem ad gal. q̄ caritas est in fide: vel dilectio precipitur in tertio precepto: scz ibi: memento vt diē sabbati sanctifices: quia licet per fidem et spem celebret dies sabbati: magis tamen per caritatem cum in ea magis sit dilectio in deum. Ad sequens obiectum dicimus q̄ superbia excluditur per primum mandatum. per hoc enī q̄ eua credidit se posse fieri sicut deū apostatauit a deo: ꝛ fuit ille motus primus⁹ supbie in ea: ꝛ infidelitas. Cū ergo primus motus superbie sit primus motus infidelitatis patet q̄ vbi precipitur motus fidei excludit supbia. ꝛ cū inuidia sit separatiua a deo sicut superbia ibidē excludit vbi et superbia et ideo non oportet alijs preceptis ꝓhiberi. Accidia aūt aperte excluditur p illud Memēto vt diē sabbati sanctifices. De gula dicūt quidā q̄ ꝓhibet vbi prohibet luxuria ꝓpter vicior cōnexionē. sed cū peccatū actus ꝛ peccatū volūtatis sint magis cōnexa. volūtas enī mala ꝓprie est causa mali act⁹: ꝛ peccatū volūtatis et actus ꝓhibent diuersis preceptis: ḡ gula ꝛ luxuria debuerūt prohiberi diuersis preceptis/que nō ita sūt cōnexa: cū neutrum annexum sit alteri de necessitate. Ꝓterea. dicūt sancti q̄ septē vtilia sūt ad proximū sed cū gula non pertineat ad ꝓximū: nec noceat alicui alij per gulā nō debet ꝓhiberi aliq̄ illor. Ad vltimū obiectū simliter dicūt q̄ sunt decē mandata decalogi propter decē plagas egypti. sed cū plures fuerūt plage egypti: vt dr in psalmo: vbi tres enumerātur q̄ nō enumerātur in exodo. Videtur q̄ si scōm numerum plagar distinguunt p̄cepta q̄ deberēt distingui quatuordeci. Alij dicūt q̄ tria ꝑma data sūt ꝓpt trinitatē alia septē ꝓpt primū: qd ꝓstat ex aīa ꝛ corpe: aīa tres hz vires. corp⁹ cōstituit ex quattuor elemēt[: vñ terq̄ quaterq̄ beat. hec solutio nulla est: qr p̄cepta nō sunt de viribus aīe vel de elementis corporis. vnde scōm ea non debent distingui. Nobis aūt videt q̄ tria prima data sunt ad hoc vt per impletionē illor assimiletur homo deo ꝛ ordinet ad ipm. qd fit per fidē/spem/et caritatē: ꝛ latriā: que precipit illis tribus mādatis Per primū enī preceptū quo precipit latria q̄ ꝓprie exhibetur potentie diuine ordinatur hō ad patrē cui appropriatur potentia. per scdz aūt quo prohibetur mendacium et veritas per cōsequēs precipitur assimilatur homo filio qui est vita/veritas/ꝛ via. per tertiū aūt assimilat hō spūisctō. caritate ei sabbatisat homo in deo: ꝛ spiritussanctus est caritas. per septē alia ordinatur homo ad proximū. ordinatur aūt vel in rebus faciendis vel nō faciendis: facienda cōprehendūtur p illud mandatum Honora patrem et matrē tuam ꝛc. Ponitur enī ibi species pro genere. sicut in aliquibus preceptis sequētib⁹. vnde precipitur ibi quilibet honor qui exhibetur proximo vel in operib⁹ iusticie vel in operibus misericordie. vnde per impletōnē huius mandati sufficienter ordinatur proximo q̄tum ad faciendā: sed q̄tum ad non facienda. i. q̄tum ad nō iniuriandū ordinatur proximo homo si non iniuriatur et dicto vel facto. iniuria dicti prohibetur ibi. Nō dices falsum testimoniū ꝛc. factis aūt iniuriatur tripliciter Primo in propriā personā que prohibetur ibi. Non occides. Ibi enī prohibetur omis percussio: ꝛ omis manus violenta iniectio. Secūdo modo iniuriat fctō proximo suo homo per cupiditatē in rebus que possidet: cuius voluntas prohibetur ibi: Non furtū facies Tertio modo iniuriatur per luxuriā in propria vxore vel in filia ꝛ huius volūtas prohibetur ibi. Nō concupisces vxorem. ꝛc. actus ibi. Non mechaberis. ꝛc. Non aūt est alius modus iniuriandi. ꝛ ita per illa decem ordinatur homo sufficienter ad deū ꝛ ad ꝓximū Omnia autē precepta debent esse de hijs que nos ordinant ad deū vel ad proximū. quoniā sicut dicit beatus augustinus. virtus nichil aliud est q̄ amor ordinatus. vnde non possunt esse plura precepta q̄ illa decem: et sufficiunt illa decem: quia non est aliquod preceptum quod non sit aliquod illor decem. vel contineatur sub aliquo illor. Sz cū tria precedentia pertineant ad dilectionē dei: septē sequētia ad dilectionē ꝓximi. vt dicit btūs aug. Videt pretermissū eē aliqd preceptū quod pertineat ad dilectionem qua aliquis diligit se. Constat enī q̄ quilibet debet diligere se ex caritate: sed dicimus q̄ nō ē pretermissū. qr in dilectione dei intelligitur dilectio suiipsius. sicut dicit beat⁹ aug. Si vis diligere te: dilige deum: qr sicut dictū est supra: vno modo diligere deū est diligere se. vnde dilectio sui precipitur illo mandato: vbi dicitur. sabba. ꝛc. et per hoc etiā ordinatur homo in semetipsū q̄ sanctificat diem sabbati. per hoc enī celū ratio est super terrā. i. super sensualitatem. cū vero dñatur sensualitas inordinatus est ordo siue peruersus. quia in se terra est super celum. dicimus etiā q̄ hoc mandato intelligitur prohiberi gula: quia gula diligit homo seipsum inordinate.

Augustin⁹

Augustin⁹

Augustin⁹

¶ Quomodo primum preceptuz pertinet ad patrem: secundum ad filium: tertium ad spiritumsanctum.

Obiectum est ergo q̄ primum p̄ceptum pertinet ad patrem/secundū ad filium/tertiū ad spiritū sanctum. Contra. adoratio cōmuniter conuenit pri ꝛ filio et spiritui sancto: et equaliter: ergo non magis patri q̄ filio vel spiritui sancto. Ꝓterea. secundum preceptum. non assumes nomē dei ꝛc. ita exponit. nō iurabis pro nichilo. sed iurare pro nichilo equaliter est contra omēs personas. ergo nō magis ad filiū pertinet q̄ ad alias personas. simili modo videtur q̄ non magis pertineat ad spiritūsctm q̄ ad alias psonas cū sanctificare pertineat omnibus personis. Solutio. dicimus q̄ primū preceptū appropiatur patri ꝓpter duas causas. Prima est quia fides ibi precipitur que ē potestas qua homo est potēs destruere omnia regna diaboli. sicut dicit apo. Sancti per fidez vicer̄t regna et cetera. de qua dicit iohānes in euāg. Dedit eis potestatem filios dei fieri ꝛc. Potentia aūt appropriat patri. ꝛ ideo primū preceptū in quo precipitur fides assimilat nos patri: qr facit nos potentes per fidē: qr adorare quidā motus est fidei: illud. s. quo in mente profitetur quis sūmā eius bonitatē/summā eius potentiā. Adoratio autē illa que est reuerentia proprie

ꝛ dicta ar.

Secundo.

Notandū.

Solutio.

Prima cā.

exhibetur pro ozare.ꝛ ideo primū dicitur ptinere ad
Scda rō. patrē. Secūda ratio est qz fides est ozigo omis boni
in homine sicut patri attribuitur esse oziginē omniū.
De secūdo mandato. De secundo mādato dicimus q̄ in quadā significatio
ne pertinet ꝓprie ad filiū scōm vnā expositionē qua
sic exponit.nō assu.ꝛc.i.filiū dei inuanū.i.nō credes fi
liū dei eē purā creaturā: sedz aliā expositionē qua sic
exponit nō accipies nomē dei tui.ꝛc.i.nō iurabis.p ni
chilo qz ꝓhibet sic mandatū in iuramēto appropriat
filio dei illud p̄ceptū:ea ratione qua ei appropriatur
veritas et sapientia.tertiū autē quia propie bonita=
tis ē sāctificare appropriatur spūisancto: ea rōne qua
bonitas ei appropriat. de hoc autē precepto memen=
to vt diē sabbati.ꝛc.queritur vtrum sit cerimoniale.
Questio. vel mozale.videtur q̄ sit cerimoniale. quia dicit do=
aī q̄ sit ceri minus per ezechielem.dedi ei sabbata mea in signū
moniale. sed precepta que sūt data in signum cerimonialia sūt
ergo preceptum de sabbatis ē cerimoniale. Item su
Secundo. per eundē locum ezechielis dicit glo.ꝛ sicut circunci
sio duplex signū fuit.s.ꝛ circūcisiōis spūalis que fit in
presenti per fidē/ꝛ illius que erit in futuro: quando
cozruptibile hoc induit cozruptionē: ita sabbatū iu=
deozū signū fuit sabbati spūalis dandi in christo per
gratiā et in presenti:et sabbati eternitatis qō erit in
futuro:ergo sicut circūcisio cum esset cerimonialis re
sua aduenīente cessauit. et ita sabbatū cessare debuit
et cessauit re sua aduenīente.ꝛ ita p̄ceptū de sabba=
Confirmat to fuit cerimoniale:quod etiā ꝓbat per hoc: quia si
Jn oppō esset mozale deberet obseruari.sed q̄ sit mozale pro=
batur. quia ponit inter mozalia a dño et nō sunt ce=
Secundo. rimonialia. Jtē sāctificare sabbatū nichil aliud est q̄
cessare a vicijs.hoc autē mozale est et q̄ taxatur dies
nō impedit quin sit mozale. sicut p̄ceptū de decimis
mozale est. eo enī precipitur vt denī cozpozalia hijs
qui seminant spūalia et tamē taxat pars.s. decima.et
hoc nō impedit quin sit mozale: ergo determinatio
q̄ determinat dies quo deo vacem⁹ nō ipedit quī illō
preceptū sit mozale.vacandū ē enī a seruilib⁹ operib⁹
vt vacem⁹ deo.et nichil magis mozale.quare prece=
Tertio. ptum de sabbato mozale est.Jtē preceptū thurifica=
tionis mozale est.lz significat oz̄nē:qz tñ semp est fa
ciendū illud quod significat et nō cōsistit in significa=
tione futuri.ideo mozale est.vnde etiā mozale est in
nouo testamento:ergo eadē ratiōe cū sabbatū iudeo
rum significet cessationē a vicijs que semp est facienda
et celebranda erit preceptū de sabbato mozale: et nō
cerimoniale:sicut thurificatio. Propter hoc dicunt
Pria opio quidam q̄ illud preceptū partim est mozale ptim est
cerimoniale quo ad cessationē ab oibus operibus ser
uilibus vt vacemus deo mozale est:sed quo ad deter
minationē diei est cerimoniale.ꝛ ido mutata est dies
sabbati in diē dñicā propter veneratiōnē resurrectio
nis Cōtra.eadē rōne p̄ceptū de decimis ptz ē mozale
ℨ hanc aī. partim cerimoniale.quātū ad substātiā suā est moza
le.quantū ad taxationē numeri est cerimoniale: et si
hoc:quare non ē mutatum in nouo testamento: sicut
preceptū de sabbato. Preterea.si esset mozale ptim
Secundo. et partim cerimoniale et mutata esset dies sabbati in
diē dñicā:debemus diē dñicam obseruare:sicut iudei
diem sabbati obseruabant:et ita nō debem⁹ die dñica
preparare nobis cibos.alio mō potest ꝓbari:qz p̄ce=
ptū de sabbato ē mozale:qz dicit dñs in euangelio.
Neminē salutauerit in via. Cōstat q̄ hoc p̄ceptū est
mozale:quia est in euangelicū:sed in hoc precepto p̄=
cipiuntur apti cessare ab oper̄ibus pietatis excellētis
simis vt ex toto vacarent deo.si ergo illud est p̄ceptū
mozale quo ꝓhibentur opera excellentissima: et hoc
erit mozale quo exhibentur opera seruilia:cū dicitur
nullum opus seruile facietis in eo.Contra.super illū ℨ hanc aī.
locum iohannis.Pater me⁹ vsq̄ modo operatur et
ego operoz illud.dicit beatus augu.per hoc q̄ deus Augustin⁹
semper opatur.patet q̄ preceptū de sabbato ē sacra=
mentum.i.sacre rei signū.q̄ est figura:et ita cerimo=
niale. Cō concedimus dicentes q̄ ē pure cerimonia= Solutio.
le:sicut circuncisio. sed ponitur inter mozalia duab⁹
de causis. Prima ē quia significat rem excellentissi= Prima cā.
mā:scz pacem mentis ꝓpter quam omnia facta sunt:
et ꝓpter quā etiā sūt virtutes. Secūda est.qz licet sit Secunda.
cerimoniale:quantū ad principalē intētionē sue īstitu
tionis:tamē quodāmō mozale est quantū ad substan
tiā p̄cepti:et maxime perfectis:iō ei fuit institutuz
sabbatū vt significaret rē futurā dandā per cristū:si=
cut circuncisio:et ideo cerimoniale est. sed quantum
ad substantiā p̄cepti q̄ p̄cipit cessare a seruilib⁹ ope=
ribus vt vacem⁹ deo:mozale est:maxime perfectis:in
quibus nichil magis est mozale q̄ vacare ab operib⁹
exteriozibus vt cōtemplent deū:et ideo ponitur īter
mozalia.nec est simile de decimis.institutū fuit nō ad
significandū rem futurā sicut sabbatum:sed ad psol=
uendū debitū seminantibus spiritualia. Ad illud aūt Ad rōnem
qō ipe opponit de thurificatione. dicendū: q̄ thurifi
catio non fuit instituta ad significandum futurū: non
ei obseruatio sabbati fuit cessare a vicijs qz cessare a
vicijs nō dz eē p̄ceptū ꝑm diē determiatā.mozalit tñ
significando sabbatum est cessatio a vicijs: sed propt
hanc significationē non fuit institutū sabbatū princpa
liter:sed propter significationē allegoricā:quia signi
ficabat rē futurā tantū vt dictū est:et non dicimus q̄
dies sabbati mutata sit ī diē dñicā: imo penitus recef
sit ab aula sabbati iudeoz. Ad hoc quod ipse obicit Ad aliud.
de hoc quod dicitur in euāg. Neminē salutauerit⁹ ī
via ꝛc.patet solutio per predicta:quia licet secunduz
essentiā esset mozale aliquibus vt perfectissimis: tñ
ꝓpter principalem intētionē sue institutionis: patet
q̄ est cerimoniale maxie cū illud dabatur toti popu=
lo dei:nec erat possibile vt totus populus semper et
qualibet die cessaret a seruilib⁹ operibus:qm̄ nō oēs
possūt eē cōtēplatiui in eccle.sicut dicit apo.Sivbiqz Paulus.
est oculus:vbi pes:vbi manus.oportet enim q̄ ī po=
pulo dei aliqui sint agricole et hmōi qui in operib⁹
seruilibus exerceantur.potuit ergo preceptū de sab=
bato secundū essentiā vel substantiā suā esse mozale
aliquibus:vniuersalit oibus ad tempus secundū mo
dum consilij.sed reuera propter principalem inten=
tionem sue institutionis:vt dictū ē cerimoniale fuit.

¶ Quare poti⁹ quarto precepto apposita sit
promissio q̄ alijs.
Tertia questio.

DE quarto precepto queritur quare potius ap=
posita ē ꝓmissio q̄ alijs.dicit ei: honoza patrē
tuū et matrē tuā vt sis longeuus super terrā.s.super
terrā presentē vel sup terrā viuentē.cū enī p̄cedentia
precepta que pertinēt ad dilectionē dei maioza sint
et magis meritoria.quare potius apponitur huic p̄=
cepto minozi promissio q̄ alijs maioribus / vel etiā Opio cōis
q̄ sequentibus. Ad quod dicūt multi q̄ hoc factū est
propter auariciā iudeozū qui volentes,puidere in ne

cessarijs parentibus suis.dicebāt eis:nichil qō ex me est tibi proderit sicut dicitur in matheo. vnde vt inuitarentur ad pietatē additur promissio illi precepto:

ℨ hanc aī. sed si hoc est propter auariciā iudeoꝝ:quare ergo nō est apposita promissio huic precepto:nō cōcu.rē pximi.ꝛc.vbi aperte prohibetur auaricia. Itē dicit petrus:pietas valet ad omīa:ꝙ valz ad vitā futurā siue iudei sint auari siue nō:ꝙ ꝙ addita est ꝓmissio illi precepto nō fuit propter auariciā iudeoꝝ.

Secundo.

Solutio. Qō cōcedim⁹ dicentes ꝙ propter tria addita est promissio illi precepto.

Primū. Prima est quia fides mortua est sine operib⁹ proficit enī vtus per opus suū.vñ operib⁹ fit ꝓmissio nōvutibus:opa enim illoꝝ sequūtur illos.

Secundū. Secūda est quia opera pietatis magis assimilant nos deo : et magis ꝓpria sūt opera fidei spei caritatis ꝙ alia opa

Tertiū. Tertia causa est quia propter deū sustentant vitā alterius cōuenīēs bonitati diuine vt eis det vitā et presentē ꝛ futurā. Itē dicitur ꝙ prohibitiones obligant ad semper.precepta vero affirmatiua nō ad semp:sed

ℨ hoc aī. pro loco et tpe.vnde hoc p̄ceptū: honoza patrē tuū ꝛ matrē tuā.ꝛc.nō obligat nisi pro loco et tempoze.nō enim tenetur honozare semper parentes: sed eodem modo obligat hoc cōcilium:vade etvende omīa que habes.ꝛc. quia in articulo necessitatis tenetur quilibet hoc facere : ergo qua ratione hoc est preceptum.

Secundo. honoza patrē.ꝛc.eadē ratione et hoc erit preceptum vade et vende oīa.ꝛc. Itē si aliquis poneret se nullo casuvenditurū oīa que habet pro pauperibus peccaret moztaliter tali propositō: ergo veniret contra aliquod preceptū:nō nisi cōtra hoc: vade etvēde.ꝛc. ꝙ hoc est preceptū sicut hoc:honoza patrē.ꝛc.

Solutio per hoc ad primū. Solutio.hec est differentia inter preceptū et cōsilium.quia obligat ex se:cōsiliū vero nō ex se: sed per aliud:eo ꝙ quādoqz cadit sub precepto:vt hoc cōsiliū vade et vēde.ꝛc. in articulo necessitatis cadit sub hoc precepto

Cōsiliū reducit ad p̄ceptum. pasce famē morientē.ꝛc. et ex hoc vi huius precepti obligat nō ex vi sua.

Ad scām. Ad secundo obiectū dicimus ꝙ qui ita sicut dictū est poneret peccaret moztaliter et veniret cōtra aliquod preceptū:sed nō ℨ hoc: vade et vende.ꝛc.quia hoc nō est preceptū:sed ꝓsiliū:sed contra aliquod preceptū sub quo potest cadere hoc consiliū.

Secundo. Itē videtur ꝙ ista duo precepta:nō ꝑcu.vxo.ꝛc. nō mechaberis:sint vnū:qz i vno prohibetur volūtas in alio op⁹ illi⁹ voluntatis: sed volūtas et op⁹ sūt idē peccatū.vnde pro eis nō iniūgit ecclesia penitentiam qz nō alia penitentia iniūgitur pro voluntate fornicationis ꝙ pro actu.

Tertio. Preterea.prohibita voluntate ꝓhibetur actus:ergo superfluū fuit prohibere actum vel opus.

Quarto Augustin⁹ Itē.negationibus nō meremur: quia sicut dicit btūs aug.declinare a malo vitat penā:sed nō meretur coronā:sed cōstat ꝙ p̄cepta data sunt ad merendum.nō posset dici ꝙ propter illud sūt data: ergo pura negatio nō precipitur : relinquit ergo ꝙ precepta negatiua intelligant affirmatiue : ergo ibi precipitur aliquod opus.nō opus exterius:ergo opus interius scz voluntas nō fornicandi:ergo volūtas nō mecandi p̄cipitur hic: cū dicitur:nō mechaberis: sed eadē precipitur hic cū dicit.nō cōcu.vxo.ꝛc. qz oportet ꝙ voluntas precipiatur. vt patet ex dictis:nec alia voluntas precipitur hic ꝙ volūtas nō mechandi:ergo idē p̄cipitur illis duobus mādattis:ergo male distincta sūt a moyse.

Solutio. Solutio.dicim⁹ ꝙ reuera volūtas ꝛ op⁹ sūt idē pctm̄ ꝙtū ad formā: sz diuisa quātū ad essentiā:tamē diuerse sunt prohibitiones voluntatis et operis ꝓpter tres causas. Prima est ꝓpter augmētū peccati quia peccatum augmentatur in opere. Prima cā

Secunda est ꝓpter nocumentum:qz per voluntatem sibi soli nocet:per opus proximo. Secūda cā

Tertia. Tertia est ꝓpter promptitatem quia valde proni sumus ad cōcupiscentiā:et tō ad magis cohercendā concupiscentiā ꝓhibetur voluntas mechandi vno precepto et opus alio:eodem mō ꝛ ꝓpter eandem rationē prohibetur voluntas furādi et opus diuersis prohibitionibus.sed quia non est pronus homo naturaliter ad homicidiū:immo contra naturam est: ideo vno tantū precepto prohibetur volūtas homicidij et act⁹.et sic patet solutio ad duo obiecta.

per hoc ad duo prima

Ad tertiū. Ad tertio obiectū dicimus ꝙ reuera prohibitiones nō sunt intelligende tantūmodo negatiue:sz affirmatiue partim sunt tñ diuerse prohibitiones quarum refrenatur voluntas:alia opus .cum enī dr: Non cōcupisces vxorem ꝓximi tui ꝛc. sic precipitur ꝓhibitio ꝓaue voluntatis et destructio eius.cum aūt dr Non mechaberis.precipit volūtas mechādi actualit

¶ Q littera decalogi est littera occidens.

Quarta questio huius capituli.

Sic obicitur. dicit augustinus super illud apostoli. Littera occidit:spiritus aūt viuificat:ꝙ littera decalogi est littera occidens.quod ꝓbatur esse falsū.quia id dicit in libro de ciuitate dei:ꝙ virtus est ordo amoris:virtus ordinat habentē secundum tres partes amoris:triplicē habet effectum virtus. pim⁹ est quo ordinatur ad deū.secūdus quo ordinat ad se tertius quo ordinatur ad proximū et habet triplicez effectum.est reperire in decalogo.secundū enī tria p̄ma mandata ordinatur homo ad deū ꝛ ad se: qz ꝓmo precepto quo precipitur fides ordinatur ad deum et assimilatur deo:quia fide efficimur similes deo et filij dei:et maxime patri:sicut ostensum est superi⁹.per secundū assimilamur filio.per tertiū spiritui sancto . et etiā per tertiū ordinatur hō ad se:vt ostensū est prius per septē sequentia ordinatur hō ad proximū perfecte:vt ostensū est.ꝙ perfectio virtutis est in decalogo per hoc ergo videtur esse falsū quod dicit. aug.super illud apostoli. Littera occidit: spiritus autē ē qui viuificat. dicit enī augustinus.ꝙ littera decalogi est littera occidēs:qđ videtur esse falsū. qz secūdū p̄dicta ē littera perficiens in omni virtute.

ℨ dictū augustini aī.

Preceptā ordināt hominē ad deū

Alia septē ꝓmū.

Scđo iqsitiue.

Preterea. querit de quodam precepto deuteronomij quo precipitur ꝙ si quis fecerit domū et non fecerit ibi appodiationes:si aliquis ceciderit de domate illius dom⁹ ꝛ moztuus fuerit:sanguis eius requiretur ab eo . queritur ergo vtrū hoc preceptū contineatur in decalogo aut non.si non:ergo in decalogo non sunt perfecte distincta precepta.et preterea videtur ꝙ pertineat ad illud p̄ceptum: Non occides. Et si hoc est morale:preterea non est figura alicuius quod modo sit in nouo testamento.ergo non ē cerimoniale.ꝙ morale.ꝙ immorale.ergo adhuc tenet qđ falsū ē vt patet.

Tertio.

Solutō ad primū. Solutio . ad primo obiectum dicim⁹ ꝙ augustin⁹ ideo dicit. ꝙ decalogus est littera occidēs ꝙ in veteri lege nō abūdat gratia sicut modo. lex enī vetus ostendebat qđ faciendū:sed non propter quid.qz nō ostendebat manifeste gratiā . lex autē noua perfecte ostendit et qđ faciendū et propter quid:qz manifeste ostendit gratiā.littera ergo decalogi secundū statū veteris legis erat littera occidens:secundū ꝙ ex solo timore seruiebant iudei.sed vt dicit apostolus : lex subintrauit vt

abundaret delictū:ideo scz qz ex ipsa phibitione augebatur cōcupiscētia:ꝛ ppter maiorē cognitionē peccati adaugebaꝫ peccatū: ea ergo intētione qua dixit apostolus Lex subintrauit vt abundaret delictū ꝛc.

Ad secūdū

Ad secūdū dicit augustinus littera decalogi ꝛc. Ad secūdo obiectū dicimus qꝫ tria erāt in lege moralia q̄ immoralia sunt quoniā in eis consistit similitudo dei ꝛ ordinatio vera hoīs ꝛ cerimonialia q̄ aduentēte caritate recesserūt:ꝛ iudicia quorū quedam tenēt:quedā nō:qz iudicia dātur ad ordinādū hoīnes in exteriorib⁹ operibus ꝛ in vsu tempaliū:vnde variaꝫ secundū diuersos mores patrie ꝛ regionis:vnde necesse fuit vt in diuersis regionib⁹ diuerse essent cōsuetudines: quia ergo in palestīa siue in terra ꝓmissionis fiebāt domus plane superius vbi cenabant hoīes in vespere ꝛ ludebant:ideo propter cōsuetudinē illius regionis precepit dominus fieri appodiatiōes ne homines curuantes de tali domo morerentur: ideo non oportet qꝫ talia precepta teneant nisi in tali casu.

¶ Quomō adaptari habeāt decem precepta decalogi ad decem plagas egypti.

¶ Quinta questio huius capituli.

Videndū est quomodo adaptari habeant decē ꝑcepta decalogi ad decē precepta egypti. sicut ei dicit iob dñs vulnerat ꝛ medeꝫ.vulnerat ꝑ plagas sanat ꝑ ꝑcepta.

ꝓma plaga mutatō aq̄ in sāguinē.

ꝓma plaga mutatō aq̄ in sāguinē. sanaꝫ ꝑ ꝓmū ꝑceptū

Ꝓma plaga est cōuersio aque in sanguinem:per aquā que ē origo oīm corporaliū significatur noticia dei ex qua est omne bonū spūale.mutatio ergo aque in sanguinē est mutatio vere intelligentie dei in corporalē intelligentiā quā habuerūt illi: de q̄ bus dicit apostolus ad ro. Qui mutauerit veritatem dei in mendaciū.et seruierūt creature potius q̄ creatori hec plaga sanatur per ꝓmū preceptū in quo fides precipitur que est vera dei cognitio cū dr:nō adora.deū alienū.vnde deū tuū adora.et illi soli seruies.

ſcda plaga ſcōm ꝑcep. ktia plaga.

Secunda plaga ranarū generatio per quas significat mendax loquacitas mūdi que sanaꝫ per secundū preceptum quo dicit.nō assumes nomē dei tui inuanū.i. veritatē in mendaciū. Tertia plaga fuerūt cinyphes que sūt minutissime muscę que volātes circa oculos pungunt et perturbant oculos et non ꝓmittunt hominē quiescere. per que significantur cure mūdi que perturbant hominē interiorē nec ꝓmittūt hominem

ktiū ꝑceptū

ktiū ꝑceptū quiescere.hec plaga sanatur per tertiū mandatū quo dicitur memēto vt diē sabbati sanctifices.sāctificatio enī est vera delectatio ꝛ quies in deo:de qua dicit beatus gregorius in exo.sup hāc prola.israel accepit sabbatū in munere. egyptus percutit muscarū multitudine.

Gregorius.

Quarta plaga est musca canina per quā notantur canini mores hominū illoꝝ qui nō habent pietatem ad parentes suos. hec plaga sanatur per quartū preceptū honora patrē tuū et matrē tuā. ꝛc.

ꝗrta plaga ꝗrtū ꝑcep.

Quinta plaga est mors pecudū per quaz significatur spūalis mors hominū.qui prauis moribus seipsos in pecudes mutauerūt.hec plaga sanatur per quītū preceptū qō est nō mechaberis vbi ꝓhibeꝫ oīnis fornicatio.

ꝗnta plaga ꝗntū ꝑcep.

Sexta plaga est vesice et pustule ꝛ ferbure in faciebus hominū per quas significatur motus ire. irascens enim tumet contra eū cui irascitur et feruet ardore iracūdie:ita vt defiguretur totus homo interior. hec plaga sanaꝫ ꝑ sextū ꝑceptū quo dicitur nō occides:vbi ꝓhibeꝫ oīnis ira:sicut expōit dñs in euāg.

ſexta plaga ſextum preceptū.

Septima plaga est grando qua grandinauit dñs vineas egypti ꝑ quā significatur auaricia que destruit oīs virtutes ꝛoēm dulcedinē aie:que sanatur per septimū preceptū quo dicitur.non furaberis.fur enī cur aurum acquirit:fidem amittit.

Septima plaga.

Octaua plaga est locusta:que dente nocet et comedit. per quā significātur detractores: et falsi testes.hec plaga sanatur per octauū preceptum de quo dicitur.non falsū testimoniū dices.

Octaua plaga.

Nona plaga ē tenebre palpabiles:per quas significatur adulteriū:in quo sunt tenebre palpabiles. qm̄ adulter tale quid facit contra proximū qō ꝓpatientius sustinet inter quaslibet luxurias.hec sanatur per nonū preceptū:de quo dicitur.non cōcupisces vxorem proximi tui ꝛc.

Nona plaga.

Nonū preceptū.

Decima plaga est mors primogenitorū.primogenita aūt hominis sunt fides/spes/caritas.per mortē ergo primogenitorū intelligitur amissio fidei/spei caritatis.per quas hō est filius dei et per quas debeꝫ homini vita eterna.hec plaga sanaꝫ per decimū preceptum:quod dicit.nō concupisces rem proximi tui qui enim concupiscit rem ꝓximi sui desiderat per cōsequens vt ipse sit heres illius: et per consequens q̄ nullū habeat aliū heredē.et ideo tam cito amittit ꝓmogenita sua.sed hec plaga videtur eadem eē cū prima:qz per hanc amittitur fides:similiter et per ꝓmā plagā.

Decima plaga.

Decimum preceptuz.

ꝯ ꝑdicta ad

Preterea.cū hec plaga sit minima:qz per minimū peccatū amittitur fides:quomodo per hanc cōpulsi sunt egiptij relinquere filios israel et exire de egipto.

Secundo.

Solutio ad ꝓmū.

Solutio. ad primū. Ad secūdū

Solutio.

Solutio ad primū. non est idē infidelitas et amissio fidei.vnde patet q̄ non est eadē vltima plaga et prima q̄ per quodlibet peccatum amittitur vera fides.

Ad secundo obiectū dicimus q̄ homo proprie percutitur vltima plaga:quādo percipit se amittere fidē/spē/ꝛ caritatē/similitudinē dei/bona eterna et sibi deberi penā eternam.nichil aūt est quod ita cogat hominē exire de egipto sicut talis cōsideratio: nichil est quod ita cogat egiptios ad dimittendū filios israel exire de tenebris peccati sui de egipto spirituali.

¶ Quomodo diuisio decez preceptorū decalogi reducibilis est ad diuisionē cardinaliū.

¶ Tractatus decimusoctauus.

Dictū est q̄ decalogus sufficiēter assimilat nos deo.hoc quidē dictū de quattuor cardinalibus virtutibus:et de septē donis spiritussancti: necesse est ergo q̄ diuisio decē preceptorū decalogi reducibilis sit ad diuisionē quattuor cardinaliū ✠tutū vel ad diuisionē septē donoꝝ.hoc aūt videtur esse falsū.qm̄ in decalogo non videtur fieri mētio nisi de iusticia.qz tribus preceptis reddimus deo quod suum est.septem aūt sequentibus reddimus ꝓximo qō suū est: qō ꝑtinet ad dilectionē ꝓximi.et ita in decalogo non fit mētio nisi de iusticia:in nullo enī precepto videtur precipi actus prudentie vel fortitudinis: et sic diuisio decalogi non est reducibilis ad diuisionē cardinalium virtutum vel ad diuisionē donorū.

ꝯ hoc aſſ.

Solutio.

Ad hoc dicim⁹ q̄ reuera diuisio decē preceptorū reducibilis est ad diuisionē cardinaliū virtutū:in primo enī precepto precipitur latria:fides/spes/caritas/vbi enī dicitur de⁹ tuus:deus tu⁹ est:instruimur ei in fide. hoc autē quod dr in deuterono.vi.diliges dñm deū tuū ꝛc.ꝑtinet ad primū mandatū:et ita primo mandato precipit illa species iusticie:que est religio. secundo mandato:scz non assumes nomen dei tui in vanū precipitur veritas ad deū in his que sunt de articulis fidei:que ē alia species iusticie.tertio mandato precipitur opus pru-

Scō mā dato.

Tertiomā dato.

dentie:cum dicitur:Memẽto vt diẽ sabbati sctifices dicit apo.prudentia enĩ spũs vita et pax precipiuntur virtutes contẽplatiue de quibus delectamur in deo 1.quibus prudentia spũs remouet muscas inquietantes.sicut legitur de abrahã geñ.xv.in quarto aũt p̃cepto precipitur pietas:que est alia species iusticie cuz dicitur.honora patrẽ tuũ ꝛc̃.In quito qȝ est: nõ occides.precipitur fortitudo.qz sic ꝓhibetur ira:ꝛ ita p̃cipitur mansuetudo et patientia:que est species fortitudinis.his aũt preceptis: nõ furtum facies. nõ concupisces rem ꝓximi tui.precipitur prudentia inquãtum per ipsã bene administrant tẽporalia. hoc autez p̃cepto:non falsum testimoniũ dices.p̃cipiturveritas ad proximũ.istis aũt duobus preceptis:non mechaberis.non concupisces vxorẽ ꝓximi tui.p̃cipitur temperantia.et sic ptz quomõ diuisio decalogi reduci posit ad quattuor cardinales virtutes:et ad septem dona.cum ꝫ dictũ sit supertius de donis et virtutib⁹. dei de etiã tunc de p̃ceptis decalogi:Restat ꝯt dicam⁹ de vicijs prohibitis in decalogo.prohibetur aũt ĩ primo p̃cepto idolatria de qua dictũ est supertius qñ tractauimus de latria.consequens igitur est dicere de vicio ꝓhibito in secundo precepto.s.de mendacio qȝ ꝓhibetur cum dr.non assumes nomẽ dei tui in vanum i.nõ mentieris de deo:et nõ iurabis pro nichilo.vnde dicendum est de mendacijs ꝛ periurijs:et pr⁹ de mẽdatio.circa quam questionẽ ꝑmo videndũ ẽ quid sit mẽdaciũ:et vtrũ oẽ mẽdaciũ sit mortale peccatũ.secũdo quod mendaciũ sit peccatũ venale:quod mortale tertio de generibus mendaciorũ. quarto vtrũ iacob mẽtitus fuit:cũ dixit.ego sũ esau.

Figura. q̃rto p̃cipit In quinto precipitur.

precipitur prudentia. ¶Precipit veritas. ¶Precipit tẽperãtia.

De vicijs prohibitis

¶De mendacio.

Diffinitio mendatij.

ꝑ hanc aꝝ.

Euasio.

ꝑ hanc aꝝ.

Questio incidens.

Aꝝ qȝ non. August in⁹

Secundo.

In oppo⁹

Arca ꝑmũ capitulũ sic obicitur.aug. sic diffinit mendaciũ.Mendatiũ est falsa significatio vocis cum intẽtione fallẽdi.sumit aũt hic mẽdaciũ ꝓ dictione falsi.vnde et hoc nomẽ significatio ponitur hic pro ipso actu significandi.Sz videtur qȝ hec diffinitio nõ conueniat cuilibet mẽdacio:non enĩ conuenit mẽdacio locoso.locose enĩ mentiens non intendit false nec audiens decipitur cũ sciat illud mẽdaciũ eẽ locosum Si dicatur qȝ aug.diffinit tñ mendaciũ mortale.Cõtra.aug.statim posita illa diffinitione ponit diuisionẽ mendacij:et ĩ illa diuisiõe ponit mẽdaciũ locosũ.ꝯ aut icõuentẽs ẽ diffinitio:aut icõuentẽs ẽ diuisio.Querit postea vtrũ oẽ mẽdaciũ sit peccatũ mortale. videt qȝ nõ.qz sup illũ locũ psal.pdes oẽs q̃ loquũt mendaciũ dicit augustinus.qz mẽdaciũ est contrarium veritati sed omne contrariũ perimit suũ cõtrariũ.ergo omne mẽdatiũ perimit veritatẽ.sed veritas est virtus.ꝯ oẽ mẽdaciũ perimit veritatem.sed nichil perimit veritatẽ nisi mortale pecatũ.ꝯ omne mendaciũ est mortale peccatum.Item.qui facit contra conscientiã edificat ad gehẽnã.ois mẽtiens facit contra conscientiã. ergo edificat ad gehẽnã.sed omnis edificans ad gehennã peccat mortaliter.ꝯ ois mentiẽs peccat mortaliter.ꝯ oẽ mendaciũ est pẽccatũ mortale. Sed cõtra facere ꝫ cõscientiã et facere secũdũ conscientiã sũt contraria sed facere contra conscientiã est demereri.ꝯ facere secundũ conscientiã est mereri aut ecõuerso:mereri est facere secundũ conscientiã:in contrarijs ei aut ẽ consequẽtia:aut in ipso:aut econtrario.sicut si a.et b.sũt contraria c.et d.sunt contraria:si ad a.sequitur c.ad b sequitur d.si sit sequentia in ipso:aut ad d.sequitur b si sit consequentia econtrario.sed constat qȝ hec ẽ falsa.quicunqz facit secundũ conscientiã meretur. similiter hec est falsa.quicunqz meretur facit secundũ conscientiã.potest enĩ quis sine deliberatione prehabita facere opa meritoriũ. videt ergo qȝ hec sit falsa facere contra conscientiã est demereri.Solutio.dicũ q̃dam qȝ illa diffinitio conuenit cuilibet mendatio ĩ genere.vnde conuenit mendacio locoso in genere:licet non cuilibet indiuiduo locosi mendacij.locose eĩ mẽtiens vult per ea que dicit mouere hoies ad risũ:hoc autẽ aliquando non potest facere nisi faciat credi qȝ dicit.vñ intendit false:et tali mendatio locoso conuenit predicta diffinitio.vtrũ hec solutio sit vera: postea patebit.Ad secundũ dicim⁹ qȝ hec est falsa.ois mẽtiens perimit veritatẽ:sicut hec est falsa.ois inebrias se perimit sobrietatẽ.per ebrietatẽ eĩ venialẽ nõ perimitur sobrietas virtus.vnde ebrietas venialis nõ est contraria sobrietati:sed quodãmõ repugnans: sicut veniale dicitur repugnare virtuti. similiter mẽdaciũ veniale non est contrariũ veritati:sed repugnans.et quod dicit augustinus.qȝ mendatiũ est contrariũ veritati.intelligitur tantũ de mẽdatio pernicioso:de quo loquitur prophęta.perdes omnes qui loquunt mendaciũ.Est enĩ triplex mendaciũ.pernicioſũ/ officioſũ/ locoſũ.Ad vltimũ dicim⁹ qȝ hec est falsa.facere cõtra conscientiã:et facere secundũ conscientiã sunt contraria.qz facere contra conscientiã est vicij generaliter. ſz facere secundũ conscientiam non est virtutis generaliter: sed facere secundũ conscientiã ex virtute siue bene:et facere contra conscientiã sunt contraria ꝛ tũc est consequentia in ipso in istis quattuor contrarijs.

Solutio. Opinio aliquorũ.

de hoc post ea.

Ad scdm.

Dictuz augustini.

triplex mẽdatium.

Ad vltimũ

¶Utrum omne mendaciũ sit peccatũ.

¶Secunda questio huius capituli.

Queritur vtrũ oñe mendatiũ sit peccatũ:ꝛ quid mendatiũ faciat veniale ꝛ quid mortale.qȝ oñe mendatiũ sit peccatũ ꝓbat per auctoritatẽ augustini q̃ dicit qȝ nullus cui credendũ est mẽtiri debet.ꝛ itez dicit qȝ viro bono credendũ est: ex his duabus ꝓpositionibus sequitur: ergo nullus bonus debet mentiri ergo ois bonus debet vitare mendatiũ.sed nichil debet vitari nisi malũ:ergo omne mendatiũ est malum non malũ pene:ergo malũ culpe: ergo oñe mẽdatiũ est peccatũ. Item.post assignationẽ oim generũ mendatiorũ dicit aug.Quicunqz aliquod genus mẽdatij peccatũ non esse putauerit seipm decipit:ꝯ falsum est aliquod genus mendacij peccatũ non esse: ergo eius oppositum est verũ.ꝛ ita omne mendatiũ est peccatũ Sed contra.Dicit aug. qȝ sicut est mendaciũ in falsis verbis:ita in operibus simulatis.sed mẽdatiũ in operibus simulatis põt esse sine pctõ: qȝ probat per auctoritatem hierony.qui dicit simulationẽ esse bonam in tempore assumendã per exemplũ probat hieu:qui simulauit se adoraturũ baal vt congregaret sacerdotes eius ꝛ interficeret eos/ꝛ laudatus est in hoc facto ergo nõ peccauit. Similiter simulauit se dauid furiosum coram achis et nõ peccauit. similiter et iosue simulauit fugam vt extraheret et educeret longe a ciuitate sua habitatores ha. et non peccauit. Similiter dñs finxit se longius ire.¶Patet ergo qȝ mẽdatiũ põt esse in operibus simulatis sine peccato:ꝯ et in verbis falsis potest esse mendatiũ sine pctõ:ergo nõ oẽ mendatiũ est peccatũ. Item.logici in disputationib⁹ suis sepissime dicũt falsum vt videatur quid inde accidat.

Aꝝ per augustinũ.

Secundo.

In oppom peraugustinum.

ꝓbat mior

De dauid.

De iosue.

De dño.

Secundo.

et constat q̄ nō peccant. si igitur disputātes mētiunt sine peccato qz bono fine dicūt falsū. s. ppt exercitiū vel vt videatur veritas sicut cōtingit in sillogismo ad impossibile, multo fortius in vno genere mendacij q̄ sit melioꝛi fine. s. pro vita hoīs coseruanda: non ē pec

Tertio per augustinū. catum: et ita non est oē mendaciū peccatum. Itē. augustin⁹ peccare est spreto incōmutabili bono rebus cōmutabilib⁹ adherere. et hoc patet ī. vi. genere mēdacij. qui enī mentitur pro pecunia dimittit veritatē que est eterna. et ita īcōmutabile bonuz spernit ⁊ adheret pecunie que est ꝯmutabile bonū. sed in. viij. genere mendacij non videtur ita esse. qui enī mentitur pro castitate conseruanda: sicut ille qui celat virginē que queritur ad defloratiōnē: non adheret bono cōmutabili. castitas enī bonū eternū est. temperātia eī erit in patria. ergo sic mentiēs non adheret bono cōmutabili spreto incōmutabili bono: ergo nō peccat:

Itez ad principale. ergo non oē mendaciū est peccatum. Itē super illuz locū psalmi. perdes oēs qui loquūtur mendaciū. assignat augustin⁹ causā quare perdes: dicens: qz declinat ab eo quod est: ad id quod nō est. ꝯ quicūq; declinat ab eo qō est ad id qō nō ē meretur perditionē: sz pditio ē mors eterna. ꝯ q̄cūq; decliat ab eo qō ē ad id qō nō est. meret mortē eternaz. sed oīs mentiēs declinat ab eo quod ē. s. a veritate ad id quod nō ē. s. ad falsitatem. ergo oīs mētiens meretur mortē eternā. ergo peccat mortaliter. ergo oē mēdatiū est peccatum

Ad idem. mortale. Item. si hec ē causa quare mendaciū sit peccatum: declinare a veritate ad falsitatē cū hec causa sit in oī meudatio. et vniuoce oē mendaciū debet eē ve

Solutio. niale aut esse mortale quozūvtrūq; est falsū. Solutio concedimus cū beato augustino q̄ oē mendaciū est

Notandū. peccatū: secundū q̄ augu. sumit mēdaciū. Secūdum tamen est q̄ mentiri siue mēdaciū q̄nq; stricte: q̄nq; large accipitur. large secundū q̄ mentiri est contra

Ambros⁹. mentē ire verbo vel facto. et sic sūpsit ambrosius cū dixit. mendacij ē in operibus simulatis. qui enī ✠bo confitetur cristū: factis aūt negat: mendax ē secundū hoc. stricte autē sumitur mentiri secundū q̄ ē contra mentē ire verbo: et talis proprie dicitur duplex. quia

Ad primū aliud habet in oze aliud in corde. Dicim⁹ ergo ad p̄mum q̄ non valet hec argumentatio. mēdatiū ī operibus simulatis: potest esse nō peccatū. ergo ⁊ mēdaciū in verbis potest eē sine peccato. quoniā op⁹ non est proprie nūcius mentis: et ideo quia hoc mō simulat: non proprie facit contra mentē imo secundū mentē que dictat ei sic eē faciendū: sed sermo proprie nuncius mentis est. vnde contra mentē facit qui contrarium dicit ei quod est in mente. mens enī et naturaliter dicit q̄ hoc non debeat testificari ne sit testis falsitatis. et propter hoc peccat quia it contra mentē.

Ad secūdū secundū dicimus q̄ disputantes non peccāt dicēdo scienter falsū quia non dicunt illud intentione fallēdi: quia non intendunt illud asserendo testificari vt faciant illud concedi. sicut dicit apo. si cristus non surrexit inuenimur ⁊ nos falsi testes: ipse eī dicendo cristū resurrexisse intendebat illud asserere et testificari hominibus et se esse testē resurrectionis. vnde si illi non credidisset et dixisset illud intestis peccasset.

Ad tertiū. Ad tertiū dicimus q̄ octauo genere mentiens adheret bono cōmutabili relicto incōmutabili: quia castitati corporali tñ quantū ipe potest cōseruare. castitatem enī mentis solus de⁹ cōseruat: nec est inanū conseruare ꝯ castitatē corporalē q̄ nisi anima cōsētiat corp⁹ non potest spiritualiter contaminari: licet corporaliter contaminetur. Ad vltimū dicimus q̄ omnis mentiens declinat ab eo quod est. s. a veritate. ad id quod non est. et propter hoc peccat. sed non ꝓpter hoc solum peccat mortaliter: sed quia prorsus declinat preponendo veritatem falsitati: quia ex libidine venali potest homo preponere falsitatē veritati: quā discredere non est peccatum cum nō sit de articulis fidei vel adiunctis articulis fidei vt postea dicetur. et ita patet q̄ non oportet: omne mendatiū eē peccatū mortale. illud vero quod dicit augustinus. perdes omnes qui lōquuntur mendaciū. ideo quia declināt ab eo qō ē ad id quod non est: intelligendum est de declinatione omnimoda que ex libidine morali vt postea patebit. Adhuc videtur posse probari q̄ non omne mendaciū est peccatum: quia mendaciū est falsa vocis significatio cum intentione fallendi. sed falsa vocis significatio indifferentis ē secundū se: qz nichil aliud ē ꝯ prolatio vocis significantis falsum. ergo q̄ mendatiū ē peccatum hoc ē intentione fallendi. ergo vbi non ē intentio fallendi: non ē mendatiū dictum ē prius. sed in mendatio iocoso non ē intētio fallendi. sit ita q̄ iocose mentiens non intēdat facere credi quod dicit. ergo ibi non est mendatiū qō sit peccatū. ꝯ nō omne mēdatium ē pctm̄. Si dicatur q̄ ibi est intentio fallendi non ob hoc q̄ intendat facere credi. sz ob hoc q̄ intēdit facere delectari reb⁹ nugatoriis: sed per hoc non destruitur veritas in auditoribus nec in ipo mentiente: qz ipe mentiēs scit id quod dicit esse falsum: ergo non asserit illud mentaliter: qz asserere mentaliter est cōsentire. sic igitur per mendaciū iocosum non destruitur veritas in aliquo: ꝯ pctm̄ illud non est magis contra veritatē q̄ contra aliā virtutem. sed mendaciū directe contra veritatē est: ergo iocosum mendaciū nō est mendaciū. aut si est mendacium nō est peccatū cū non habeat perfectionē pcti. i. intentionē fallendi. Item. si ob hoc peccatū est quia vult placere hoībus per illud falsuz/aut mouere eos ad risum. sic ergo alius qui per veravelit placere hominibus: constat q̄ vterq; peccat. ⁊ eadem est ꝓfectio peccati vtrobiq;: ergo idē peccatū: sed peccatū illius qui per falsa vult placere est mendatiū. ⁊ ita iocosum mendaciū non est mendaciū. Item. aliquis queritur ad mortē et aliquis vir perfectus scit vbi est: veniunt apparitores ad ipm̄ et querunt ab ipo vbi est. in hoc casu videtur illi viro sancto qō dicendū est falsum vt saluetur alia illius. ⁊ cū hac intentione et hac cōscientia dicit falsum: queritur an peccet? Si non: ergo nō omne mendaciū est peccatū. Si peccet. Cōtra. cōscientia dictat ei q̄ sic est dicēdū. facit ergo scām conscientiam sed mendaciū est peccatū: qz est cōtra cōscientiā: ergo non peccat cum nō faciat contra cōscientiā. Item. nō intendit fallere apparitores: imo potius reuocare ab homicidio: ergo nō est ibi perfectio peccati quod est mendaciū: ergo nō peccat. Item. sepe ꝓponum⁹ falsa in disputationibus preter necessitatem ⁊ sine peccato multo fortius ī casu necessitatis sine pctō pōt aliquis dicere falsuz. ⁊ ita in predicto casu nō peccat vir sctūs mentiendo. qō multi concesserunt. Sed contra eos est augustin⁹ qui dicit q̄ perfecto nō cōuenit mentiri etiā pro vita alterius: ne dū vitam alterius seruat ꝓ prīā occidat. et ponit exēplū de quodā sancto epo q̄ abscondit quendā miserū qui querebatur ad mortē et dū ab ipso epo quererent appartitores, vbi eēt ille

Ad vltimū

Ad augu.

Iterum ad

Euasio.

ꝯ hanc ad.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Optnio mꝝ torum.

Sic i oppositum.

Exemplū.

miſer.reſpondit eps.nec poſſū mentiri nec poſſū eſſe proditor.Solutio.ad primū dicimus q̄ ſine dubio ītentio fallendi ſiue ponendi falſitatē in aliquo vl̄ deſtruendi veritatē facit mendatiū eſſe peccatū.vñ falſa vocis ſignificatio ē ſicut materia ī mēdatio: ⁊ intētio fallendi ē ſicut forma.⁊ ꝓpter hoc dicim⁹ q̄ mendatiū tocoſū qđ nō hz hmōi formā nō ē mēdatiū ſm verā rationem mendatij niſi large ſumatur mendacīū.vñ large ſūpſimus mendacīū ſuperius cū dixim⁹ hmōi mēdatiū ſecundū quoſdā tocoſū eſt mēdatiū.⁊ q̄ hmōi mendatiū non ſit vere mendacīū oſtenditur per auguſtinū qui dicit.q̄ qui dicit falſū: vt veritas ponatur in alio non mentitur:ſicut ille qui dicit inimico ſuo de quo ſcit q̄ quidquid dicat ei ipſe credet oppoſitū:hec via plena eſt latronibus demonſtrata via ſecura vt credens oppoſitū teneat viā demonſtratā:talis non mentitur cū non intendat deſtruere veritatem in ſe:nec in alio.dicimus ergo q̄ oē mendatiū qđ vere eſt mēdatiū ē peccatū.et ad obiectionē de tocoſo mendatio ſoluim⁹ per interēptionē dicentes q̄ non eſt mēdatiū in vera ratione mendatij.Ad vltimū dicimus q̄ ille qui credit mentiēdū eſſe in caſu predicto nō ē hō ſpiritualis:q̄ iudicat oīa et videt veritatem in ſe.vnde talis conſcientia erronea ē:et debz eā deponere.vnde falſa ē hec.iſte facit ſcōm conſcientiaz immo facit contra conſcientiā.quia facit contra conſcientiā vanā:ſicut ſi aliquis iudicaret albū nigrū diceretur iudicare contra viſū:quia iudicaret cōtra viſū bñ diſpoſitū:facit etiā contra conſcientiā ſuā: quia ſi bene conferret et quātū poſſet inueniret cōtrariū ī cōſcientia ſua.dicim⁹ ergo q̄ non dz mentiri.dicimus etiā q̄ hec eſt falſa.iſte non intendit fallere: intēdit ei facere credi eē verū:quod tamē ē falſū:et hoc ē falſū.Ad hoc quod dicitur q̄rit quare nō liceat ei dicere falſū in hoc caſu cū ī diſputationib⁹ ſepe dicamus falſū preter caſū neceſſitatis dicim⁹ q̄ in diſputatione dicendo falſū non intendim⁹ deſtruere veritatē.qz non queritur a nobis an ita ſit.ſicut cū apparitores querunt ab illo vbi ē ille: querūt vt certificent.et ꝓpt hoc qui eis mentitur:deſtruit veritatē in ipſis:quod non licet facere viro perfecto qui non curat de temporalibus ſiue ſit aurū ſiue ſit argentū ſiue etiā vita tēporalis.vñ nec pro vita tēporali mentiri debet.imperfectus aūt poteſt mentiri'qui nō ē ita ſeparat⁹ ab amore mundanoꝝ ſicut perfectus.vñ ſecus ē de īperfecto ⁊ perfecto.Si ponat q̄ aliquis querat ad mortē:et aliquis perfectus abſcondat eū in domo ſua ⁊ veniāt apparitores et querāt ab illo viro ꝓfectovbi ē:⁊ ille dicat eum non eſſe in domo ſua. queritur an hoc mēdatiū ſit pcūm mortale aut veniale.ſi veniale.Cōtra.dicit auguſtinus q̄ nullus maxime perfectus mētiri debet.ne dū vitā alterius ſeruat:animā ſuā perdat.ergo iſte per mendatiū i ud animā ſuā perdit. ſed non perdit animā ſuā niſi per mortale peccatū.ꝯ mendatiū illud ē mortale.Itē.dicit auguſtin⁹ q̄ merces benignitatis obſtetricū in eternavita potuit retribui precedēte culpa mēdatij in terrenā mercedē declinata ē.ergo mēdatiū obſtetricū facit eas indignas vita eterna.et tñ illud mēdatiū fuit pro vita ꝓpria conſeruanda vt patet in exodo. ſi ergo mēdatiū obſtetricū pro vita ꝓpria cōſeruanda fuit mortale: multofortius mendatiū iſtius viri quod ē pro vita alterius conſeruanda mortale eſt. Itē mendatiū mortale eſt.vñ perdes oēs qui loquuntur mēdatiū.et os qđ mentitur occidit aiaz.ergo ſi mēdatiū iſtud veniale ē aliquid facit illud veniale.queritur quid. non niſi benignitas.ergo ſi aliqua mulier dicat alicui clauſtrali interficiā me niſi cognoſcas me: et hoc cōſtat illi clauſtrali.ſi cognoſcat eā cauſa benignitatis peccabit venialiter.hoc aūt falſū ē.ergo benignitas non facit de peccato qđ alias mortale q̄ſit veniale.ergo mēdatiū illud non ē veniale. Itē.indirecte ſi ē veniale.ꝯ meretur paruulā penā:ſcz tonſionē pectoris vel cōſimilē:ſi fuerit carnalis paruā penā potius debet ſuſtinere q̄ frater ſuus carnalis maximā penā.ergo frat̄ ſpiritualis multofort⁹ pot⁹ debz ſuſtinere paruā penā q̄ frater ſuus mortē:que ē maxia pena. ſecundū hoc ergo ſi mendatiū illud veniale ē.mentiēdū ē pro vita alterius ſeruāda:ſed nō ē mentiēdū: vt dicit aug. etiā pro vita alterius ſeruāda.ꝯ nō ē veniale:ē igitur mortale.Sed contra.ſi mendatiū benignitatis ē peccatū mortale viro perfecto.ergo mendatiū tocoſum qđ fit ratione benignitatis.eadē ratione verbū tocoſū ē mortale viro perfecto.ꝯ ſecundū hoc qđ ē veniale de ſe ē mortale viro perfecto:et hoc manifeſte falſū.ſic enī eſſe perfectū ē petoris conditionis q̄ eſſe imperfectū.Itē ī iperfecto nō ē illud mēdatiū mortale: et īperfecto eſt mortale.ꝯ perfectio facit q̄ ei ſit mortale.ꝯ perfectio facit q̄ ī infinitū magis peccet q̄ peccaret ſi īperfectus eēt:et hoc falſū ē. quia circūſtātia nō aggrauat peccatū in infinitū:ſi ei fornicaretur clauſtralis perfectus non peccaret in infinitū magis q̄ aliquis imperfectus:quia ſi hoc: ī infinitū maiorē penā meretur:quod patet eſſe falſū.Itē.probatur q̄ hmōi perfectus poſſit eſſe perplexus ſcit enī q̄ cōſcientia dictat ei q̄ ſi taceat hoc ipſo q̄ apparitores ſciunt illum qui queritur eſſe ī domo ſua. igitur ſi tacet proditor erit.ſi dicat illum non eſſe in domo ſua peccat mortaliter. ergo perplexus. Contra.Nerui teſticulorum leuiatham perplexi ſunt.et ſic eſt perplexitas in malis et non in bonis: ergo iſte cū ſit perfectus nō eſt perplexus.Solutio.Auguſtinus dicit in libro de mendacio q̄ duplex eſt vita tēporalis.ſ.et ſempiterna. qua cum deo viuim⁹ in preſenti vita gratie et in futuro vita glorie.cū aūt aliquis incipit diſtinguere vitaz temporalē maiora reputat pctā que nocēt vite tēporali q̄ alia:ſicut furtū/rapinā:et hmōi. vnde fornicationem ſimplicē non reputat maius peccatū:qz nō videt ibi cui fiat iniuria.Nō enī videt iniuriā que fit deo cum aliquis fornicatur. aufertur enī deo templū ſuū templū enī nos dei ſumus. Similiter mendacīū non reputat peccatū.nō enī videt qualiter mendatium deſtruat veritatē que eterna ē. talis ergo qui ſic diligit vitam tēporalē:ferre oīa facit pro vita tēporali.vnde mentitur ex amore vite tēporalis: ſicut mentite ſunt obſtetrices pharaōi ex amore vite tēporalis dicentes Non ſunt hebrebe mulieres ſicut egyptie. ipe enī habent ſcientiā oſtetricandi. Amor autē vite tēporalis poteſt eſſe venialis:poteſt eſſe mortalis.et ſi mentiat quis ex amore vite tēporalis venali :mēdaciuz illud eſt veniale.ſi ex amore mortali :mēdacīū eſt mortale vnde mendacīū obſtetricū potuit eſſe veniale: potuit eſſe mortale.Ad primū ergo quod dz de mēdacio viri perfecti dicimus q̄ veniale fuit. nō enī ꝓbabile eſt q̄ tam cito amiſerit caritatē:imo videtur mentir⁹ eſſe ex amore veniali vite tēporalis illius qui querit.Ad illud quod obicit de auctoritate auguſtini dicim⁹ q̄ ſic intelligenda eſt.Ne forte dū vitā alteri⁹ ſeruat ⁊c.

Solutio. ad primū.

Probatur p auguſti.

per hoc ad rationes.

Ad vltimū

Ad aliud.

Rota diligenter.

ꝫ hoc aſſ.

Auguſtin⁹

Secundo. p auguſti.

Tertio.

Quarto.

In oppm

Secundo.

Tertio.

ꝫ qđ eſt illud obiect.

Solutio.

Ad rōnem

vnde nullus debet mẽtiri ne ponat se in periculo. nescit enĩ an illud mendacium sit veniale an mortale: qz nescit an ex radice veniali proveniat an ex mortali. vñ augu. non asserit q hmõi mentiẽs perdat aĩam suã: sed in dubio ponit. Ad secundo obiectũ dicim9 q mẽdatiũ obstetricũ potuit esse mortale: potuit esse veniale. qz si radix fuit mortalis. i. si magis dilexerunt vitã suã tẽporalẽ q deũ: tunc mendatiũ fuit mortale. si vero venialis: mendatium fuit veniale: nec facit illas idiro venialis: mendatium et quod dicit gregorius: q merces gnas vita eterna. et quod dicit gregorius: q merces benignitatis earũ que in eterna vita potuit retribui precedente culpa mendatij in terrenã mercedẽ decli nata ẽ: exponunt hoc magistri q mendatiũ hic: tvenia le: potuit ipedire ne daretur eis gratia: et ita nõ eẽnt digne vita eterna. Ad tertiũ dicim9 q mẽdatiũ illud non est veniale propter benignitatẽ: sed quia procedit ex amore veniali vite tẽporalis. Ad quartũ dicimus q hec propositio ẽ falsa: si est mendatiũ venale mendatiũ ẽ ꝛc. non enĩ scitur eẽ venale. Ad illud qd obiectũ ẽ de perplexitate: dicimus q vir perfectus nõ potest esse perplexus: neq perplexitate absoluta: neq conditionali sed posito illo casu neq debet tacere neq debet prodere / sz debet deludere ipos apparito res. sicut dicebat prepositinus sic dicẽdo. creditis q si ipse esset hic q ego dicerẽ vobis. vel debet respondere sicut respondit ille sanctus epus de quo narrat augustinus hoc modo. nec possũ mentiri: nec possũ eẽ proditor. Sed contra illa que dicta sunt videtur esse glo. ieronimi que dicit super isa. versus finem. q dñs preparauit obstetricibus domos eternas. g mendaciũ non impediuit quin eis infunderetur gratia. Solutio. ieronimus loquitur secundũ vnũ casũ q potuit cõtingere. et gregorius in alio. loquitur eĩ gregor9 secundum q peccauerunt obstetrices mortaliter per mendatiũ illud. aut etiã venialiter. qd tamen veniale peccatum non fuit deletũ. sed ieronimus loquitur secundũ illuz casũ quo potuit contingere illas peccasse venialiter: quod tamen veniale esset deletum i ipsis per penitentiam aliquam. vnde secundum diuersos casus potest esse q ita fuerit: sicut dicit ieronim9.

Ad secũdũ

Ad dictuz gregorij.

Ad tertiũ.

Ad qrtum

Ad aliud.

ꝫ ista aī.

Solutio.

¶ De generibus mendaciorũ.
¶ Tertia questio: vtrum mendatiũ sit sufficienter diuisum.

DIcendũ est de generibus mendatiorũ. diuidit autẽ augustinus mendatium in tria. s. i mẽdatiũ perniciosũ / et iocosũ / et officiosũ. diuidit etiã secũdum aliã diuisionẽ mendatiũ in octo genera mendaciorũ. et cum vtraq diuisio sit sufficiens: necesse est q altera reducatur ad aliã: et ita perniciosũ genus mẽdatij continet tria prima mendacia que sunt in diuisione octonarij. s. mendatiũ quod est contra doctrinã religionis. quod ẽ primũ et capitale mendatiũ: ꝛ quod nulli prodest: et alicui obest quod est secundũ mẽdatium. et mendatiũ quod alicui prodest et alicui obest quod est tertiũ. iocosũ autem mendatiũ cõtinet quartum et quintũ mendatiũ: quod fit sola mentiendi et fallendi libidine quod ẽ minimũ mendatium vt dicit aug. quintũ est quod fit placendi cupiditate de suaui loquio. officiosũ aũt mendatiũ: continet sextũ ꝛ septimũ et octauũ mendatiũ. et est sextũ mendatiũ quãdo mentitur aliquis pro pecunia alicui9 saluanda. septimum ẽ qñ mentitur aliquis pro vita alicuius saluanda. octauũ qñ mentitur aliquis pro castitate alicuius saluanda: nullo illorũ mendaciorũ vt dicit augustinus: mentiendũ est: et assignat rationẽ de quolibet. primo genere non ẽ mẽtiẽdũ: quia illud est contra doctrinã religionis. secundo non est mentiendum quia nemini ẽ inuriandũ. tertio non est mentiendum quia nemini in detrimentũ alterius est consulendum quarto nõ est mentiendũ quia ipsa libido mentiendi in se viciosa ẽ. quinto non ẽ mentiendũ: quia nec veritas propter fauorẽ humanũ dicenda ẽ. multominus falsitas. sexto non ẽ mentiendũ: quia veritas testimonij non est coꝛ apẽda pro comodo alterius. septimo non ẽ mentiẽdũ: qz salus alterius non ẽ preponẽda fidei. octauo non est mentiẽdũ: qz castitas corporis nõ est preponẽda castitati mentis. quolibet ergo istorũ octo: ẽ peccatũ secundũ aug. et dat generalẽ regulaz de istis generib9: q quanto aliqd mendatiũ magis accedit ad primũ et capitale mendatiũ tanto mai9 ẽ: et quãto magis recedit tanto min9 ẽ peccatũ. de quolibet istoꝛ ẽndũ ẽ: et pmo de quo dicemus. et pbat q secũdũ mendatiũ mai9 peccatũ sit q primũ. qz si dicat q abrahã non exiuit de hur caldeorũ: vel q dñs non ascẽdit super asinã in ramis palmaꝛ: iste mẽtit i primo genere mendatij. dicit enĩ contrariũ ei, qd scriptũ ẽ in lege dei: et min9 peccat q ille qui mentiẽdo persequit aliũ ad mortẽ: sicut ille qui mẽtitur dicens illũ rapuisse: vl furatũ esse: vel interfecisse aliquẽ: iste aũt mẽtitur in secũdo genere mendatij. ergo secũdũ genus mendatij maius peccatũ est q primũ. Jtẽ. dicitur in euangelio q qui dixerit filiũ eẽ minoꝛez patre: mentitur: sed qui dixerit verbũ in filiũ mentitur i primo genere mendatij. ergo primum genus mendatij remissibile est. sed qui dixerit verbum in spiritum sanctum non remittetur ei: sicut qui dixerit in belzebub principe demoniorum eijcit demonia. hoc autem mendatiũ in secundo genere mendacij: ipugnat enĩ gratia fraterna: ꝛ ita fit iniuria proximo. cũ ergo scõm gen9 mendacij sit irremissibile et primũ remissibile scõm maius pctũ est q primũ. pctũ enĩ irremissibile maius est pctõ remissibili. Jtem. primũ gen9 mẽdacij directe est contra fidẽ: et scõm genus mendacij directe est cõtra caritatẽ. caritas autẽ excellentioꝛ est q fides. vt ait aplꝰ: g secundũ genus mendacij excellentiorẽ virtutẽ destruit q primũ: ergo est mai9 pctũ q primũ. qd est contra augustinũ. Jtẽ. videt q nullũ peccatũ sit mendatiũ preter primũ: qz si rex esset parisius et dicã regem non esse parisius dimitto veritatẽ huius enũciabilis regẽ esse parisius et adhereo falsitati sui oppositi: sed veritas illius enũciabilis cõmutabilis est: g ibi solũ dimittit bonũ incõmutabile pro re cõmutabili: sed peccare est spreto incõmutabili bono rebus commutabilibus adherere: ergo ibi nõ est peccatũ. Si dicatur q nõ solũ dimittitur veritas enũciabilis: sed etiã veritas ipius hois qua debet esse verus / adhuc remanet eadẽ obiectio: qz illa veritas est bonũ creatũ vt manifestũ est: ergo est bonũ cõmutabile. et inde vt prius. Solutio. Doctrina religionis qñq large qñq stricte sumitur. stricte secũdũ q dicit doctrina religionis: doctrina articulorum fidei: et sic mendaciũ contra doctrinã religionis primũ et capitale mendaciũ ẽ: et maius est q aliquod mendacium secundi generis aliis circũstancijs paribus. large sumitur doctrina religionis secundũ q dicit oĩm eoꝛ q sunt in lege dei. ꝛ secũdũ hoc aliquod mendaciũ qd ẽ cõtra doctrinã religionis min9 pctũ est aliq mẽdatio

Quõ octo reducũtur ad tria.

Rõa gñalis

Aī primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Euasio.

Solutio.

scdi gñis. Dicim⁹ igr̃ q; ī gñe maius pctm̃ ē mēdatiū ꝑmi gñis q; mēdatiū scdi generis/tm̃ quātū ad ꝓticularia se hñt vt excedēria et excessa. per hoc patet solutio ad primo obiectū. Ad scdo ob. dicim⁹ q; mēdatiū scdi gñis ē peccatū ī spiritū sctm̃ cū ipugnatur ex certa malicia supna gr̃a/7 ē mai⁹ pctm̃ q; mendatiū qđ ē in filiū: si nō sit ex certa malicia. vñ cōcedim⁹ q; aliqđ mēdatiū scdi gñis mai⁹ peccatū ē aliquo mendatio ꝑmi gñis: sz ex hoc nō sequr̃ q; ī gñe mendatiū scdi gñis mai⁹ sit pctm̃: q; mēdatiū ꝑmi generis. si enī ponerē eadē circunstātia ī mēdatio qđ ē in filiū mai⁹ peccatū eēt q; ex certa malicia ipugnarē ꝓxim⁹: sz hoc nō ꝑt eē nisi desperatio: null⁹ enī nisi desperat⁹ ꝑt odire deū 7 velle malū illi. Ad tertio obiectū dicim⁹ q; ꝑmum mendatiū nō ē solū ꝫ fidē creatā imo directi⁹ ē cōtra veritatē q̄ de⁹ ē: sz ꝫm ē cōtra caritatē ꝓxī creatā. vñ nō accidit ꝫm eē maius ꝑmo. Ad vltio obiectū dicimus q; ī alijs mēdatijs a ꝓximo non solū dimittit̄ xitas ipsi⁹ enūciati: sz veritas hois qua hō verax ē ver⁹: q̄ veritas virt⁹ ē. et lz ipa sit bonū creatū: tm̃ ipa spreta spernit̄ de⁹: qz xtutib⁹ hētur de⁹. vñ xtutib⁹ amissis amittit̄ de⁹. Querit̄ postea de q̄rto 7 q̄nto mēdatio vtrū eoz maius sit pctm̃ ꝫm ꝑdictā regulā aug. quartū mai⁹ ē pctm̃. sz ꝓbat̄ q; q̄ntū mai⁹ sit pctm̃: qm̃ ī q̄nto sūt duo pctā. s. mēdatiū 7 voluntas placēdi. voluntas ei placēdi peccatū ē: sicut dict apo. si hoīb⁹ placerē. i. placere vellē: seru⁹ crisi non essē. in quarto autē mēdatio non est nisi vnū peccatū. ergo quintū maius peccatū ē q; quartū. Jtē. in quinto ē adulatio: sz adulatio magnū peccatū est. vñ dicit salomō. plus nocet lingua adulatoris q; gladius persecutoris. et in psalmo. oleū peccatoris nō ipinguet caput meū. ergo cū in q̄nto mendatio ꝑter mēdatiū sit adulatio que est magnum peccatū. in quarto aūt nō sit nisi vnū mēdatiū/maius peccatū est quintū q; quartū. quod concedunt fere onmes dicētes qđ in genere maius ē quitū q; quartū. et q; dicit aug. quintū minus eē peccatū intelligūt quantū ad particularia/aliquod enī particulare mendatiū quarti generi: maius est aliquo mendatio quinti generis. Sed contra. dicit augustinus. Non est mentiendum quarto genere: quia ipsa libido mentiendi per se viciosa est: radix ergo quarti mēdatij per se viciosa est. sed radix quinti non est per se viciosa. voluntas enim placendi non ē per se viciosa immo potest esse sine peccato. ergo quartum genus est maius q; quintum. Jtem si quintum est mai⁹ peccatum: quia sunt duo peccata ibi. similiter ꝓbatur q; in quarto sūt duo peccata. est enim ibi mēdatium et libido mentiendi: secundum hoc quintum non est maius peccatum. Jtem. ꝓbatur q; in quinto nō sit nisi vnum peccatum: quia non est nisi vnus actus: scilicet mentiri: et nichil est ibi peccatum nisi actus. ergo non est nisi vnum peccatum. Jtem. quartum mēdatium magis assimilat diabolo: q; quintum. quod patet ꝑ oppositum: quia ille cui magis placet veritas inquantū talis. talis magis est similis deo q; ille cui minus placet alijs paribus. ergo ille cui magis placet mendatium: magis assimilatur diabolo: q; ille cui minus placet. diabolus enim mendax est et pater eius: scilicet pater mendacij: sed mentiendo ī quarto genere magis placet mendatium q; mentiendo in quarto gñe: quia mentiens in quarto genere sola libidine mentiendi et fallendi mentitur. ergo magis assimilatur diabolo: q; mentiens in quinto genere. ꝯ q̄rtū mēdatiū magis assimulat diabolo q; q̄ntū. ꝯ ē maius pctm̃ q; quintū. Quod cōcedim⁹ hac rōe. Et ad ꝓmo obiectum dicimus q; q̄us in quinto mendatio sint duo peccata: non tamen quintum mendatiū maius q; quartum. quia augustinus non comparat nisi mendatium mendatio. Ad secundo obiectum dicimus q; quedam adulatio est leuissimum peccatum sicut quando aliquis adulando dicit alicui bona de amico suo: que non est periculum credere: et si talis adulatio sit in quinto genere non sequitur ex hoc q; quintum mendatium sit maius quarto. Quandoq; adulatio est graue peccatum: sicut quando adulator dicit aliqua que credere periculum est. execat enim et obcurat aīa in talib⁹: sicut dr̃ in libro sap̃. Fascinatio nugacitat̄ obscurat bona. 7 si talis adulatio sit in q̄nto gñe mēdacij tūc illō mēdaciū mai⁹ est pctm̃ aliq̄ mēdatio q̄rti gñis: nō tm̃ oī. vñ nō sequit̄ q; ī gñe q̄ntū mēdaciū sit mai⁹ peccatū q̄rto: imo ecōuerso dicim⁹ eē Ad illō xo q̄d obicit̄ q; in q̄rto gñe sūt duo pctā: mēdatiū 7 libido mētiēdi. dicim⁹ q; nō est verū: qr̃ libido mētiēdi idē est q; volūtas mētiēdi: 7 volūtas 7 opus sūt idē peccatū. Ad illō sil̄r q̄d obicit̄ q; in q̄nto mēdatio nō est nisi vnū pctm̃ dicim⁹ q; hec argu. nō vz. Nō ē ibi nisi vnica actio: 7 sola actio ē ibi pctm̃: ꝯ nō est ibi nisi vnū pctm̃: qr̃ sicut volūtas 7 opus sūt duo pctā in materia siue subiecto: vnū tm̃ pcm̃ sūt ī forma ꝑpt̄ vnā maculā quā facūt. ita cōtingit vnū pctm̃ ī subiecto eē pctā formalit̄: vel nō vnica actio ē duo pctā. sicut pz ī deflōratōe xp̄is q̄ interfic̄it deflorādo illa deflōratio nō est nisi vnica actio: 7 tm̃ est pctm̃ luxurie 7 pctm̃ homicidij. eodē mō in q̄nto gñe sūt duo pctā ꝑpt̄ duas volūtates. est ei ibi vna volūtas placēdi q̄ gñat volūtatē mētiēdi: q̄ due volūtates gñant vnā actōnē: q̄ actio est adulatio mq̄tū ꝓcedit a ꝓma volūtate: 7 mendaciū mq̄tū ꝓcedit a scda volūtate. Querit̄ postea de septio 7 octauo gñe mēdacij. 7 videt̄ q; septimū gen⁹ mēdacij min⁹ pctm̃ sit q; octauū. Mai⁹ ei pctm̃ vitat̄ ꝑ septimū mēdaciū q; ꝑ octauū: qr̃ mai⁹ pctm̃ ē homicidiū q; fornicatio: ꝯ min⁹ malū est septimū mēdaciū q; octauū Jtē. mai⁹ bonū conseruat̄ ꝑ septimū mēdaciū q; ꝑ octauū: qr̃ exceptis bonis aīe maximū bonū ē vita corpalis: ꝯ mai⁹ bonū est vita corpalis q; castitas siue mūditia corpalis. hoc etiā ꝑ oppositū ꝓz: qr̃ immundicia corporalis quantum in se est / peccatū non est. potest enim aliqua pollui in somno: sine peccato. sicut dicit augustinus. q; pollutio que omnino ē preter legem voluntatis: peccatum non est. sic igitur patet q; mundicia siue castitas corporalis non ē bonum gratuitū. ergo magis est excusabile q; octauū. ergo minus est peccatum. qđ est contra regulaz augustini

Ad scdm.
Alia q̄stio.
Aī ꝯ dictū augustini.
Solutio.
Ad augustinū.
ꝯ hoc aī.
Secundo.
Tertio.
Quarto.
Opio cōis
Ad tertiū.
Ad vltimū
Ad aliud.
Ad aliud.
Alia q̄stio
Aī ꝓmo.
Secundo.
Augustin⁹
Solutio.
Augustin⁹

Solutio. dicimus q; septimū mendaciū maius peccatum ē/sicut dicit beatus augustinus. verū ē tamen q; per septimū vitatur magis malū. sed nō ꝓpter hoc debet iudicari q; septimū genus mendacij sit maius malum. quoniā dicit beatus augustinus: q; inter bona maius bonum est castitas mentis: inter mala maius malum: quod facimus q; quod fieri sinimus. vñ. maius peccatū est nobis mentiri q; sinere fieri fornicationē vel homicidiū. in ꝓdictis aūt casibus potiꝰ debet haberi respectus ad patientē q; ad vim inferre volentem qui iam peccauit in mente sua vel homicidio/vel fornicatione: et licet maius bonū sit vita corporalis q; castitas corporalis simpliciter considerata tamen ꝓpter aliud honestius est conseruare castita

tem corporalem q̃ vitam corporalem: quia in nullo casu consentiendum est q̃ alienus adulter aliquã cognoscat et semper rebellandũ est mulieri in tali casu pro castitate corporis ne mentis castitas corrũpatur sed bene potest consentire homo q̃ interficiatur: scz consensu cõparatiuo/q̃ consensu permissionis. ꝛ ideo honestius est conseruare castitatem corporalem propter adiunctum: q̃ vitam corporalem. et ideo mentiens in octauo genere mendatij: quia conseruat quod honestius est conseruari: minus peccat q̃ mentiẽs in septimo genere mendatij.

¶ Utrũ iacob mentitus sit dicendo se e ſe esau.

¶ Quarta q̃stio huj⁹ capituli cõtinẽs mltas.

QUeritur de quibusdã actibus in quib⁹ videtur antiquos patres mentitos fuisse: sicut videtur iacob mentitus fuisse dicens se esse esau. circa questionẽ istã est primo inquirendum vtrũ iacob mentitus sit dicendo se esse esau. secundo vtrum isaac benedixit iacob. tertio vtrũ iacob peccauerit per hoc q̃ surripuit fratri suo benedictionẽ. quarto vtrum illa venditio et emptio primogenite fuerit peccatũ. ¶ Circa primum probatur q̃ iacob mentitus sit: dixit enim se esse esau: et non erat esau. ergo mentitus est. Si dicatur q̃ transũptiue locutus est vt sit sensus: ego sũ esau. i. ego sum ille cui debetur ius primogenite. probatur q̃ proprie locutus est sic: quia intendebat persuadere patri suo q̃ ipse esset esau. vnde pelliculas edorum circundedit manibus suis: et colli nuda protexit: vt crederetur esse esau. intẽdebat ergo persuadere patri suo q̃ ipse esset esau/et non per aliã locutionem nisi per istã: ego sum esau. ergo nulla locutione sũpsit hoc nomen esau proprie: et ita mentit⁹ est

Item. sine peccato facto vel opere poterat persuadere se esse esau. quare non verbo. Item. bonũ erat q̃ isaac crederet ipsũ esse esau. ergo iacob si dixisset se eẽ esau hac intentione vt pater eius hoc crederet: bona intẽtione dixisset falsũ: sed dicere falsũ bona intẽtõne nõ ẽ peccatũ vt habitũ ẽ supra. g̃ si dixisset se eẽ esau p̃pe loquẽdo: nõ peccasset. Itẽ. apo. dixit se iturũ ad hispanos ꝛ nõ iuit. g̃ dixit falsũ: ꝛ tñ nõ peccauit dicẽdo eadẽ rõe potuit iacob dicere hoc falsũ se eẽ esau. Itẽ. si trãsũptiue locut⁹ ẽ hoc mõ. ego sũ esau ille cui debetur ius p̃mogenite. Queritur vtrũ istud potuerit iurãdo firmare. videt q̃ sic: qz ĩ simplicitate loq̃bat ꝛ istinctu spũssci: scz inter hmõi simplicẽ loq̃lã ꝛ iuramẽtũ deus nõ facit differẽtiã. g̃ potuit illud iuramẽto firmare. Dicit auctoritas: quacũq; arte verborũ quis iurat deus adit: qui cõsciẽtie testis ẽ: ita hoc accipit sicut ille cui iuratur intẽdit vl intelligit: scz iacob iurat se eẽ esau: pater suus intellexit de esau primogenito suo. g̃ et deus sibi. g̃ quãtũ ad deũ iacob iurauit falsũ. g̃ peccauit mortaliter. videtur g̃ q̃ nõ potuit illud qđ dixit firmare iuramento: scz si dixit verũ potuit iuramento firmare: g̃ nõ dixit verũ: et ita dixit ꝛ scienter. g̃ mẽtit⁹ est. Solutio. dicim⁹ q̃ iacob nõ ẽ mẽtit⁹: dixit ei se eẽ esau istictu spũssci. mẽ ei sua instictu spũssci: fecit ipsũ sic dicere: et ĩ spũscõ nõ est duplicitas. vñ ĩ iacob nõ fuit est/ꝛ nõ. in illo enim ẽ est ꝛ nõ: q̃ aliud habet in ore altũ ĩ corde locut⁹ ẽ: g̃ iacob trãsũptiue ꝛ nõ p̃prie. sicut dñs locut⁹ ẽ trãsũptiue cũ dixit helias iã venit de iohãe baptista. iohães ei fuit helias ĩ virtute: scz nõ in tẽtione. sibi iacob dixit se eẽ esau nõ psonaliter scz virtute/ꝛ quãtũ ad ius p̃mogeniture. Ad p̃mũ dicim⁹ q̃ nõ itẽdebat psuadere se eẽ esau: vt ppe loquamur/qz p̃pe psuadere ẽ p verba ꝛ argumẽta: scz itẽdebat aliqd facere q̃ facto isaac crederet ipz eẽ esau/ ꝛ ita occasionaliter tñ psuadebat se eẽ esau. Ad ẽm dicim⁹ facto sñ pctõ potuit psuadere se eẽ esau. nõ tñ vbo: qz factum nõ ẽ p̃prius interpres mẽtis: scz sermo ẽ p̃pius interpres mẽtis. Ad ẽtũ dicim⁹ q̃ lz bonũ eẽt q̃ isaac crederet istũ q̃ ẽ iacob eẽ esau nõ tñ poterat dicere illud iacob bõa itẽtõe: cũ illõ eẽt falsũ. Ad q̃rtũ dicim⁹ q̃ apo. nõ peccauit dicẽdo illõ falsũ/qz credebat illõ falsũ eẽ vez vñ nõ ẽ sibi de iacob. iacob ei sciebat se nõ eẽ esau. Ad vltimũ dicim⁹ q̃ bñ poterat iacob iuramẽto firmare qđ dicebat ꝛ si iurasset: nõ itellexisset de⁹ sicut isaac. illa ei auctoritas itelligit de illis q̃ iurãt p̃ fraudem.

¶ Utrũ isaac bñdixit iacob.

¶ Scda q̃o p̃ncipal

QUerit vtrũ isaac bñdixerit iacob. videt q̃ nõ: qz nõ bñdixit nisi illũ quẽ itẽdebat bñdicere: sed nõ itẽdebat bñdicere iacob. g̃ nõ bñdixit iacob. Itez nõ bñdixit nisi quẽ voluit bñdicere: scz nõ voluit bñdicere iacob. g̃ nõ bñdixit iacob. Itẽ. error psõe impedit mrimoniũ. si ei aliqs cõsentit ĩ mariã ꝛ supponatur ei agnes ipo nesciẽte: nõ ẽ matrimoniũ iter ipz ꝛ agnetẽ eodẽmodo cum isaac intẽderet benedicere esau: cum ipso nesciente suppositus eẽt ei iacob: non fuit bñdictus iacob: sed esau. Sed hoc patet esse falsum per textũ: qz ysaac loquens de iacob dixit bñdixi ei: ꝛ erit bñdict⁹. Solutio. Dicim⁹ q̃ in illo istãti in q̃ ysaac bñdicebat iacob nõ actu itẽdebat bñdicẽ iacob nec esau scz istũ quẽ attrectauerat/ quẽ osculat⁹ fuerat. vñ sine dubio bñdixit iacob. nec vz hec argu. Nõ bñdixit nisi quẽ intẽdebat bñdicere. ꝛ nõ intẽdebat bñdicẽ iacob g̃ nõ bñdixit iacob: qz in p̃ma hec dictio quẽ q̃tuz ad hoc vbũ itẽdebat: suppõebat tñ p̃ idiuiduo vago. s. p̃ isto hoie: ꝛ sũptũ ẽ iste hõ nõ p̃ iacob: scz q̃ est exp̃sse significat⁹ sub forma sua idiuidualt. in assũptõe vo sumit iacob sub forma sua idiuidualt. vñ in argumẽtatiõe ẽ falsa acci. Instãtia Sit q̃ aliqs videat sortẽ a lõgeniẽtẽ: scz nesciat ipm eẽ sortẽ iste nõ videt nisi quẽ scit se videre. scz nõ scit se videre sortẽ: g̃ iste nõ videt sortẽ. eadẽ est solutio ad scdo ob. Ad vltimũ dicim⁹ q̃ nõ est sibi de mrimonio ꝛ bñdictõe: qz in mrimonio exigit defectiat⁹ cõsensus. cõsens⁹ ei aiox ibi p̃pe facit mrimoniũ. ꝛ lõ error psõe impedit mrimoniũ qz impedit defectiatũ cõsẽsũ. scz ĩ spũalib⁹ nõ ẽ ita: qz si aliqs baptisat aut ordiat aliquẽ ꝛ credit se aliũ baptisare vel ordinare: nichilomin⁹ ordiat⁹ vel baptisat⁹ ẽ. de⁹ ei baptisat auctoritate: ꝛ hõ misterio. vñ in. vi. nũeroz. dñs iuocabũt nomẽ meũ sup filios isrl: ego bñdicã eis

¶ Utz iacob peccauit qñ accepit bñdictõez.

¶ Tertia questio principalis.

UTrũ peccauerit iacob qñ accepit bñdictõnẽ debitã fri suo. vñ q̃ sic: qz dr ĩ gen. Venit germanus tuus fraudulẽt ꝛc. g̃ p̃ fraudẽ accepit bñdictõez. ꝛ fraus mala est: g̃ peccauit. Itẽ. p̃ simulationẽ hũit illã bñdictõez. simulauit ei se eẽ esau ꝛ simulatio mala ẽ. vt pz in ypocri. g̃ peccauit subtrahẽdo bñdictõez fri suo

Ad primũ

Ad scõm.

Ad tertiũ.

Ad q̃rtum

Ad vltimũ

Ad primũ

Falsa accidentis. Exemplũ. Ad aliud.

Af q̃ non.

Secundo.

Tertio.

In oppom

Solutio.

Af primo.

Quasio. ꝛ hãc af.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

q̃o incidẽs ar q̃ sic.

In oppom

Solutio.

Af q̃ sic.

Secundo.

In oppo^m qđ si ꝓcedit. Cõtra. ꝺt glo. sup geñ. videri ꝑt ꝙ iacob bñdictõez ꝑmogẽiti nõ subripuit: sz debitã accepit: ꝯ nõ peccauit cũ accepit illud qđ sibi debebat. qđ ꝓcedi m^r. ⁊ ad obiecta dicim^r ꝙ triplex ẽ fraus. Est eĩ fraus eruditõis ⁊ fraus ispiratõis ⁊ fraus nociue deceptõis Fraus eruditõis ẽ qlẽ fecit ioseph cũ fecit poni ciphũ suũ argẽteũ in sacco bẽiamĩ: ⁊ hoc fecit cã eruditõis ip^r bẽia. hãc fraudẽ factũt mgri cũ faciũt argumẽtatões sophisti. ⁊ deciptũt eruditõez. hãc fraudẽ faciũt pedagogi cũ subtrahũt puer istrumẽtũ ligneũ ꝗ vtũt vt erudiãt eos ad eũdũ. fraus ispiratõis est qlẽ faciũt iudei mutãtes ĩ recessu suo vasa aurea ⁊ argẽtea ab egyptijs. ⁊ hoc est in deũ ꝙ eis ispirauit et ꝙ ex hac ispiratõe fecerũt: sine dubio peccauerũt. ⁊tia fraus ẽ ĩ tpo. s. fraus nociue deceptõis: ⁊ hec pcñs ẽ. alie due nõ sunt pcñs. vñ nõ pecca. iacob ꝙ p fraudẽ ispiratõis accepit istã bñdictõez. ⁊ sic pz solu. ad ꝑmo ob. Ad scđ o ob. dicim^r ꝙ ꝗdruplex ẽ simulatio. est eĩ simulatio signatõis ꝗlis fuit ĩ iacob ꝑ istã enĩ simulatõez significauit ꝙ minor populus. i. christian^r ꝑferẽd^r eẽt maior: scilicet iudaico populo: et ẽ simulatio cautele: siue prouidentie: sicut simulauit iosue fugam cũ vellet capere oppidũ hay: et simulauit se iehu adoratur baal vt interficeret omnes sacerdotes baal: et simulauit angelus thobie se esse azariã ananie magni filiũ: et ẽ simulatio doctrine: sicut dominus finxit se longius ire vt inuitaretur a discipulis ad doctrinã et eruditionẽ eor: et est simulatio ꝙ est ĩ ipocritis: ꝙ mala est et peccatum. tres autem prime sunt peccatum. vnde iacob non peccauit per simulationẽ illã.

Jacob non peccauit

Ad scđm.

Scđa ꝙo h^r capituli Af ꝙ sic.

Utrum iacob peccauit emẽdo primogẽita

Queritur vtrum iacob peccauerit emendo primogẽita esau. videtur ꝙ sic. Esau enim vendidit primogenita sua: vt dicit apostolus in fine ad hebreos. ipsi iacob. ergo iacob emit primogenita que secundum veritatem erãt esau. sed primogenita ista erãt res spũales: qr primogenit^r sacerdos erat et benedicebat fratribus suis et benedictionẽ accipiebat a patre/et sacerdotium spirituale est: et benedictio similiter. ergo iacob emit rem spiritualẽ/pro re tẽporali que minimum quid est: scilicet pro edulio lentis ergo emptio ista fuit symoniaca. ergo iacob peccauit mortaliter emendo primogenita. Ad hoc dicũt quidam ꝙ primogenita ista non erant res spirituales neq; sacerdotium illud erat spirituale. non enĩ erat adhuc institutũ sacerdotium a deo: sed postea iustitutũ fuit in tempore moysi. Sed contra hoc obicitur. qđ dicitur in genesi. ꝙ melchisedech erat sacerdos dei sũmi/et ei obtulit abraham decimas/tanq̃ maiori et bñdictionez recepit a melchisedech tanq̃ a superiori hoc autẽ erat gratia sacerdotij. ergo sacerdotiũ illũ erat a deo institutum: et ita nulla est predicta solutio Itez. apls probat in epistola ad hebreos: sacerdotiũ christi maior^r cẽ sacerdotio leuitico. et hoc probat per sacerdotium melchisedech. ergo sacerdotium melchisedech/maior^r fuit sacerdotio leuitico: sed symoniaci erant qui emebant sacerdotiũ leuiticum. ergo symoniaci essent si emerent aliqui sacerdotium melchisedech: sed sacerdotiũ melchisedech erat sacerdotiũ primogenitorum: ergo symoniã cõmisit iacob emendo sacerdotium illud. Itẽ. detur ꝙ primogenita illa esset res corporalis/videtur tamen ꝙ iacob peccauerit mortaliter dum emendo primogenita illa/defraudauit enĩ fratrẽ suũ pluscq̃ in media re iusti precij: in ifinitum enim plus valebant primogenita illa q̃ eduliũ lẽtis. ergo ẽm legẽ non debuit stare ista emptio. Alij alita opio. aliter soluunt dicentes ꝙ primogenita ista erant res corporales: sed annexũ habebant spirituale et transit illud spirituale in corporale nec fuit peccatuz emere vel vendere primogenita huiusmodi. sicut si aliquis haberet villã aliquã in cuius ecclesia haberet ius patronatus: si venderet illã transiret ius patronat^r cũ vniuersitate/nec esset ibi symonia: quia principale in ista venditione corporale est. similiter dicebant de ꝑmogenitus illis. habebat enĩ primogenitus duplicẽ partẽ in hereditate: duplicẽ portionẽ in ferculis: ⁊ vestes splendidiores. et omnia ista erant corporalia: sed annexũ erat spirituale: scz sacerdotiũ / et benedictio quã dabat fratribus/et quã habebat a patre. Sz contra hanc solutionẽ sic opponitur. tria erant ibi corporalia/et tria spiritualia. ergo cum secundũ se maius sit spirituale q̃ corporale. potiꝰ primogenita illa debent dici res spirituales q̃ corporales. Solutio. dicimus sine preiudicio melioris sententie ꝙ illa ꝑmogenita iure erant ipsius iacob. et hoc significauit spiritussanctus in ortu illius. tenebat enĩ plantã fratris sui quasi volens ipsum retrahere ne prior nasceretur ac si ipso facto diceret: tu non debes esse primogenitus/sed ego. dicimus ergo ꝙ non erant primogenita sua: sed redemit tanq̃ sua/et minimo precio. et hoc licuit ei facere sine peccato. Ad illud quod obicitur ꝙ apostolus dicit: esau vendidisse primogenita sua dicimus ꝙ sua erant reputatione hominum: sed non secũdũ veritatẽ. et cõcedim^r ꝙ vendidit: ratiõne ei hũit vẽdẽdi qr credebat eẽ sua/nõ tñ iacob emit: sz redẽit.

Ad oppos

Solutio.

Ad ratõnẽ

De iuramento. Tractatus decimusnonus.

Dicto de mendacio: dicendum est de iuramento ⁊ periurio quod prohibet in hoc mandato: Nõ assumes nomẽ dei tui in vanum. i. non iurabis pro nichilo: de quo mãdato in presenti agimus. Primo ergo videndum est quid sit iurare: ⁊ vtrum iurare in se sit malum. Secundo de forma iuramenti. Tertio de comitibus iuramenti: secundum quos sit iuramentũ licitum/meritorium/obligatorium. Quarto vtrum omne periurium sit peccatum: ⁊ si est peccatum: vtrũ omne periuriũ sit mortale peccatuz: an aliq̃d veniale Quinto de cãis iuramẽti. Sexto de coactis iuramẽti.

Primũ ca.

Quia primum capitulum sciendum est ꝙ iurare est asserere aliquid attestatione alicuius rei sacre vel non sacre. Queritur ergo vtrum iurare in se sit malum: videtur ꝙ non: quia dominus iurauit. vnde iurauit dominus et nõ penituit. ⁊c. Similiter sancti iurãt. vnde apostolus. Testis est michi deus: hoc enim est quedam species iuramẽti: cum ergo deus ⁊ sancti iurent/iuramentum non est malum in se. Item iurare non est bonum: vt dicit augustinus: sed nõ est malum: ergo iurare non est malum in se. Item iurare indirecte est malum in se: quia remota omni extrinseca circunstantia iurare est malum: ergo eadem ratione velle loqui/vel velle comedere est malum in se vel in genere: quia remota omni extrinseca circunstãtia velle loqui est malum: quia tale loqui est otiosuz: ergo et verbum otiosum malum est: ⁊ velle loqui: similiter otiose malũ est: ergo qua ratione iurare simpliciter est malum in se: siue in genere: eadem ratione et velle loqui est malum in genere: hoc autem falsũ: ꝯ iurare est malũ ĩ se siue ĩ gñe: qđ si ꝓcedit. Cõtra iurare ẽphibitũ vt hẽtur ĩ euãg. Ego dico vobis nõ

Prĩa ꝙo. Af ꝙ non.

Secundo.

Tertio.

In oppos

turare oīno: neq; per celum: quia thronus dei est. neq; per terram: q; scabellum pedum eius est. ergo cū turare sit prohibitū turare est malū: aut secundum se aut in se. non secundū se. ergo in se. si dicatur q; turare non est ibi prohibitū: sed consuetudo turandi. ergo consuetudo turandi cū sit prohibita mala est: aut secundum se aut in se. ergo turare malū est secundum se aut in se: hoc enim non esset malum in se: nec ei⁹ ratio esset malum in se. vnde non deberet prohiberi

Euasio.

Cōtra hāc.

Secundo. Item. dicit augustinus q; turatio falsa est perniciosa turatio vera est periculosa. ergo mala. quare ḡ enī esset periculosa nisi esset mala. ergo secundum hoc iurare est malū in se.

Tertio. Item turare pro nichilo malū est in se: quia hoc est assumere nomen dei inuanū sicut ponunt sancti. sed turare pro nichilo est turare sine oi causa. ergo turare remota omni causa extrinseca est malum. sed turare simpliciter sūptum est turare remota omni causa extrinseca. ergo turare simpliciter

Quarto. sumptū est malum: et ita turare malum est in se. Itē in prima canonica iohannis. Nolite diligere mundū prohibitū est diligere mundū. hoc aūt non est ꝓpter circunstantiā rei que precipitur. meritorie enim possum diligere mundum apposita debita circunstantia scilicet vt diligam temporalia ad bene dispensandū scilicet ad erogandum pauperibus: et consimilia. prohibetur ergo dilectio mūdi: quia remota omni exteriori circunstantia in se mala est: et ita diligere mun-

Quinto. dum malum in genere: eadem ratione turare remoto omni extrinseco malū est in genere. Item omnis actio voluntaria: aut est a natura aut est a recta ratione aut a libidine. ergo turare simpliciter sumptū cū non sit a natura vel a recta ratione est a libidine. er-

Solutio. go est malū in se siue in genere. Solutio. augustinus dicit q; turare nec est bonum nec est malū: itelligitur q; nec ē bonū secundū se: nec ē malū secundum se. appellatur autē bonum secundū se: quod nullo modo potest fieri malū sicut diligere deum ex caritate: nullomodo potest fieri malum. malū secundum se appellatur quod nulla circunstantia potest fieri bonū: sicut fornicari. quedā enī nominata coniuncta sunt cū malo sicut dicit aristo. mediū et indifferens ē quod nec ē bonum secundū se: nec ē malū secudum se. triplex ē. est enī indifferens quoddā q; habet in se circunstantiā aliquam secundum q; semper ē malū in se nisi fiat bonū per circunstantiā extrinsecus additā. tale indifferens ē interficere hominē: semper enī malū est nisi per exteriorē circunstantiā fiat bonū. est enim aliud indifferens q; nullā in se habet circunstantiā secundum quā possit esse malum: sicut ē comedere: sicut ē loqui. inter ista duo genera indifferentiū que sūt quasi extrema est aliud indifferens quod habet in se aliquā circunstantiā secundū quā non ē malū: sed potest esse malū. tale ē turare: habet enim quoddā in se scī inuocare deū testē. per quod turare non ē malū: sī potest esse malū: quia si sine causa inuocetur deus testis: tunc inuocare deus testem ē quasi contēnere deū hoc malū est/tamen inuocare deū non est malū in se.

Soluit ꝙo ꝓ hoc ad primū. Soluenda ḡ ē premissa questio per distinctionē eius q; ē malū in genere: siue malū in se. si eī malū in se sumatur large ita q; cōprehēdat primū indifferēs et medium: tunc turare est malū in se: et tunc non sequitur sancti turant. ḡ turare non est malum in se: sicut non sequitur: sancti interficiunt. ergo interficere hominem non est malū in se. Ad secūdā auctoritatē soluunt ꝛc. cū enim dicit augustinus q; turare non est malum secundū se: tamen est malū in se. Ad tertiū patet solutio per predicta. non enim est simile de turamento et locutione / vel comestione: si vero maluū in se sumatur stricte ita q; comprehendit solum primum indifferēs: tūc turare nō est malū: et nō valet: turare est ꝓhibitum: ergo est malum in se: non enim propter ipsum turare est prohibitum: sed quia de facili incurrit periurium qui turationi assuefacit. vnde augustinus turare prohibet ꝓr ne homines appetant turare tanq; bonum. ex hoc patet q; non omne prohibitum est malum in se. vnde peccat illa argumentatio secundū fallatiam consequētis a superiori ad infimis affirmā do. per eandem rationem non valet hec: Omis turatio est periculosa: ergo mala. Similiter nō valet iurare pro nichilo est malum in se: ergo turare simpliciter malum est in se. quia turare pro nichilo determinat casum in quo testem inuocare deum est cōtemnere deum: sed turare secundum se non determinat illū casum. Ad istud quod obicitur de dilectione mundi: dicimus q; diligere mundum est frui mūdanis: secundum q; prohibetur: et hoc malum est secundum se. Ad vltimum dicimus q; non valet hec argumētatio turare est ex libidine: ergo est malum in se. non habet propter hoc circunstantiam malam in se licet sit ex libidine: ergo istud turare est malum scilicet istud turare quod est ex libidine. si vero ita argumentetur turare in se/remota omni circūstantia est ex libidine: ergo turare est malum in se: non valet hec argumentatio. secundum q; malum in se stricte sumitur: idem est enī ac si inferret: ergo turare secundum se habet circunstantiam malam malo pene.

Ad secm.

Ad tertiū.

Augustin⁹

Falsa ꝓsq;

Ad aliud.

Ad aliud.

Ad vltimū

sit hec non valet.

¶ De forma iuramenti. ¶ Secunda questio huius capituli.

Quaeritur de forma iuramēti. Sciendum ergo q; in veteri testamento erat hec forma turandi. viuit dominus: et hec viuit anima mea vel tua. quod ē per dominum viuus: et per vitā aīe mee vel tue fa-

de iuramēto in diuersis legibus

ciam: vel hoc non facīā. in primitiua ecclesia fuit hec forma turandi: testis est michi deus. quod ē dicere deum inuoco testē veritatis eius quod dicturus sū: ⁊ sic sepe turabat apostolus: modo turamus secundū formā quam dominus dicit in euangelio: Nolite turare neq; per celum neq; per terram. et cetera. vnde modo turamus sic: vel per deum/vel per sanctam mariā vel per beatus petrū: faciā hoc/vel non faciā hoc. aliqñ autē turamus hoc modo sic. deus me adiuuet: et hec sacra verba. variatur autē iuramentū secundum diuersitates eorum per que turatur ⁊ secundū hoc talem regulā dat augustinus. q; quanto sanctius est id per quod turatur/tanto penalius est periurium Sed contra regulam istā multipliciter obicitur. dicit enī dominus in euangelio: Nolite turare neq; per celum quia thronus dei est/neq; per terram. et cetera. ḡ qui turat falsum per creaturam: contēnit creaturā ⁊ creatorem: sed qui turat falsum tantum per deū: contēnit tantū creatorē. ḡ penalius est periurū per creaturas q; p creatorem. ḡ falsa est illa regula: quanto sāctius est ⁊c. Ite. magis peccat q; turat falsū p oculos dei/q; q;

Augustin⁹ dat rām

ꝙ quā ar.

Secundo.

turat falsum per deum quod patet: quia iuramenta per quedam membra dei multum abhorrent fideles et constat q̄ sanctior est deus q̄ membrum: ergo nō est verum q̄ quanto sanctius est istud per quod iura
Tertio. tur tanto penalius periurium. Item. secundū istam regulam dicit augustinus q̄ maius peccatum est iurare falsum per deū q̄ iurare per idolum. Sed contra. qui iurat per aliquid: veneratur istud. ergo q̄ iurat per idolum veneratur istud. sed duplex est veneratio: scilicet veneratio latrie/et veneratio dulie. ergo qui iurat per idolū venerat illō veneratiōe latrie vel dulie. non dulie. inuocat enim idolum tanq̄ deus vt sit testis veritatis et⁹ quod dicitur: ergo veneratur idolum veneratione latrie: ergo iurando verum per idolum exhibet latriam idolo: ergo est idolatra. iurare ergo verum per idolū est peccatum idolatrie sed peccatum idolatrie est quo nullum aliud est maius: ergo iurare falsū per deum cum non sit peccatum idolatrie: non ē maius peccatum q̄ iurare verum per
Euasio. idolum: et ita mentitur augustin⁹. Forte dicet q̄ aliquod peccatum est maius aliquo peccato idolatrie et videtur in proposito. qui enī iurat falsū quod scit esse falsum per deum sciēter contēpnit deū. qui vero iurat verū per idolum ex ignorātia peccat: nō contēptu dei. vnde cū maior contēptus sit in illo qui iurat falsum sciēter per deum q̄ in isto qui iurat verum per idolum: maius peccatū est iurare falsum per deum q̄ iurare verū per idolum: et ita aliquod peccatū quod non est idolatria: maius est aliquo peccato idolatrie
Ꝑ hanc aī. Sed contra. qui iurat falsum per idolum credens illud esse deum/peccat contra illud quod primo est ī recta ratione: recta enim ratio dicit primo deū ee summum bonum/sūme venerandū. ois ergo idolatra peccat contra illud quod primo est ī recta ratione: ergo secundū hoc nullum peccatum est maius quocunq̄
Aī etiā de iacob. peccato idolatrie. Solet etiā obici de iacob qui consensit in iuramentum laban qui fecit deos suos: sed facientes et consētientes pari pena puniēdi sunt. ergo cum laban peccauerit iurando. ergo iacob peccauit consentiendo. eodem modo dicitur de iuda ma-
Sīr de iuda macha. chabeo qui petijt iuramentū amicicie a romanis ꝗs sciebat iraturos per idolum: et ita peccauit cum illi peccauerunt. hoc autem falsum est: iacob autē laudatur in omnibus: et iudas machabeus similiter.
Solutio Solutio. sine dubio qui iurat per creaturā/iurat quodā modo per creatorem: inuocat enī creaturā testē veritatis: et omnis creatura testis est prime veritatis: nu-
Augustin⁹ tus est dei quelibet creatura. vnde augustinus: ve q̄ diligit nutus tuos pro te: in nutibus enim siue in signis non est sistendū. concedim⁹ ergo q̄ qui iurat falsum per creaturam contēpnit et creaturā/et creatorem. et nonvalet hec argumentatio. qui iurat falsum
Ad p̄mum per creatorem contēpnit tantū creatorem. ergo magis peccat qui iurat falsū per creaturam q̄ qui p creatorem: quia qui iurat falsum per creaturam contēpnit creatorem in creaturā: et qui iurat falsum p creatorē contēpnit ipm in se: et in infinitū melior est ī se q̄ sit bonus creature/vel q̄ creatura iudicet ipsū esse
Dctū ds. bonum vel etiā possit iudicare. vnde in psalmo. Confessio eius super celum et terram. et intelligitur de confessione laudis. vnde plus contēpnit qui solū creatorē in se contēpnit: q̄ qui contēpnit creaturā et creatorem in creatura. Ad secundo obiectuz dicimus q̄
Ad secūdū cum dicit augustinus, quanto sanctius est istud p qō iuratur: tanto penalius est periurium: intelligendū est ꝺ alijs circūstātijs parib⁹. vñ q̄ iurat falsū p deū magis peccat: q̄ qui iurat falsum per oculos dei: si oēs alie circunstatie sint pares: sed hoc non est verum: qr qui iurat falsum per oculos dei contēpnit deū/et mēbruz eius et insuper est ingratus deo: de hoc q̄ deus fact⁹ est homo pro ipso. vnde maius est iurare per oculos dei: q̄ per deum. Ad tertio obiectum dicimus q̄ ma Ad tertiū.
ius peccatum est iurare verum per idolum: q̄ iurare falsum per deum: secundum q̄ iurare verum per idolum arguit certum peccatum idolatrie vel infidelitatis. sed tamen dicit augustinus q̄ iurare falsum p deum maius peccatum est q̄ iurare verum per idolum. nō comparat nisi iuramentum iuramento et infidelitate circūscripta. sine dubio nusq̄ dicit augustinus. Ad vltimo obiectum dicimus q̄ iacob non con Ad vltimū
sensit q̄ laban iuraret per deos suos: sed consensit q̄ iuraret et permisit per idola. Item. dicimus de iuda idē de iuda
machabeo: sicut iste qui accipit mutuū a feneratore: consentit q̄ fenerator accōmodet ei denarios: sed nō consentit q̄ accommodet et ad vsuram: quia si consētiret peccato peccaret: sed permittit q̄ ad vsuram accommodet ei.

¶ Iuramentum habet tres comites.

¶ Tertia questio huius capituli.

Ondum est q̄ iuramentum tres debet habere comites: scilicet veritatem et iudicium tres comi-
et iusticiam: sicut dicit dominus in quarto hieremie tes iurañti
Fallꝫ acci= ſitionem. et eſt fallacia accidentis. qm̄ hec dictio bea= titudinē quaſi ſimplicē habet ſuppoſitionez. Solus dentis. ſortes eſt bonus homo: ſed iſte nō appetit eſſe ſortes ergo non appetit eſſe bonus homo.

De vſura.

Tractatus viceſimusprimus.

DIcto de tertio mandato tranſeundū eſt ad alia mandata. ⁊ qz dictū eſt ſuperius de pietate que

precipitur in hoc mãdato: Honora patrẽ tuum ⁊c. et de ista prohibetur in hoc mandato: Non occides. dicendum est de hoc mandato. Nõ furtũ facies: in quo prohibetur omnis cõtractio rei aliene inuito dño: vt dicit Augustin⁹. vnde. prohibetur vsura/symonia/rapina/ ⁊ furtus: de quibus omnibus dicendũ est: ⁊ primo de vsura. circa quã primo dicendum est quid sit vsura: ⁊ quare ecclesia magis persequat vsuram q̃ alia peccata: tamẽ multa alia peccata grauiora sunt q̃ vsura: et vtrum dare ad vsurã possit non esse peccatũ in aliquo casu: ⁊ vtrũ accipere quantũcũq; superabundantiam sit generale peccatum. secundo: vtrum accipere ad vsuram sit peccatũ. tertio in quibus cõtractibus sit vsura. quarto ⁊ vltimo de repetitõe/ ⁊ restitutiõe vsuraꝝ

Augustin⁹

Notandũ.

Arca primũ sciendũ est q̃ vsura est volũtas acquirendi aliquid per mutuũ p̃ter sortẽ: dicunt autẽ quidã propter hoc adeo persequitur ecclesia vsurarios: quia dare ad vsuram directe est contra caritatem que maior est omnibus alijs virtutib⁹. Sed hec solutio nulla est: quia nõ est verũ q̃ dare ad vsurã sit directe et immediate oppositũ caritati: immo directe est oppositũ illi speciei iusticie: qua tenemur subuenire proximo in necessitate. vnde directe est contra hoc preceptum euãgelij i sexto luce. Mutuũ date nichil inde sperãtes: ppter hoc dicimus q̃ alia ratio est quare ecclesia adeo persequitur vsurarios: ⁊ est duplex causa. Prima est quia dare ad vsurã directe est cõtra illam pietatẽ de qua dicit apostolus. pietas valet ad oia: secũdũ quã maxie assimilamur deo. Scda ratio ẽ q̃ vsurarij de eo qđ i se et scõz se peccatũ est: fecerũt quasi negociationẽ et modũ vtẽdi: alie enim negociationes possunt fieri sine peccato: sed vsura nõ: et propter hoc persequitur ecclesia adeo vsurarios ⁊ multeres fornicatorias publice enim peccant. Secundo q̃rit vtrũ dare ad vsurã sit in omni casu peccatuz: videl q̃ sic. dicitur in ezechiele. Ad vsurã nõ accomodaueris et amplius nõ acceperis: hic prohibet vsura sine omni determinatione: ḡ vsura generalit est peccatũ. Item in exodo. Aduenã qui apud te est non oppримes vsuris. prohibitũ est ḡ fenerari etiaz aduene: ergo vsura generaliter peccatũ est. Ad idem facit quod i psalmo dicitur. Qui pecuniã suã non dedit ad vsurã ⁊ munera: quasi dicat non habitabit i tabernaculo dñi: ḡ dare ad vsurã generaliter peccatũ est. Itẽ in euangelio. Mutuũ date nichil inde sperantes: etiã spes habẽdi aliquid preter sortẽ prohibetur: ḡ vsura i omni casu peccatũ est. Sed contra. Dicitur in deutorono. Nõ feneraberis fratri tuo: sed alieno: ḡ licet fenerari alieno: ḡ in aliquo casu licet dare ad vsurã: ḡ in omni casu non est peccatũ. Ad idẽ facit auctoritas ambrosij. vsuram exigas ab eo cui iuste nocere desideras: ⁊ ita licz ab aliquib⁹ exigere vsuras. Itẽ maius peccatũ est occidere q̃ dare vsurã: sed licet i casu sine pctõ occidere et facere dolum: ḡ licet in aliquo casu sine peccato dare ad vsurã. Itẽ licet ꝯcedere equos/domos/vasa aurea/ ⁊ argentea pro lucro: ḡ multofortius denarios q̃ magis vtiles sunt/ ⁊ sic licet dare ad vsurã. Solutio. Dare ad vsurã et in se et secundum se peccatum est ⁊ non fuit licitũ iudeis fenerari alieno: sed permissum fuit eis: sicut permissus fuit dare libellũ repudij. peccabãt ergo iudei moztaliter fenerando alieno: ſz hec fuit permissio cõparata duplici cõparatione. Prima quia permissum fuit eis minus peccatum/ne facerent maius/videlicet ne facerent fratrib⁹. Secunda: qz rudes erant et quasi marmotreti. vnde paulatim ducẽdi erãt ad perfectionẽ. ex hoc argumento habem⁹ q̃ si non possumus obtinere ab vsurarijs q̃ totum reddant debemus facere si possumus q̃ saltem partem reddant. Ad scdam auctoritatẽ dicunt magistri q̃ nõ est beati ambrosij: immo adausperti cuiusdam heretici qui sub specie beati ambro. multa falsa dixit. Et si placet exponatur sic. vsuras exigatis. i. quaslibz exactiones. hoc enim licet facere contra paganos. Terra enim quam ipi habent nostra debet esse. vnde possum⁹ eam exigere ab eis quibus iuste nocere desideram⁹. Ad tertio obiectũ dicimus q̃ licet occidere peccatuz sit in se: non tamen scõm se. sed dare ad vsurã peccatũ est in se et secundũ se: ⁊ ꝓpter hoc non est simile. Ad vltimo obiectũ dicim⁹ q̃ eo modo quo licet equũ cõcedere pro lucro: licet concedere nummos pro lucro equus enim cõceditur locando nec transfert dñiũ in locatione. vnde iustũ est q̃ iste cuius est equus habeat aliquod emolumẽtũ pro vsu equi sui. ⁊ sic posset fieri in pecunia si nõ trãsferret dñiũ. sed in mutuo trãsfertur dñiũ. Est enim mutuũ quasi de meo tuũ. vnde cum pecunia data ad vsurã transeat in dñiũ accipiẽtis ⁊ cũ ipsa pecunia sua sit ⁊ ꝓ vsu rei sue nõ est iustũ q̃ alius hẽat emolumẽtũ: immo ꝺ iuse ⁊ ꝓpt hoc vsura ẽ pctũ Sed iterobicit. dñs ꝑcepit saulivt iterficeret amalechitas ⁊ inficiẽdo eos ex ꝑcepto dñi nõ peccauit: immo peccauit reseruando agag regẽ amalech. sic ḡ factum est ex precepto dñi nõ moztale q̃ aliter esset moztale. Occidere enim hoiem peccatũ est moztale in se: sed ex precepto dñi fit in aliquo casu meritoztũ. sicut si abraham immolasset filiũ suũ ex precepto dñi meruisset: tamen sine precepto dñi peccasset moztaliter immolando per preceptũ ḡ dñi fit peccatũ moztale nõ moztale: ḡ cum dz. Nõ fenerabers fratri tuo: sed alieno. dicto q̃ hoc preceptũ sit nullũ accidit incõueniens: qz fenerari alieno. qđ sine precepto dñi esset moztale ꝙ preceptũ dñi fit non moztale/nec veniale: ḡ non est necesse dicere q̃ sit permissio cõparatiua. Item. dñs precepit iudeis vt asportarent vasa egyptioz. Si vero per preceptũ dñi licitũ fuit iudeis accipere omia vasa egyptioz: multofortiꝰ per preceptũ dñi licitũ est accipere aliquid preter sortem. minus enim est accipere partẽ q̃ totũ. ⁊ ita dñs potuit precipere iudeis dare ad vsurã et ita dare ad vsurã potuit nõ esse peccatũ. Itẽ. lex iustiniani permittit vsuras centesimas et sexagesimas et videtur q̃ bene: qz preceptũ est. Non occides: ⁊ tñ occidũtur hoies sine peccato ꝓpter recõpensationem per occisionẽ enim malefactoz cõseruãtur status reipublice in bonitate sua. eadẽ ratione licet dare ad vsurã partẽ leuissimã sine peccato ꝓpter recõpensationem Maior enim vtilitas inde reipublice: et etiã illi q̃ accipit ad vsurã q̃ sit dãnũ ex datione eius quod dat preter sortẽ. Itẽ. vsurã accipere nõ est cõtractare rẽ alienam inuito dño. dñs enim bene vult q̃ vsurari⁹ habeat leuissimã vsurã et multũ gaudet qñ iuenit qui det ei ad leuissimã vsurã: ergo accipere vsurã non est furtũ/ nec aliꝺ peccatũ: ergo simplr nõ est peccatũ. Solutio Ad primũ dicimus q̃ nõ est sic de homicidio ⁊ vsura qz occidere licet sit malũ in se: tamen nõ scõm se: ſz dare ad vsuram malũ est in se et scõm se. sed si de⁹ preceptisset sequeretur incõueniens: sicut iã ostẽdetur. Ad scõm dicimus q̃ filij israel seruierant egyptijs ⁊ merces nõ erat eis reddita. ⁊ ꝓpter hoc dñs qui vere dñs est oim transtulit dominiũ vasoz illoꝝ ad iudeos.

Ad primũ.

Ad scõm.

Iterum ar

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Solutio.

Ad primũ.

Ad secũdũ

vnde iudei non cõtrectauerũt rem alienã: immo suã nec precepit iudeis domin⁹ q aſportarent rẽ alienam manentem alienã: ſed accipere vſuram eſt accipere rẽ alienã manentẽ alienam ꝛ facere de illa vt de ſua: hoc autẽ in ſe malum et ſecundũ ſe: ſicut cognoſcere alienam vxorẽ manentẽ alienã malũ eſt in ſe et ſecunduz ſe: ſimiliter furarier vt mutui rẽ alienã manentẽ alienã vt ſuã: contra ius naturale eſt/et eſt peccatũ in ſe ꝛ ſecundum ſe nec potuit deus hoc precipere/ et ſi precepiſſet/ſequeretur incõueniens: quia dare ad vſuraz eſſet tunc bonũ et malum/malum ſecundũ ſe/ bonuz

Ad tertiũ. quia preceptũ. Ad tertiũ dicimus q iuſtinianus permiſit pmiſſione cõparatiua non ſimplici vſuras leuiſſimas: quia vidit hoies imperij ſui pronos eſſe ad dandũ ad vſuras. vnde pmiſit minus malum vt nõ fieret maius. vnde non punit lex iuſtiniana vſurarios: ſicut permiſit moyſes libellũ repudij: nec punicbat eos: ꝓpter hoc non eſt verũ q ibi ſit recompẽſatio propter vtilitatẽ ſequentẽ: quia ſemper in oi caſu/dare advſurã peccatũ eſt. vnde pro nulla vtilitate licitũ eſt: et ꝓpter hoc non eſt ſimile de homicidio.

Ad vltimũ Ad vltimo obiectũ dicimus q hec eſt falſa: vſurari⁹ non contrectat rem alienaz inuito dño.

Notandũ. Sed ſciendũ eſt q duplex eſt voluntas/abſoluta ꝛ reſpectiua/ſiue ꝓparatiua/volũtate abſoluta nõ vult dñs huius pecunie q vſurarius accipiat eam et habeat: ex quo vſurari⁹ nõ vult dare mutuũ gratis: cõtrectat/ergo vſurarius rẽ alienã inuito domino: vt dño inuito priuet voluntatẽ abſolutã et diſcretã: let ſic patet q vſura furtũ eſt.

q̃o incidẽs Sed ſecũdũ hoc queſtio eſt cũ vſurari⁹ ſit fur ſicut dicit dñs: ꝛ hoc in precepto. Non furtũ facies: q̃ veris noibus res appellat: quare iudex ſecularis patiat viuere? preceptũ eſt enĩ. Nõ patiaris maleficos viuere/et vſurarij manifeſti ſũt malefici.

q̃ſtio icidẽs Queſtio etiã ẽ quare iudex eccleſiaſtic⁹ plus intromittat ſe de pena vſurariox: q̃ aliorum furũ: ꝛ eſt ꝑma q̃ſtio decretalis: ſecunda theologica.

Ad ꝑmã Ad primã ergo dicẽdũ eſt q iudex ſecularis regit rẽpublicã quantũ ad tẽporalia. vnde q̃uis vſurarius ſit fur: tamẽ qz domeſtic⁹ fur eſt: nec furatur per violentiã: ꝛ ex furto hmõi aliqua vtilitas ꝓueniat rei publice: quantũ ad tẽporalia: et propter hoc patitur viuere vſurarios: cuz tñ alios fures puniat: ſed iudex eccleſiaſtic⁹ qui ſubtilius videt q̃ iudex ſecularis pſequitur vſurarios propter damnũ ſpũale quod videt ex vſura accidere: ꝛ quia vſurarij de ihonoratiõe vel contẽptu dei vidẽt q de peccato ſuo fecerunt ſibi officiũ: ꝛ modũ viuẽdi: ſicut ꝛ mulieres fornicatorie: alij autẽ peccatores de peccato ſuo nõ faciũt ſibi modum viuendi.

Iterum aſ Sed iterũ obicit contra rationem illaz quadictum eſt q dare mutuum ad vſuram eſt in ſe et ſecundũ ſe malũ. dictũ eſt enĩ q ꝓpter hoc eſt ſecundũ ſe malũ: qz vſurarius rẽ alienã manentẽ alienã vult facere ſuã. ſed videt q hoc ſit falſũ. Probatur enĩ q in vſura trãſfertur dñiũ: qz iſte qui accipit mutuũ rẽ ſuã põt dare vſurario: et ſcit et vult dare. dicit enĩ ei: do tibi iſtã pecuniã preter ſortẽ: ergo dat ei: ergo pecunia quã accepit vſurarius preter ſortẽ ſua eſt: ergo nõ facit rẽ alienã manentẽ alienã tanq̃ ſuã: ergo ratio predicta nulla. Preterea. eſto q ſub hac forma fiat con-

Secundo. tractus: mutuo tibi pecuniã iſtã hac cõditione vt des mihi tantũ preter ſortẽ dat illã ipſi: ergo ſua eſt: ergo

In oppm in vſura tranſfert dominiũ: et inde vt prius. Sz probatur multipliciter q nõ trãſfertur dominiũ in vſura primo ſic. De pecunia quã accepit vſurari⁹ ꝑter ſortẽ non põt facere elemoſinã: qz imolãtis ex iniquo oblatio eſt maculata. nõ poteſt aliquid facere de iſta pecunia quod ſibi vtile ſit niſi reddere ei a quo habuit: q̃ non eſt ſua: ergo non tranſfertur in vſura dominium.

Secundo. Itẽ. illũ contractũ non approbat dñs qui ſolus vere dñs eſt. vnde ei dicim⁹: Tu ſolus dñs. ꝛ apls. vn⁹ eſt nobis dñs. ſz ſi aliquis haberet feudũ ab aliquo dño non poſſet tranſire in dominiũ alterius ſine conſenſu dñi ſui: ergo cũ iſte qui accepit pecuniã ad vſurã corpus ſuũ et aiam ſuã: et etiã tẽporalia habeat a dño in feudũ et de illis incertũ ſeruitiũ debeat facere dño ſuo: non debet nec põt transferre dominiũ rei ſue ſine conſenſu dñi ſui: ergo cũ dñs nõ approbet cõtractũ vſure

Tertio. non tranſfertur dominiũ in vſura. Itẽ. ſi aliquis ex timore qui poteſt cadere in conſtantẽ viruz dicat alicui mulieri: ego accipio te in vxorẽ: ſi non conſenſerit aio non eſt ibi matrimoniũ. et ſi conſtaret eccleſie q nõ conſenſiſſet aio iudicaret ibi nõ eſſe matrimoniũ: ergo ſi aliquis neceſſitate coact⁹ dicat hec verba: do tibi iſtã pecuniã preter ſortẽ pro mutuo nõ tranſfertur ꝓpter

Quarto. hoc dñiũ. ꝛ ita non trãſfertur dñiũ in vſura. Itẽ. queritur: dicatur res iſta accipientis quã accepit de vſura ipius vſurarij. ſi vero: qz negociari poteſt de illis cuz proposito reſtituendi. eodẽ mõ depoſitũ quod apud me habeo põt dici meũ: quia poſſũ negociari de iſto ꝛ

Quinto. dare alijs cũ proposito reſtituendi. Itẽ. iſte vſurari⁹ tenetur reddere iſtã pecuniã ei a quo habuit/ãt quia ei debet eã: aut alia de cauſa. non qz eã debet ei: qz nõ interuenit cõtractus ſcõm quẽ fact⁹ ſit ei debitor. Si autẽ alia de cauſa nõ inuenit alia cauſa: niſi qz eius eſt illa pecunia cui tenet eã reſtituere: ergo non eſt vſurari⁹. et ita in vſura nõ tranſfertur dominiũ.

Solutio. Ad hec cõcedimus. ꝛ nõ valet hec argumentatio: Iſte põt trãſferre vel ſcit/et vult rem ſuã in dñium alterius. et dicit hoc do tibi pecuniã iſtã: ergo trãſfert dominiũ iſtud. licz enĩ poſſit trãſferri: tamen nõ poteſt trãſferre ſic: quia hmõi contractus diſplicet deo: ꝛ licet ꝓferat verbuz dandi: nõ tamen dat. de verbis enĩ nulla dz fieri cõtentio: ſed de itẽtione. intentio aũt fenerãtis eſt q rẽ alienã manentẽ alienã faciat ſuaz: per hoc patet ſolutio

Ad ſcõm. ad ſecundo obiectũ: cum dicit vſurarius: accõmodo tibi pecuniam hanc hac cõditione: vt tu des michi tãtum ex vi mutui in quo trãſfertur dominiũ: vult trãſferre dominiũ in ſe ret alienc manẽtis alienc.

Alia q̃ſtio incidẽs. Querit poſtea iuxta hoc vtrũ liceat dare mutuũ hac conditione q accipiẽs det aliquid pauperibus. videt q ſic: quia dare mutuũ bonũ eſt: ꝛ dare pauperibus bonũ: ergo totũ quod ibi eſt licitũ eſt: Sed ſi hoc: ergo licitũ eſt

In oppm michi dare mutuũ: vt accipiẽs det aliq̃d patri meo indigenti: eadẽ ratione ꝛ michi: magis enĩ diligo me q̃ alios: q̃ ſicut nõ licet michi ex vi mutui tranſferre dominiũ rei alienc in me: ita nec ĩ aliũ. vnde nõ valet hec

Solutio. argumentatio: licitũ eſt dare mutuũ/et licitũ eſt dare aliquid pauperib⁹: q̃ licitũ eſt. ꝛc. ſicut nõ ſequit licitũ eſt acquirere tẽporalia: q̃ licitum eſt predicare pro acquiſitione tẽporaliũ. Itẽ licitum eſt michi dare mutuum iſti ne ledat me aut vineã meã: q̃ licitũ eſt dare mutuũ pro hac re tẽporali: pari ratione pro qualibet alia re tẽporali: et ita pro pecunia.

Soluto. Soluto. Prima argumẽtatio nõ valet: qz cũ datur mutuũ ne ledatur vinea/michil accipit preter ſortẽ: ſed redimit ius ſuuz ille q̃ dat mutuũ: hoc autẽ licitũ eſt: ſed ſi daret ꝓ pecunia: daret vt acciperet aliquid preter ſortẽ: q̃ autẽ dictũ eſt q nõ tranſfertur dñiũ in vſura: intelligenduz

est de dominio illius rei q̄ accipitur preter sortē: hoc autē quia dñs superior non approbat illū contractū: sed contractum ad mutuū: ⁊ in hoc transfertur dominiū: mutuū enī est de meo tuū: vt dictū est supra: Sed non videt q̄ transfertur dominiuz: quia dñs superior nō approbat contractū illū: ergo nō transfertur dominium pecunie accomodate: et ita nō est ibi mutuum.

ꝓ dicta ar.

Solutio. Jn hmōi contractu duo sunt/ vnū licituz. s. dare mutuū: aliud illicitū. s. intentio accipiēdi aliquā superexcrescentiā: ꝑmū approbat dñs: et quantuz ad illud transfertur dominiū. Dicit enī aug⁹. Nichil ita est conuenies equitati q̄ q̄ aliquis ꝓpria voluntate sua exequatur: sed hoc intelligendū dño approbante: secundū non approbat. vnde quantū ad illud nō transfert dñiuz.

Augustin⁹

Jterum ar

Jtē iste mutuū potest dare alicui vt ipse qui accipit impleat hoc preceptū: Nō furtum facies: non mechaberis: eadē ratione pōt ei dare mutuū vt quodlibet aliud preceptū impleat: ꝯ vt impleat hoc preceptū: mutuū date nichil inde sperātes ergo potest dare mutuū isti vt iste mutuuz det alijs.

In oppo⁹ Solutio.

Contra. Mutuū date nichil inde sperantes: nec ante nec post: sed ille sperat aliquid post: ꝯ peccat: Quod cōcedimus: nec est simile de hoc precepto: Non furtū facies: ⁊ de hoc mutuū date: quia in ꝑmo ex vi mutui nichil accipit preter sortē: nec i se nec in alio: sed i secūdo accipit aliquid ꝑter sortē vel in se vel in alio.

¶ Utrum ille qui accipit ad vsuram peccet.

¶ Secunda questio principalis.

Af q̄ sic.

Queritur vtrū ille q̄ accipit advsurā peccet. videtur q̄ sic. Qui enī dat alicui occasionē fornicandi peccat mortaliter: sicut si introducta esset ab aliquo mulier fornicaria si recederet socius de domo vt daret socio locū fornicandi peccaret: immo nō debet recedere: ꝯ si aliquis dat occasionē alicui ad vsurā dandi peccat mortaliter: sed q̄ accipit ad vsurā dat vsurario occasionē dādi ad vsurā: ꝯ peccat mortaliter.

Secundo.

Jtē magis debeo diligere aiam ꝓximi q̄ corpus ꝓpriuz: ergo pro nulla necessitate corporali/ licet michi dare occasionē peccandi/ siue scandalizare ꝓximuz: sed qui accipit ad vsurā scādalisat ꝓximū: ergo pro nulla necessitate corporali licet accipere ad vsuram: ꝯ qui accipit peccat mortaliter.

Tertio.

Jtē in euangelio: Ve hoi illi p quē scandalū venit: ⁊ dicit ibi glosa q̄ vitandū est scādalum vbiq̄/ exceptis tribus casib⁹ scilicet/ vbi est veritas vite/ et iusticie/ ⁊ doctrine: sed si ille nō accipit ad vsurā: non amittit propter hoc veritas vite/ nec iusticie/ nec doctrine: ergo in hoc casu vitare debet scandalum: ꝯ peccat si accipit ad vsuram.

Quarto.

Jtem sit hic aliq̄s sacerdos indigēs et petat mutuū ab aliquo vsurario subdito suo: videtur q̄ peccet. ipse enim predicat non esse dandum ad vsuram: ⁊ ꝓhibet dare/ ⁊ ipse facit q̄ iste det ad vsuram: ergo facit cōtra id quod predicat: ergo peccat mortaliter ⁊ ita videtur q̄ peccatū sit accipere ad vsuram: quod si concedatur.

In oppo⁹

Contra. Beatus hieronimus commendat beatam paulā de hoc q̄ multa expendit in vsuris vt pasceret pauperes: ergo non est peccatum accipere ad vsuram: quod concedimus.

Solutio. Ad primū

et ad primo obiectum dicimus q̄ non est simile de fornicatione: qz in fornicatione nichil est licitum ꝫ in datione mutui ad vsurā aliquid licitū est. scilicet dare mutuū: sed residuū est illicitū. iste vero q̄ accipit ad vsurā non petit nisi q̄ ei detur mutuū. hoc aūt licitum est: sed q̄ detur ad vsurā. hoc est contra voluntatē rectā accipientis.

Ad scdo

Ad scdo obiectū dicimus q̄ hec est falsa: Jste qui accipit advsurā scandalizat ꝓximū. scā dalizare enī est facto vel dicto min⁹ recte peccādi occasionē prestare. Petere aūt mutuū nō est factū vel dictū minus rectū: imo iustū est q̄ indigēs petat mutuum: et iustū est q̄ detur ei gratis. ⁊ qz nō vult vsurarius reddere gratis redimit accipiens ius suū dando aliquid preter sortē. Per hoc patz solutio ad tertio obiectū.

Ad tertiū.

Ad q̄rtum

Ad quarto obiectū dicimus q̄ sacerdos nō peccat petendo mutuū/ nec facit cōtra id qd̄ predicat sed si daret mutuū ad vsurā tunc faceret contra id qd̄ predicat: nec cōpellit/ nec facit q̄ vsurari⁹ det advsurā sed petit ius suū et redimit si nō potest hre gratis. hoc autē non est petitū. Cōcedim⁹ q̄ licitū est in necessitate accipere ad vsurā: sed ꝓ q̄ta necessitate sit peccatū pro q̄ta non. hoc nō determinat ars/ vsus/ scientia: sed caritas. vnctio enī docet nos de oibus hmōi. virt⁹ enī omni arte certior et melior est: vt dicit aristo. Ex p̄dictis patet q̄ est licitū accipere ad vsurā vt pascantur pauperes. eadē ratione licitū est accipere ad vsurā vt fiant alia opera mie. Sed opus mie est dare mutuū gratis: ergo licitū est accipere advsurā vt iste qui dat vsurā det mutuū gratis.

correlariū.

Jterum ar

Contra. Jste preter necessitatē vel suā vel alterius ꝓuocat vsurariū ad dandum ad vsurā: ergo scandalizat istū: ꝯ peccat. Dō cōcedimus: si preter necessitatē/ vel suā/ vel alteri⁹ det aliqd vsurario vt det mutuū gratis. Tale enī dare vel accipere est factū vel dictū minus rectū. vnde scādalizat: sed cum accipit ad vsurā in tpe necessitatis: vt pascat pauperes petit quod est pauperū: ⁊ est petitio recta. et si nō pōt hre gratis lz redimere ius pauperū.

Arguit in oppositū. Solutio.

¶ Jn quibus contractibus sit vsura.

¶ Tertia questio principalis.

Queritur in quibus cōtractibus sit vsura. ponat ergo q̄ aliq̄s det mutuū alicui familiari regis hac cōditione vt defendat eū ab exactionib⁹ taliarum et iste defendat ipm. Querit vtr̄ in hoc contractu sit vsura. videtur q̄ sic: dat enī mutuū pro re tēporali: ꝯ ibi est vsura. Sz cōtra. Non grauat ꝓximū sic dando mutuum: ergo non est vsura. Solutio. Quedam talie sunt debite/ quedā indebite: si ergo dat mutuum hac cōditione vt defendat ipsum a debitis talijs vsurarius est: contractus grauat proximuz non illum cui dat mutuū: sed principem cuius damno procurat ab absolutione debite talie: si vero dat mutuū hac conditione vt ipse defendat a talijs indebitis: adhuc distinguendum est vtrum ille qui defendat ipsum solo verbo defendat ipsum aut per dationem aliquam pecunie: si vltimomodo vsura est si hoc sciat iste qui dat mutuum/ grauat igitur ꝓximum: si primo modo non est vsura: necvalet: dat mutuū pro re temporali: ergo est ibi vsura: cum enim dicit mutuū dare pro re tēporali est vsura: intelligitur de re temporali de qua percipit aliquod emolumētū iste qui dat mutuū: sed verba vel preces non dicuntur esse emolumentū. Jtē ponatur q̄ aliquis det mutuum pro pignore: ⁊ sit ita q̄ iste qui accipit mutuum equū habet otiosum quē locare non velit et tradit illi pro pignore a quo mutuum accipit hac condicione vt pascat ipsum et equitet ipsum: si ne grauamine. Querit vtrū in hmōi contractu sit vsura: videt q̄ sic: Quia preter sortez habet vsum rei alterius: ergo preter sortem accipit aliquod emolumētum: ergo ibi est vsura. Preterea. iste equ⁹

Ad rōnem

ēo incidēs

Af q̄ sic.

Secundo.

potest locari quolibet die .xij. denarijs et tantum valet res quantum haberi potest de ipsa: ꝙ si dans mutuum teneat equum per .xx. dies perinde est ac si preter sortem acciperet .xx. sol. ergo ibi est vsura. si concedatur. Contra. Non grauat proximus: immo iuuat: pascit enim equū suū quem inutiliter pascebat prius ille qui accepit mutuū: ergo non est ibi vsura. Eadez est questio si accipiatur domus pro pignore que inutilis est accipiēti mutuū nec velit eā locare/ ille vero ꝙ dat mutuū custodit domuz a ruina/ potest probari ꝙ ibi est vsura: potest probari ꝙ non: sicut et prius. Solutio. Solutio. In talibus casib⁹ considerandū est vtrum preter mutuum pares sint vtilitates circūscripto mutuo non est ibi vsura: sicut enim in ꝓposito casu circūscripto mutuo/ deberet velle iste cuius est equ⁹ ꝙ alⁱ haberet vsum equi sui ex quo iutilis est ei equus: habet enī aliquam vtilitatē de equo suo ꝙ alius pascit eū et sine grauamīe eq̄tat. vnde pares sunt vtrobiq; vtilitates. vñ nō ē vsura ⁊ nō vz hec argumētatio/ iste habet vsum rei aliene preter sortem: ergo ibi est vsura: deberet addi et pro illo vsu non facit recōpensatio nē et hoc falsum. vnde patet solutio ad primo obiectum. Ad scdō obiectum dicim⁹ ꝙ non est respectus ad illud quod haberi potest de equo: sed ad illud qđ principaliter habetur vel ad illud quod de ipso faceret dñs eius. Queritur postea de casu isto in quo aliqui participant vel consentiūt vsure/ vtrū peccent? ponatur ergo ꝙ aliquis vsurarius det alicui conuentui generalem refectionē que dicit pitantia: ⁊ totū quod dat est de vsura: sed conuētus nescit illud esse de vsura/ excepto vno solo monacho ꝙ bene scit istud esse de vsura. Queritur vtrum conuētus peccet mortaliter comedendo illam refectionē: videt ꝙ sic: quia dominus precepit in leuitico: omne morticinū et raptuz a bestia ne comedas: sed raptū de vsura est morticinū infert enī mortē et raptum a bestia. i. a bestiali homine: ergo qui comedit de vsura facit contra preceptuz domini: ergo peccat mortaliter. ꝙ autem morticinū sit patet per illud quod dixit thobias: Videte ne forte furtiuus sit: quia non licet nobis aut edere aliquid ex furto/ aut contingere: non licet ergo cōuentui comedere aliquid de vsura: ꝯ mortaliter peccāt comedendo. Item abbas vel dispensator abbatie tenebat querere an furtiuum esset quod eis dabat: sicut quesiuit thobias/ et nō quesiuit: sit ita: ergo peccant mortaliter. Contra. Iste conuētus nescit hoc esse de vsura: ⁊ de quolibet homine presumendū est ꝙ sit bon⁹ nisi probetur in contrariuz: ꝯ non peccat comedendo illam refectionē. Item apostolus dicit loquēs de comedentis. nichil interrogantes propter cōscientiaz: ergo dispensator nō tenetur iterrogare an furtiuum sit/ an de vsura. Querit postea de isto qui scit illud eē de vsura vtz debeat comedere. videt ꝙ nō: qz cū sciat illd eē morticinū si comedat scienter facit ꝰ ꝓceptum domini: ergo si comederet peccaret mortaliter: ergo tenetur non comedere. Si concedatur. Contra. Si non comedat scandalisat alios et tenetur non scandalisare: quia ve homini illi per quem scandaluz venit: ergo tenetur comedere. Item si nō comedat facit cōtra preceptū abbatis: abbas enim precipit: sit ita: ne aliquis faciat singularitatē aliquam: ꝯ tenetur comedere et tenetur non comedere: sicut probatum est: ꝯ tenet ad duo oppposita quod est impossibile. Queritur etiā de vxore feneratoris/ vtrū peccet comedēdo de vsura: videtur ꝙ nō: quia tenetur cohabitare cum viro suo: quia vt dicit apostolus. Mulier non habet potestatem corporis sui: sed vir: nec ecōuerso. Item dicit dominꝰ in euangelio. Non licet vxori dimittere virum suū nisi ꝓpter causam fornicationis: ꝯ tenetur cohabitare cum viro suo: sed non potest cohabitare cuz viro suo nisi comedat de vsura: ergo potest licite comedere. Contra. Comedit morticinū ⁊ scienter: ꝯ facit scienter cōtra preceptū domini: ergo peccat mortaliter. Eadē est ratio de seruientib⁹ feneratoribus ⁊ de illis ꝙ colunt vineas ⁊ agros feneratoz. Solutio. Ad primū dicēnus ꝙ si sit vehemēs suspitio ꝙ iste ꝙ dat pitantiā ht vsurarius/ sicut si sit ciuis alicuius ciuitatis in qua fere sunt omnes vsurarij interrogare debet dispensatoz abbatis/ an sit furtiua et funebris illa pecunia quā dat pro pitantia/ ⁊ diligēter inquirere: ⁊ si credat funebre nullo modo debet recipere. Quod vero dicit apostolus: Nichil interrogantes propter conscientiam: intelligit vbi non est ꝑsona suspecta: et preterea apostolus loquebatur de ydolaticis ꝙ simpliciter licet comedere omnia enī munda mūdis: sed illud quod est de vsura nō: si vero nulla sit suspitio ꝙ iste ꝙ dat sit vsurarius non est interrogandū an furtiuū sit: nec peccat cōuentus comedendo/ nec valet illa argumētatio: iste comedit morticinū: ꝯ peccat mortaliter comedēdo: sicut iste cognoscit vxorē alterius: ergo peccat cognoscēdo: potest enī aliqs cognoscere vxorem alterius sine peccato: si adhibeat diligentiaz quā potest adhibere ⁊ debet et credit esse suā: de isto vero solo qui scit totū quod datur esse de vsura: Dicimus ꝙ in illo casu ne scādaliset fratres debet comedere: tamen cum conscientia ⁊ proposito restituendi. dz enī hoc significare abbati/ vt abbas restituat/ ⁊ abbas debet restituere. eiusdē enī volūtatis debent esse oēs fratres eiusdē cōuentus. vt quod bene vult vnꝰ bene velit alius. ⁊ nō valet: comedit scienter morticinū: ꝯ peccat. non enī est morticinū ei in hoc casu. sicut si aliquis vsurariꝰ penitet et obuiat alicui in extrema necessitate constituto: ⁊ si nō habeat ad manū nisi denariū quē habuit de vsura tenetur illū dare cū ꝓposito restituēdi equipollentē. De vxore feneratoris dicimꝰ ꝙ nullo modo comedere debet de vsura nisi habeat alia de quib⁹ possit restituere: ⁊ tūc potest comedere cū proposito restituēdi. aliter nō: imo prius debet dimittere virū suū q̄tū ad cohabitationē. nō enī tenet cohabitare si vir suus cōpellat eā ad peccanduz. Qđ vero dicit aplꝰ. Mulier nō habet potestatē corporis sui: sed vir: bene concedimus: q̄uis enī nō cohabitet tamen tenetur reddere debitū ei pro loco et tēpore. et de isto quod obicit ꝙ alⁱ nō debet dimittere alterū nisi propter fornicationē: bene cōcedimus. sed dñs nō intelligit tantū de fornicatione corporali: sed etiā de spirituali. sic patet in glosa. Fornicatio aūt spūalis in omi pctō mortalis est. tenet aūt mulier obedire viro suo saluo dño tuo superioris dñi. Idē cōcedimꝰ de seruientibus et colentibus vineas feneratoz: ꝙ nullo modo debent scienter recipere pecuniā feneratoz/ nisi velit restituere: tamen de colentib⁹ vineas dicunt quidam ꝙ licite possunt recipere: quia non faciunt vsurarium impotentem: quia de fructu vinearum poterit restituere quod dat cultoribus: sed quia illud incertū est prime solutioni adherem⁹. Adhuc queritur de illis qui per participationem ⁊ consensum incidunt in peccatum vsure. in quibusdā enī regionibus sunt quidā

In oppoᵐ

Eoꝫ mō de domo.

Solutio.

Ad ratōnē

Ad secūdū

Alia q̄stio incidēs.

Aꝑ ꝙ non.

In oppoᵐ

Secundo.

Alia q̄stio incidēs.

Aꝑ ꝙ sic.

Probatur minor.

Secundo.

In oppoᵐ

Secundo.

Alia q̄stio incidēs.

Aꝑ ꝙ non

Secundo.

In oppoᵐ

eoꝫ mō de de seruito.

Solutio.

Ad primū

Ad dictuz apostoli.

Aliter dz.

Nota.

Ad aliud.

Exemplū.

Ad aliud.

Ad dictuz apli.

Ad aliud.

Ad aliud.

Alij dicūt.

Alia q̄o incidens.

Alia q̄o incidens.

qui huic officio deputant se vt indigentib⁹ querãt pecuniã ad mutuũ:et accipiũt abvtraq; pte: Queritur
Aſ q; nõ. de illis vtrũ peccant sic faciendo.videt q; non. vtiles ei sũt indigentibus et oi vtilitati deseruiũt.g nõ peccant:sed ⁊. ipsi accipiũta b vtraq; parte.g a fenerato re:scz sortẽ.de sorte eni nichil daret eis: hoc bene sciunt ipi:ergo scienter comedũt mortacinũ.g peccant
Alia q̃stio incidens. mortaliter.Similiter q̃rit de rectoribus quarũdã ciuitatũ qui cõpellunt ad reddẽdũ vsuras:et de testib⁹ quoꝝ testimonio reddũt:et de illis qui publica instrumẽta faciunt sup cõtractib⁹ vsurarũ:Queritur vtruz
Aſ q; non. peccẽt.videtur q; nõ:qz hoc faciũt ꝓpter cõmunẽ vtilitatẽ.Itẽ,si aliq̃s dederit fidẽ de reddẽdis vsuris ecclesia consulit q; reddat.g illi qui cõpellũt reddere cõ
Secundo. firmãt qd̃ eccl̃a cõsulit.ergo non peccãt Cõtra.eoꝝ
In oppom auxilio iste acquirit vsuras:ergo eoꝝ auxilio facit peccatũ:ergo consentiũt pctõ: sed facientes ⁊ cõsẽtiẽtes
Alia q̃stio incidẽs. pari pẽa puntẽdi sũt.g ipi peccãt mortaliter.q̃rit aũt de istis q̃ ꝓter sortẽ aliq̃d accipiũt noie gene: vl locationis vtrũ peccẽt.Quidã ei ita dicũt.loco tibi pecuniam meã vsq; ad nũdias illas:⁊ pro locatiõe tñ dabis michi:vel do tibi mutuũ vt reddas illud ĩ nũdmis illis:vel si non reddideris ꝑ pena dabis michi tantũ.
Aſ q; sic. Queritur vtrũ iste contract⁹ sit vsurari⁹.videtur q; sic. qz ⁊ de noib⁹ nulla dz eẽ cõtẽtio:ergo siue dicat aliquis loco pecuniã siue aliquo alio ẏbo vtat:dũ mõ intendat transferre dñium:⁊ exvi mutui aliq̃d hr̃e ꝓter sortẽ cõtract⁹ ẽ vsurari⁹:ergo peccat mortalit̃ qui sic dat pecuniã suã ⁊ peccãt mortaliter q̃ de hmõi cõtractib⁹ dãt publica instrumẽta:sicut cardinales ⁊ papa
Solutio. Solutio.Ad ꝓmũ dicim⁹ q; ille peccat mortaliter q̃
Ad ꝓmũ ꝓcurat q; aliq̃s det mutuũ ad vsurã alicui/lz hoc vtile sit indigentib⁹:tñ peccat q; non ꝓcurat hoc ꝓpter vtilitatẽ indigentiũ:sed vt ipe hẽat vsure partẽ.vñ cõ
Adscõm. municat vsure ꝑ participationẽ.Sil̃r dicim⁹ ad scõm obiectũ q; peccant rectores qui cõpellũt reddere vsuras ⁊ ipsi testes et q̃ faciũt scienter publica instrumenta de cõtractu vsurario.oẽs isti cõicãt pctõ vsure per
duplex vsurarij. cõsensũ.vñ q̃dã sũt vsurarij simplicit̃ sicut illi q̃ dant pecuniã suã ad vsurã:alij sũt vsurarij ꝑ participationẽ:sicut vxor vsurarij ⁊ seruientes:et iste q̃ ꝓcurat vt aliquis det ad vsurã:hac de cã vt ptẽ inde hẽat: oĩs tales sũt vsurarij ꝑ participationẽ:non tñ simpliciter vsurarij.aliq̃ autẽ sũt vsurarij ẽx consensũ:sicut rectores q̃ cõpellũt reddere vsuras ⁊ testes.vñ nõ valz hec argumẽtatio:rectores faciũt hoc ꝓpter cõmunẽ vtilitatẽ:ergo nõ peccãt.qz nõ faciũt ꝓpter cõmunẽ vtilitatẽ absolutã:sz respectiuã siue cõparatiuã.faciũt ei hoc malũ ne petus fiat:nõ solũ confirmãt qd̃ ecclesia
Ad vltimũ cõsulit:ĩmo pl⁹ faciũt: dãt ei auctoritatẽ ⁊ potẽtiam fenerãdi.Ad vltiõ obiectũ dicim⁹ q; ꝓt eẽ q; iste contract⁹ nõ sit ẽx sniam suã vsurari⁹:illi tñ q̃ dãt pecuniã vsurarij sũt: ĩ fraudẽ ei vsurarũ faciũt ⁊ ex vi mutui intẽdũt aliq̃d recipere ꝓter sortẽ.contract⁹ tñ in se nõ ẽ vsurari⁹:si ꝓ pena negligentie ei⁹ q̃ debuit soluere debitũ ad ꝓdictũ ẽmnũ ⁊ ꝑ expẽsis quas faciũt creditores vt habeãt debitũ aliq̃d ꝓter debitũ ꝑ pẽa dat̃ et qd̃ nõ excedat culpã vl expẽsas:⁊ quãtũ ad hoc posset dare dñs papa ⁊ cardiales lr̃as suas:iustũ ei ẽ puniri negligentẽ aut fraudulent̃ differẽtẽ solutionẽ debitam.

¶ De casibus q̃ sunt ex ĩcertitudine tẽporis.

¶ Scõz capitulum.

DIcto de casib⁹ in q̃bus cõtract⁹ ẽ vsurari⁹ cuz certitudine tpis.dicendũ ẽ de casib⁹ illis q̃ sũt ex incertitudine tpis.aliq̃s ergo dt ita.vẽdo tibi bladũ meũ vt reddas michi tñ quãtũ valebit ĩ tpe ĩ quo cari⁹ erit hoc anno:Queritr vtrũ iste contract⁹ sit vsurarius.videt q; sic.qz vendens in intentione hz accipiendi aliquid ꝓter sortẽ:et hoc exprimit forma contractus.vsurari⁹ est ergo iste contract⁹.Contra.icertũ ẽ vtrũ bladũ sit plus valiturũ in pte aliqua ãni futuri q; mõ valeat.ꝑt enĩ contingere q; minus valebit per totũ sequentẽ annũ:q; modo valeat.g dubiũ est vtrum iste ex hoc contractu acceptur⁹ sit pluſq; sortẽ vel minus.ergo contractus iste non ẽ vsurarius.et q; hec argumentatio sit necessaria:ꝓbatur.qz dicit dñs papa in quadã decretali q; aliqui mercatores vendiderũt merces suas que nonvalebant nisi quiq; libras in tpe cõtract⁹,p sex libris ad pascha reddendis.dicit dñs papa:q; contractus ille non ẽ vsurarius ꝓpt̃ dubiũ euẽt⁹ rei:ꝑt ei cõtigere q; sex libras valiture sunt merces ĩ pascha.g si ille ꝓtract⁹ nõ sit vsurari⁹ ꝓpt̃ dubiũ euẽtũ rei:eadẽ rõe nec pri⁹. Itẽ.⁊ decretalẽ illã obicit̃. si lz vẽdere merces q̃ nõ valẽt nisi q̃nq; libras ꝑ sex libris ad pascha/lz silr̃ vẽdẽ pro sex ⁊ sex duob⁹ denarijs:silr̃ pro sex libris et quatuor denarijs et augẽdo ꝑ minutas:cũ nõ sit determinate ꝑciũ ĩ quo stẽdũ sit lz vẽdere ꝑ x.libras.Cõtra.manifeste intẽdit hr̃e vendens pluſq; sortẽ.g cõtract⁹ ẽ vsurari⁹. Forte dicendũ ẽ q; sistendũ ẽ ĩ aliquo ꝑcio circa x.libras videret ĩ illo ꝑcio qd̃ decimabit vir bon⁹ vl sapiens in hmõi cõtractib⁹.Sz cõtra. sapiens nichil scit de futuris euẽtib⁹:qz astronomi sepissime falluntur in hmõi.g nichil ꝑt determinare de talibus.ergo si iste vltim⁹ contractus est vsurari⁹ nec impedit dubius euẽt⁹ rei eadẽ rõe cõtract⁹ ille quẽ dicit decretal̃ nõ eẽ vsurariũ est vsurarius.Itẽ si ꝓpter dubiũ euentũ nõ sunt vsurarij hmõi cõtract⁹:g emere in terra bladum non fuit vsura:⁊ cõmunis opinio dicit oppositũ:si enĩ sextari⁹ bladi valet mõ.x.sol.⁊ ꝓbabile est q; tñ valitur⁹ sit ĩ augusto ⁊ aliq̃s emat ꝑ quinq; solidis vsura dz hmõi esse:nec hoc impedit dubius euentus:g cõtract⁹ q̃ est in decretali vsurarius est.Solutio.Ad euidentiã solutionis istoꝝ:Notãde sunt quedã rr̃e q̃b⁹ dirigamur ĩ hmõi casib⁹:quaꝝ ꝑma hec ẽ:quãtũcũq; vẽdẽs certi⁹ de sorte intẽdit accipere pl⁹ q; sortẽ ⁊ hoc exprimit forma cõtractus:ille cõtract⁹ vsurarius est.scõa est vbicũq; vendẽs vẽdit merces suas respectu futuri ꝑ maiori precio q; valeant in tẽpore cõtractus et vẽdit secundũ estimationẽ boni viri ⁊ sapiẽtis:ĩ hmõi ꝓtractibus nõ est cõtract⁹ vsurarius: sicut enĩ dicit aristo.bonus ĩ singulis videt verũ vt regula ⁊ mẽsura eoꝝ existẽs.scõz hoc idẽ dicit apr̃s.Spũalis hõ oĩa iudicat ⁊ a nemie iudicat̃.tertia rr̃a est:si vendẽs intẽdit accipe pl⁹ q; sortẽ:siue hoc exprimit forma cõtract⁹ siue nõ sit siue plus acceptur⁹ sit siue nõ vsurari⁹ ꝛct⁹ est:saltẽ ẽx intẽtionẽ: vsura enĩ ĩ volũtate ꝓsistit sicut ⁊ symonia. Scõm ꝑmã rr̃am dicim⁹ q; cõtract⁹ ꝑm⁹ sit vsurarius per scõam rr̃am dicim⁹ q; cõtract⁹ q̃ est ĩ decretali non est vsurari⁹: si enĩ vir bon⁹ ⁊ sapiẽs ĩ hmõi cõtractib⁹ ⁊ ẽx q; solet accidere ĩ alijs ãnis estimet merces suas valituras sex libras ad pascha nõ est ꝓtract⁹ vsurari⁹. vñ dicim⁹ q; ĩ hmõi ꝓtractib⁹ sistẽdũ ẽ vbi sistit vir sapiẽs cõsideratꝰ oib⁹ circũstãtijs:nõ solũ g dubi⁹ euẽt⁹ facit ꝛctũ nõ eẽ vsurariũ:sz recta estimatio sapiẽtis.vñ si aliq̃s emat bladũ ĩ fra ⁊ ẽx iudiciũ sapiẽtis sit mkta

Prima q̃o Aſ q; sic.

In oppom

Cõfirmat.

Soluſio.

Secundo.

Solutio. Alique rr̃e ꝑma rr̃a.

Scõa rr̃a.

Tertia rr̃a.

tñ ꝫ hoc aī accepturus preter sortē vsura'. Sz probatur q̄ nō sit ibi vsura: qz dictū ē superius q̄ vsura ē cū aliq̄s ītēdit aliq̄d accipere p̄ter sortē ex vi mutui: sz ibi nō ē mutuū. g̈ ibi non ē vsura. Jtē ibi ē simplex emptio ⁊ venditio. g̈ non est vsura. Si concedaī hoc. ergo ea dē rōne: si aliquis vendit pannū q̄ nō valet mō nisi xl. sol' p̄o xv. ad pascha non ē vsura: qz ibi non ē mutuū.

Secundo. In oppo^m

Ad idem. Sīlr si aliquis vendit marchā argenti que non valet mō nisi xl. sol' p̄o xlij. sol' ad pascha non est vsura: ḋa non est mutuū: sed simplex emptio vel venditio. Fortē dicetur q̄ hec est vsura: qz in fraudē prohibitionis mutatur cōtractus: scit enī ille qui vendit q̄ prohibitum ē dare mutuū p̄o superabūdātia: vñ nō dat mutuū: sed vendit: et ita in fraudē precepti mutat cōtractū: propter hoc iudicatur vsurarius. Sīlr ꝓbatur q̄ iste qui emit bladū in terra vsurarius ē: scit enī q̄ ille qui vendit indigēs ē: et scit q̄ illi tenet dare mutuum nichil inde sperans: si aūt daret p̄o superabūdātia faceret manifeste contra preceptū in fraudē. ergo p̄cepti mutat contractū et vendit bladū p̄o minori q̄ valeat. g̈ vsurarius iudicand⁹ est cū intendit accipere aliquid preter sortē: nō enī curandū ē vtrū in eadē intendat accipere plusq̄ sortē vel in aliā. Jtem. peccatū est vt videt vendere rē plusq̄ valeat ad terminū ratione termini. g̈ si vendat res plusq̄ valeat mō sine expectatione: imo statim accipiat magis peccatū ē: magis ei nocet. g̈ oēs cābitores peccāt qui vendunt plusq̄ valeat res et stati accipiunt p̄ciū. ergo sunt vsurarij. Sed contra. tñ valet res quātū inde p̄t hī in p̄senti: ergo si tñ vendāt non peccant. Jtē. peccatū ē emere bladū in terra q̄ ī probabili venditio recte estimātis multo plus accepturus ē q̄ emit. g̈ peccatū ē emere p̄oratus quos vendunt monachi. est enī aliquis cleric⁹ iuuenis qui probabiliter sua etate p̄t viuere p xl. annos et sūt aliq̄ monachi valde indigentes et vēdūt. p̄oratū aliquē huic clerico ad vitā suā p̄o. c. libris: ⁊ p̄oratus valet xl. libras ānuati: videt q̄ iste qui emit peccat mortaliter. multo ei plura accept⁹ ē p̄ter sortē et tenet dare mutuū gratis ex quo scit indigentiā illorū. ⁊ ḋa non vult dare gratis: mutat contractū mutui in emptionē. g̈ peccat mortaliter. Solutio. Ad p̄mū dicim⁹ q̄ nō valet hec argumētatio: ibi nō ē mutuū. g̈ ibi nō est vsura: quidā enī vsurarij directe sūt vsurarij sicut illi qui dāt mutuū vt aliquid habeant p̄ret sortē alij indirecte sunt vsurarij videlz illi q̄ in fraudē p̄cepti mutāt contractū et idē intēdūt acquirere qđ acq̄rent p mutuū: faciunt aūt fraudē huic p̄cepto: mutuū date nichil inde sperātes: aliqñ mutatione nois tñ: sicut si dicat vsurari⁹: non do tibi pecuniā istā mutuo: sz vendo. pz q̄ idē ē ac si dicat: do tibi mutuū: aliqñ facit fraudē p̄cepto mutādo cōtractū: sicut iste q̄ emit bladū ī tra volēs dare pecuniā suā mutuo ⁊ q̄ vēdit suas merces carius propt terminū: hmōi hoies faciūt fraudē p̄cepto dei ⁊ vendūt tēp⁹: vñ vsurarij dicūt: lz idirecte: pp̄rū ei ē vsurarij vēdere tēp⁹: ⁊ pp̄t hoc dz ī ecclē. de auaro gra vsurarij auaro nichil ē scelestius vel iniqu⁹: vsurarius ei facit ꝫ triplicē legē: diuinā q̄ p̄cepit mutuū dare nichil inde sperātes: facit ei ꝫ legē diuinā q̄ p̄cepit mutuū dare nichil inde sperātes: facit ei ꝫtra legē naturalē ⁊ hūanā: qz facit ꝫ hoc p̄ceptū: q̄cūq̄ vultis vt faciāt vobis hoies: ⁊ vos eadē facite illis facit ei cōtra legē naturalē vniuersalē: qz vēdit tēpus qđ cōmune ē oīz creaturarū. ḋt ei aug. q̄ iudiciū ē sūme largitatis dei q̄ q̄libet creatura cōpellatur dare seipam. sol enī cōpellit dare seipsū ad illuminādū: sīlr terra cōpellit dare quidq̄d p̄t: ⁊ sīlr aqua. nichil aūt ita gnāliter dat se sicut tēp⁹: qz velint nolint res tps hñt: qz ergo vsurari⁹ vendit qđ de necessitate ē oium creaturaꝝ cōe creaturis oībus iniuriat ⁊ lapidib⁹. vñ si hoies tacerent cōtra vsurarios lapides clamarēt si possēt: ⁊ hec est vna causa quare ecclia ita p̄sequtur vsurarios. vñ maxie cōtra illos ḋt deus. cū accepero tps ī. cū tps ita erit ī manu mea q̄ vsurarij nō possīt tpsū vendere: tūc iusticias iudicabo.

Secundo. Tertio. In oppo^m Secundo. Tertio. In oppo^m Secundo. Si dicatur

Ad ꝫcām. Ad secundo obiectū dicim⁹ q̄ hec argumentatio nō valet. iste vendit rem pl⁹ q̄ valz ad ēm ītū et hoc rōe ēmini: et ꝓpt hoc vsurarius. ergo iudicandus ē vsurarius: si vendat eandē rem p eodē p̄cio: et stati accipit p̄ciū. non ei ī hmōi contractu facit fraudē p̄cepto dei: nec vendit tēp⁹: sed concedimus q̄ peccat: si decipiat ementē. in simplici enī venditōe ⁊ emptione p̄t decipi tā vendēs q̄ emēs qz emens dat minus q̄ p̄t dare: et vendens accipit pl⁹ et ꝓpter hoc determinauit lex hūana: q̄ si ī cōtractu venditōis et emptiōis decipiat aliq̄s vltra medietatē iusti p̄cij: q̄ decept⁹ possit agere cōtra deceptorem sed fm legē diuinā: non p̄t vendere sine pctō rem aliquā scient pluſq̄ valeat. sed licet vendere quātum p̄t dum modo per mendatiū nō vendat: nec contra conscientiā suā: sed quātum possit vendere vel non plus hoc aūt nō determinat ars: sed caritas boni viri et sapientis in singulis.

Ad vltīm Ad vltimū dicim⁹ q̄ si ille q̄ emit p̄oratū in fraudē p̄cepti dei et p expectatione tē potis emat vsurari⁹ iudicād⁹ ē: aliter ei p̄t emere sine pctō: dū mō emat fm estimationē boni viri: quia sine dubio carius dz emere iuuenis q̄ senex.

¶ De superabundantia in qua non interuenit pactum.

¶ Secunda questio.

Queritur postea de illa superabundantia in qua non interuenit pactum: sit ergo aliquis qui det mutuū sperās se aliq̄d accepturū preter sortē: nec aliter daret nisi speraret se aliq̄d accepturū: tñ non facit pactū. Querit vtrū hoc sit vsura. videt q̄ non. quia quilibet debet esse grat⁹ ad beneficia: g̈ iste q̄ accipit mutuū tenet esse grat⁹ ad mutuū: cū mutuū sit beneficiū: g̈ ille q̄ dat mutuū potest sperare aliq̄d ad qđ accipiēs tenet: g̈ potest sperare aliquā supabūdantiā: g̈ ibi nō est peccatū: g̈ nec vsura. Jtē ex dono potest sperare vt aliq̄d sibi det: g̈ ex mutuo potest sperare vt aliquid sibi detur vel dic quare non. Jtē ex dono p̄t aliquis spare donuz: ergo ex mutuo mutuū: g̈ potest dare mutuū aliq̄d inde sperans ⁊ ob hoc nō est vsurarius. Sed cōtra. Jste directe facit cōtra p̄ceptuz hoc: mutuū date nichil inde sperātes: ⁊ illo p̄cepto ⁊ ī illo precepto ꝓhibet vsura/vt dicunt glose: g̈ peccat pctō vsure. Jtē volūtas ⁊ opus sunt idē peccatū saltem in specie: qz dicit dñs ī euāgelio. Qui viderit mulierez ad concupiscēdū eā iā mechat⁹ ē ī corde suo: ⁊ apls vocat homicidū ī voluntate/⁊ homicidū in ope: g̈ cū iste sit vsurari⁹ in volūtate vsurari⁹ iudicād⁹ est. Si dicat q̄ pctm̄ ibi nō est impedit ne sit ibi vsura: nisi ad hoc vt facilius habeat aliquid preter sortē. vñ accessoriū nō est ⁊ nō est de substātia vsure: sicut si aliq̄s velit adulterari ⁊ q̄rit opportunitatē loci p quā facili⁹ adulteret volūtas q̄rendi hmōi locū deformatur a deformitate adulterij: nō econuerso: pctm̄ g̈ in vsura nō mutat sbz pctī: g̈ sicut pactio ē vsura: ⁊ sine pacto. Jtē si aliquis interficiat hominē siue cū pacto siue non cū pacto: ho

Augustin⁹

micida dr ꝛ est sic: si aliquis sumat aliquã superabũdãtiã siue expacto siue nõ ex pacto/vsurari⁹ ẽ. Item sit ita ꝙ ille habeat voluntatem faciendi peccatuz: sz non audet propter ecclesiam ne compellatur cedere alius aũt habeat voluntatem faciendi peccatũ ꝛ facit inde sic. quãcunqz voluntatẽ hz prim⁹/hz secundus ꝛ econuerso. g̃ qdcũqz peccatũ hz prim⁹ et secundus et econuerso: sz secundus hz peccatũ vsure. ergo ꝛ pm⁹

Quarto

Solutio. Solutio. idẽ in diuersis facultatibus vel a diuersis artificibus diuersimode considerat. vñ in pdicto cãu fm leges humanas ꝛ fm forũ iudicij. Ic nõ est vsura. qz leges hũane nõ cohibent aĩm/sed iniquũ: sz lex diuina q̃ vtrũqz phibet iudicat ibi eẽ peccatũ vsure. vñ in foro pñiali iudicãd⁹ ẽ vsurari⁹ nisi aliqs velit facere vi in hoc noie vsura ꝛ facẽ tpz fminũ accidẽt alẽ: dicẽs vsurã eẽ solũmõ nisi pctm̃ iteruẽit: sed de noĩb⁹ nulla dr eẽ ꝓtentio de ipa ei substãtia pcti q̃ram⁹. Dicim⁹ g̃ qꝫ in ꝛtate vsura ẽ in pdicto casu. ꝛ nonvalet hec argumentatio. iste pt sperare licite id ad qd̃ tenet ipe. g̃ pt sperare supabũdãtiã. superabũdãtia enim ẽ donũ pter sortis rõnẽ: sed rõe mutui pt sperare supabũdãtiã aliquã. Ad scm̃ obiectũ dicim⁹ qꝫ ex dono pt aliqs sperare donũ et etiã mutuũ: ꝛ hoc est qz donũ est datio in reddibilis: et mutuũ est datio reddibilis. Ad tertio obiectũ dicim⁹ qꝫ hec est vera: iste licite ex mutuo pt sperare mutuũ nõ ex mutuo tm̃: sed ex caritate accipiens q̃ attendit ꝙ hoc qꝫ ei dat gratis mutuũ. mutua ei bñficia attendũt caritatẽ. ꝛ qd̃ obicit de hoc pcepto: Mutuũ date nichil inde sperantes: sic exponit: nichil. i. nullã supabũdantiã: vel nichil inde. i. ex mutuo rõe mutui: sed aliquid possum⁹ inde sperare. i. ex caritate q̃ gra mutui attẽdit: qz dr date et dabitur vobis vel pt sic exponi: nichil inde sperantes. i. nullã superabundãtiã qz hoc esset mortale: vel nichil. i. nec etiã mutuũ: qz tũc datio illa esset inutilis ad vitã eternã.

Ad rõnem

Ad secũdũ

Ad tertiũ.

Ad rõnem

Alr pt dici

Aliter.

¶ De restitutionibus vsurarij. ¶ Aliud cap̃.

Regula.

Arca quartum capitulũ q̃rit de restitutiõe vsure: de qua talis datur regula. Oẽz supabũdantiaz quã habuit vsurarius de vsura: tenet restituere.

ẽ quam ar

Sed obicit. sit ita qꝫ aliqs vsurari⁹ poeniteat: sed in tali articulo posit⁹ ẽ qꝫ si restituat q̃cunqz habuit de vsura: ipe fame morit: et filij et filie eius prostituent. q̃ritur si in hoc casu tenet restituere q̃cunqz hz de vsura.

Ar qꝫ sic.

videt qꝫ sic. Quia nõ dimittit pctm̃ nisi restituat ablatũ. Item qui tardius reddit min⁹ reddit. g̃ tenet reddere q̃dq̃d pt et quãcito pt. Sed contra. necessitas non hz legẽ. excusãt ei apli ꝓpter necessitatem q̃ alienas spicas vellebãt et fricabãt ꝛ comedebãt. g̃ ille sltr excusãd⁹ ẽ ꝓpter necessitatẽ. g̃ sic licite pt retinere de vsuris qd̃ sibi et familie sue necessariũ ẽ. g̃ nõ tenetur totũ reddere. Solutio. hoc distiguẽdũ ẽ qꝫ vsurari⁹ aut hz aliquas legittimas possessiones aut nullas: si aliquas de illis pt retinere qd̃ sibi necessariũ ẽ ad artissimã vitã ꝛ totũ residuũ reddẽ. et hoc sufficere dr eis qb⁹ reddit dũmõ iurat se redditurũ residuũ qñ poterit: si ei debeã alicui. c. sol. et non habeã vñ viuã possũ retinere ptẽ ad victũ meũ ꝛ reddere ei partẽ cui debeo: et hoc dr ei sufficere: dũmõ iurẽ ei me redditurũ residuã ptem debite q̃ cito potero: si vero nichil hz nisi de vsura totũ tenet reddere nisi ille cui tenet ex mia gra siue liberalitate aliquã ptẽ ei remittat: sz sũt alij casus difficiliores de restitutionibus vsurarũ. est aliquis vsurarius q̃ mille libras habuit de vsura tm̃: et ex illis multa acquisiuit postea non per vsuram ita q̃ mõ hz mille libras: ꝛ preterea possessiões quevalẽt ãnuati quingentas libras. Querit vtrum debet restituere. videt qꝫ sic. qz si radix mortalis ẽ et arbor. et si arbor/et rami. g̃ cũ prima pecunia sit funebris totũ qd̃ ex cadẽ acquisitũ ẽ ẽ funebre: g̃ totũ restituẽdũ est Itẽ. dolus nemi debet patrocinari. ergo nec iniuria sz ille vsurarius iniuste detinuit pecuniã per quadragita annos et ex illa iniuriosa detentione acqsiuit mltas possessiones: g̃ illa iniuriosa detẽtio nõ dr ei ꝓdesse. g̃ totũ dr restituere. Preterea. sicut ille vsurarius acquisiuit possessiones ex illis mille libris: sic et ille cui tenetur reddere acqsiuisset habuisset illos denarios. ergo nõ solũ dãnificauit illũ mille libris: sed etiã in possessionibus quas acquisiuisset. ergo non solũ tenetur reddere mille libras: sed etiã possessiones quas acquisiuit inde. Sed contra. si de pecunia tua emeret domũ: nõ tenet tibi restituere domũ: sed tm̃ pecuniã tuã. g̃ si de vsura emã domos et predia non teneo restituere domos et predia. sed tm̃ vsuraz: maxime fm eos qui dicunt qꝫ vsura transfertur i dominiũ. Itẽ. sit alius qui habuit mille libras de vsura et nichil acqsiuit ist duo equaliter habuerũt de vsura: sed vnus ẽ absolutus si restituat mille libras tm̃: ergo et alius. nõ ergo tenetur reddere possessiones. Item. vendit bladum alij pro. xx. sol. ad terminũ: et bladum illud non valet nisi decem sol. nec valiturum est in termino prefixo secundum estimationem sapientis nisi xij. vel xv. contra ꝙ ille contractus, est vsurarius post modũ accidit caristia et vendit bladum ille qui emerat pro xij. sol. Queritur vtrum primus venditor tenet ad restitutionẽ aliquid: videt qꝫ nichil: quia in nullo dãnificatus est: immo plus lucrat⁹ est: ergo nichil tenet restituere. Contra. cõtractus ille fuit vsurarius: g̃ aliquid tenetur restituere. Item aliquis habuit ab illo de vsura modiũ bladi q̃ nõ valebat nisi viginti solidos qñ dedit ei pro vsura/modo valet. xl. ꝛ modo repetit ille modiũ istum. Querit vtrum tenet ei restituere in valore in quo mõ est: videt qꝫ nõ: qz ille nõ debet repetere nisi illud quantũ dedit ei/vel valens: g̃ non tenet ei restituere nisi viginti solidos. Contra. si viginti sol. dedisset/viginti posset repetere: ergo cũ modiũ bladi dederit ei potest repetere modiũ bladi: g̃ ille tenetur restituere modiũ bladi. Solutio. Ad primũ casuz dicim⁹ sine ꝓiudicio melioris sentẽtie qꝫ vsurari⁹ tenet restituere ei excepto hoc qꝫ recta ratio dictaret eũ debere retinere pro labore ꝛ idustria sua. Deberet hoc facere ꝓpter tres causas simul sumptas inde: quia totũ quod habet mortiferuz est ꝓpter radicem: ꝛ quia fuit in mora restituendi: ꝛ quia raptoris ẽ. Ad primo obiectũ dicimus qꝫ licet nõ habuit de vsura nisi mille libras tamẽ modo plura habet de vsura. vnde nõ est absolutus si reddat quicquid habuit: sed oportet qꝫ reddat quicq̃d habet ꝛ habuit: excepto hoc quod discernit cui⁹ recta ratio ꝛc. sicut supra dictũ ẽ. ¶ Hec solutio sit vera patet per hoc qꝫ si talis vsurarius peniteret ꝛ vellet penitus restituere vsuras consulat cõscientiam suam et dictabit ei qꝫ debet restituere proient⁹ quos acqsiuit de vsura pdicto mõ ꝛ regula est qꝫ quilibet tenetur seq̃ conscientiam suã siue iudiciuz synderesis: sicut dr p ysa. Redite preuaricatores ad cor. ꝛ sicut dr i euãge. muliert samaritane: voca virũ tuũ. i. itellectũ vt fm iudiciũ opis. Ad scm̃ obiectuz dicim⁹ qꝫ illi duo vsurarij equaliter habuerunt de vsura: sed nõ equaliter habent. vnde vnus est absolutus

Alij casus.

Alia q̃stio incidẽs.

Ar qꝫ sic.

Secundo.

In oppom

Secundo.

Tertio.

Alia q̃stio incidens.

Ar qꝫ non.

In oppom

Secundo.

Alia q̃stio

Ar qꝫ non.

In oppom

Solutio.

Tres cause

Ad primũ

Exponitur dictũ ysaie.

Ad scm̃.

Duplex status legis. q̄ in lege duplex erat status.quidā generalis: q̄dam specialis:secundū generalē statum lex data ē rudib⁹ et īperfectis q̄ reuocandi erant paulatī a carnalitate et secundū istū gn̄alē statū non est ꝓhibita voluntas nisi ꝓgressima in actū.vnde secundū iudeos carnales est sensus:non concupisces vxoꝛē proximi tui:sciꝛ concupiscentia ꝓgressiua in actū vt cū aliq̄s facit q̄d potest vt cōmisceat cū vxoꝛe ꝓximi:concupiscentiam aūt q̄ non ꝓcedebat exterius:nō credebant eē pctm̄ maxime qz nō videbant eā puniri aliqua pena determinata a lege: sed secundū specialē statū legis. lex

lex ve.cohibebat manuz ꝛ aim. cohibebat manū et animū. fuerunt enim vt dr origen. pauci in veteri testamento q̄ pertinebant ad no.i. q̄ intelligebant legē spūaliter implendā.implebant illi q̄ bus vetus testamentū erat nouū cū haberent caritatem que innouat:sicut habetur in iohanne: Mandatum nouum do vobis vt diligatis ꝛc. et secundū istā

R in trib⁹ lex erat ḡuioꝛ q̄ euāgeli. determinationem p̄z solutio p̄dictaꝝ auctoꝛitatum.

Primum. Secundū. Tertium. ERat lex vetus grauioꝛ tribus de causis. Prīa est quia ex timoꝛe implebatur:qui enim ex timoꝛe seruili facit aliquid cū magno grauamine facit cū faciat contra voluntatem suā absolutam. Secūda est. quia grauissime puniebantur trāsgressoꝛes legis Tertia ē ꝓpter multitudinē preceptoꝛum sicut de agnis de hircis de vitulis et de hmōi que fere infinita erant:scōm ergo p̄dicta duobus modis implebatur lex a iudeis.a carnalib⁹ tm̄ carnaliter:a spūalib⁹ spūaliter et carnaliter:et istū duplicē modū innuit apo.in

scde ad co. tij.b. secunda ad co.Littera occidit: spiritus aūt viuificat lex enī spūaliter intellecta ꝛ impleta viuificabat. Et secundū istā distinctionē soluuntur auctoꝛitates cōtrarie quarū quedā dicunt q̄ lex iustificabat quedā non

Queritur. iustificabat. ¶Sed queritur vtrum lex vetus fuerit grauis viris spiritualib⁹ spūaliter implētib⁹ legē.Et

Af q̄ non. Augustin⁹ videtur q̄ non:qz ōr aug.in libꝛo de vera religione: q̄ iugū cristi suaue ē:et on⁹ eius leue: qz q̄ huic iugo subiicit oīa alia hz sibi subiecta:et subtecta non repugnant:habēti ergo caritatē nichil repugnat:ergo habēti caritatē lex noua leuissima est. Eadē rōne viris spūalib⁹ q̄ erāt in veteri testamento lex vetus erat leuissima:qz nichil repugnabat eis cū hērēt caritatē. ḡ

In oppm arguitur. nō erat eis grauis ¶Cōtra.adhuc remoꝛdebat aspeꝛitas iudicioꝛum et multitudo preceptoꝝ.ergo erat

Primo sic Actu.xv.c Secundo. eis grauis. ¶Item in actē.xv.c.dicit pe.quid tentatis deū īponere iugū sup ceruicē discipuloꝝ q̄d neq̄ patres nostri neq̄ nos poꝛtare potuimus hīs verbis

Tertio. neminē excludit:neq̄ carnalē neq̄ spūalem. ergo spiritualibus viris grauis erat lex. ¶Item solent dicere magistri q̄ fecerunt sillogismū.moyses proposuit ꝓpositionē deutero.xxvij.Maledict⁹ q̄ nō permanserit in oīb⁹ sermonib⁹ legis:nec eos opere pfecerit pe.apposuit assūptionē dicens in act.hoc ē on⁹ quod neq̄ nos neq̄ patres nostri poꝛtare potuim⁹:et paulus posuit conclusionē ad gala.iij.Quicūq̄ ex operibus legis sunt/sub maledicto sunt:et q̄ sillogismus inde fiat:patet.equipollēt enī p̄dicte ꝓpositōes istis tribus.oīs non implens oēs sermones legis/est maledictus.sed oīs iudeus est non implens omnes sermones legis:ergo oīs iude⁹ est maledict⁹.ergo etiā viri spūales ve.te.erant sub maledicto. ergo grauis erat eis lex ¶Solutio.Viris spiritualib⁹ ve.te.grauis erat simpliciter lex:leuis secundū quid et nō simpliciter:sed quantum ad caritatē ex qua īplebāt.simpliciter aūt erat eis grauis/quantū ad cautelā/videlicet ꝓpter multitudinē p̄ceptoꝝ ad que tenebantur Eomō quo dicim⁹ q̄ grauioꝛ ē stat⁹ prelatoꝝ q̄ subditoꝝ:qz ad plura tenent q̄ subditi.tenent eī custodire vigilias noctis sup gregē suū et discurrere ꝛ suscitare amicū suū:sicut hētur in luce. x.vñ multis mōis contingit eos peccare quib⁹ nō peccāt subditi. ¶Illud vero q̄d dicit petr⁹ iugū q̄d neq̄ nos ꝛc.intelligē dū ē sic:non potuim⁹.i.vix potuim⁹. ¶Et paul⁹ non concludit generaliter q̄ omnes iudei essēt sub maledicto/sed de carnalibus tantum.

¶De numero sacramentoꝝ veteris legis et de cessatione eoꝝ.

TErtio de numero q̄rit sacramentoꝝ ve.le.ꝛ de cessatione eoꝝdē.sciendū ergo q̄ loco baptismi habebat antiquus populus circuncisionē:et loco ordinis hēbat ordinē suum:ꝛ loco penitentie hēbat penitentiā ꝛ loco eucharistie habebat plura sacramēta:sicut agnū paschalem/vitulā rufam/et multa alia. ¶Sed cū loco ordinis nō haberent nisi vnicū sacramentum/ꝛ loco baptismi tm̄ vnum Queritur quare loco eucharistie habuit plura sacramenta? ¶Ad hoc dicēdū est q̄ ꝓpter tres causas habebat tantā multitudinē sacrificioꝝ. Prīma est vt reuocaret⁹ popul⁹ ille ab ydololatria quā viderat in egypto:pronus enī erat ad ydololatriā/ꝛ dñs magis voluit illa animalia sibi offerri q̄ idolis.Scda est ꝓpter onus vt p̄meretur superbia et duricia iudeoꝝ multitudie illoꝝ sacramentoꝝ. Tertia est:quia tunc erat opus figurarū et ꝓpter hoc erat tanta abundantia sacramentoꝝ:sed ī no.te.pauca sacramēta sunt:quia consummationem et abbreuiationē fecit dñs exercituum in medio omnis terre vt dicit esa. ¶Possent autē ad certum numerū redigi sacramēta ve.te.si q̄s cōsideret omēs virtutes christi:quia illa sacramenta siue illa que offerebant significabāt virtutes christi:sicut in agno mansuetudinē:colūba simplicitatē/turtur castitatez/ꝛ sic de alijs. ¶Sed si querit secundū quid cessauerīt illa sacrificia? ¶Forte dicet q̄ inquantū vmbra futuroꝝ. Dicit enī apostolus ad hebreos.x. q̄ lex habens erat vmbrā futuroꝝ bonoꝝ:sed vmbra inquātū vmbra signum est: ergo illa sacrificia cessauerūt inquantū signa:ḡ inquantū sacramēta:ergo oīa sacramēta cessauerūt: qz q̄cquid sorti cōuenit inquantū est homo: cōuenit cuilibet homini: ergo non debent esse aliqua sacramēta. ¶Forte dicetur q̄ in vmbra futuroꝝ bonoꝝ intelligunt tria.s.signū ꝛ obscuritas ꝛ futuritio: et illa tria sīl sūpta sūt cā p̄cisa cessatiōis.vñ nō seq̄tur

Ad tertiā

Ad hēb.x.

Euasio.

cessant inquantū vmbra futurorū.ergo cessāt inquan
Instantia. tum figura.Instantia.sortes inquantū homo est risi
bile.ergo inquantū aīal ē risibile.Sed obicitur.q̄ si
illa tria sunt causa precisa et propria cessationis:ꝫ vbi
non inueniuntur illa tria non debet esse cessatio.sed ī
X hoc:nō comedes carnem porcinā non inuenītur illa
Solutio q̄ tria.ergo non debet cessare.Solutio.precisa causa et
stionis. generalis cessationis oīm sacramentorū ve.le.est pu=
ra figura:illa enī cerimonialia ex toto cessant que nō
hēbāt aliquā vtilitatē nisi significandi:circuncisio aliā
Pria circū vtilitatē habebat nec ex toto cessat sed mutata ē:ꝛ pri
cisio ꝛ mri= ma circuncisio non fuit instituta in lege/immo añ le=
monīū fue= gem:sicut et matrimonīū.hic autem loquit tantum
rūt īstituta de illis que instituta fuerunt in lege.hec ergo est gña
añ legē. lis causa quare cerimonialia legalia cessauerunt:scilz
Cā special q̄re legalia vmbra pura/figura pura.Sed p̄ter hanc ē quedā spe
cessauerūt. cialis causa quare sacramenta legalia cessauerūt:diffe
rebant enim aliquomō sacramenta legalia/et cerimo
nialia legalia:qz omnia sacramenta legalia erant ceri
monialia:sed non econuerso:qz omne comedere car=
nem porcinā erat cerimoniale:et nō erat sacramētuz
cessauerunt oīa sacramenta legalia:ergo qz erantvm
Oīa sacra bre future virtutis.Oīa enim illa significabant chri=
ve.l.sigbāt stum.vnde aduenīēte veritate cessauerunt:ꝛ propter
xpm. hoc cessaūt circūcisio/ꝛ litteralis obseruatio sabbati
Y sicut ōt apls.translato sacerdotio necesse est vt legis
Queritur. translatio fiat.i.legalium.Sed queritur quare dicit
augustin⁹ q̄ postq̄ venit veritas offerre illas hostias
legales pro idololatria reputabatur.videtur ēnī q̄
hoc sit falsum:qz immolare illa animalia non est ma=
lum secundum se:quia deus aliquando precepit istō
qui nunq̄ precepit malum secūdū se.ergo immolare
illa animalia bonū est vel indifferens:sed qō secundū
se est aliquale semper est tale:q̄ diu est.ergo īmola=
re illa animalia modo est bonū vel indifferēs.ꝫ si mō
aliquis faceret illud non deberet reputari pro idolo
latra.Si dicatur q̄ propter hoc reputatur pro idolo
latra:quia ille qui facit spem ponit in illis:eodē mo=
do in tempore legis si aliquis posuisset spem ī illis re
Rñsio ad q̄ putand⁹ esset,p idololatra.Ad hoc dicimus q̄ propt
situm. statum reputat illō pro idololatria:qz cultui dei car
nali succesīt cultus spiritualis:sicut ōt apls.transla=
to sacerdotio necesse ē vt legis.i.cult⁹ legalis transla
tio fiat.si ꝫ aliquis mō cultū carnalē exhiberet deo ī=
obediēs esset ꝛ derogaret cultui dei spirituali:et pro
pter hoc ,p idololatra reputaret.idololatria ei dero
gat cultui dei.

¶Quare retinuit ecclesia thurificationem ꝛ
quedā alia legalia.

Quare i ec Querit quarto quare quedā legalia retinuit ec=
clia remānsit cclia:quedā non:retinuit ei thurificationē.Si
thurificatō dicat q̄ ,ppter hoc retinuit thurificationē:qz thurifi=
Rñsio quo catio significat qō sēp faciēdū est.s.orationem.eadē
rundā. rōe debuit retinere hoc p̄ceptū:non comedes carnez
porcinā:qz hoc p̄ceptū significat qō sēp faciēdū ē:ꝛ p
cōsequēs debem⁹ abstinere a carne porcina/et suffoca
to et sanguine:ergo peccauim⁹ mortaliter cū come=
dimus carnē porcinā et suffocatū ꝛ sāguinem.Item.
cum thimiama significet quod semper faciendum est
scz deuotionē oronis:et vnguentū quo vngebatur ta
bernaculū significet spiritualem vnctionē:que semper
Z habēda ē:debuit ecclesia retinere thimiama ꝛ vnguē
Rñsio doc. tum sicut retinuit thurificationē.Solutio. thurifica
ad q̄situm. tio remansit non solum hac ratione: qz significat qō
semper faciendū est:sed ettā quia ipsa litteralis obser
uantia moralis est:quod nō inuenitur in carne porci=
na et suffocato et sanguine.in thurificatione enim ho
norat deus sicut honorat in magnitudine et pul
critudine tēpli materialis.significat enim magnitu=
do tēpli materialis imaginē tēpli spiritualis:qō ē re
gnū celeste:vel aīa iusti que maior est toto mūdo:nō
molis corpore distentione:sed virtute et potestatevt
dicit augustinus.Ad illud qō obiectum est de thimia triplici de
mate quare non retinuit ecclesia:dicimus q̄ triplex cā eccla re
est causa.Prima est ne videatur iudaisare si tot lega tinuit tim:
lia retineat.Secunda est quia thimiama significat idē ama.
quod incensū et propter hoc sufficit retinere thurifica Prima.
tionē.Tertia est quia apud nos nō inueniuntur:ita de Secunda.
facili species aromatice ex quibus fit thimiama:sicut Tertia.
incensum.Unguētū autē retinuit eccla:licet nō eodē vnguētū re
modo:inungitur enim in eccla tabernaculū cristi spi tinuit eccla
rituale scz ipse homo:cum baptizatur:sed inungitur
crismate quod conficitur ex oleo quantū ad nitorem Crisma ꝙ
conscientie et balsamo propter odorē bone fame:sed cīt ex oleo
ecclesia tabernaculum materiale non vngit:ne ipsa et balsa.
videatur iudaisare.

¶De suffocatis et sanguine.

Inter cerimonialia veteris legis q̄stio est de suf= A
focatis et sanguine vtrū scilicet teneamur modo Questio.
non comedē sanguinem nec suffocatum:et confirma=
tum est in noua:sicut habetur in act.xv.vbi dicit bea Act.xv.ca.
tus iacobus sētētiādo de questiōe proposita de lega
libus:visum est spiritui sancto ꝛ nobis nichil impo=
ne re vobis oneris q̄ hec necessaria vt abstineatis ab
immolatis simulacrorum/ꝛ sanguine/et suffocato/et
fornicatione.cum ergo sit preceptum in veteri testa=
mento:et confirmatum in nouo ab apostolis/ꝛ nō sit
postea reuocatū:adhuc tenemur non comedere san=
guinem ꝛ suffocatū.¶Ad hoc multiplex est solutio. Rñsio
Quidā enim dicūt q̄ apostoli nō preceperūt abstine
re a suffocato ꝛ sanguine:sed pmiserunt ad tēpus le
galia obseruari cū euangelio:et hoc ,ppter scandaluz
iudeorū vitandū:mater enī synagoga paulatim ꝛ cū
honore ducēda erat ad tumulū.¶Sed videt q̄ hec Improbat
solutio nulla sit: qz super hoc iam mota erat questio p̄dctā,rñsio
inter iudeos q̄ venerant ad fidem: ꝛ gentiles qui ve=
nerant ad fidē:iudei enī credentes dicebant gētilib⁹:
nisi circūcidamini secūdum legē moysi nō potestis sal
ui fieri:ꝛ tunc statuerūt fratres vt accederēt paulus ꝛ
barnabas ꝛ quidā alij ad apostolos in iherusalem vt
certificarent ab ipsis apīs sup hac questione:ꝛ tūc de
dit iacobus episcopus hierosolimitan⁹ sentētiam pre
dictam:ꝫ si ,ppter scandalū iudeorū vitandū posuit in
sentētia illa vt abstinerēt a suffocato ꝛ sanguine: eadē
ratiōe debuit imponere alia legalia.¶Itē dicit glo= B
sa super illū locum.visum est spūi sctō et nobis nichil Secda rñsio
vltra imponere vobis oneris et sunt hec necessaria si= quorūdam
ne quib⁹ nō est salus: sed circūcisio necessaria nō est:ꝫ
secundum hoc quicqd cōtinebat epistola illa erat ta=
le q̄ sine eo non erat salus: ergo nō solum ,ppter scan
dalum cōtinebatur ibi q̄ abstinerēt a suffocato ꝛ san=
guine: sed qz sine hoc nō erat salus:ꝫ eius oppositum
est per se/ꝛ scōm se malum:sed omne tale est semper
prohibitū: ꝫ adhuc tenet hoc preceptū:Nō comedes
sanguinē nec suffocatū.¶Alij dicūt illud quod dicit
beatus iacobus q̄ abstineāt a suffocato ꝛ sanguīe:in=
telligitur de sanguīe humano/ne.s.effundāt sanguinē

Ar contra. humanū:neq; maiores suffocēt minores. ¶Sed hec solutio nulla videt: quia super hunc locū dicit glosa: suffocatū ē morticinū:de quo dicit ezechi. Omne morticinū ⁊ captū a bestia de auibus et pecoribus sacerdotes non comedēt. quod exponēs hieronym⁹ iuxta litteram inquit. hoc p̄ceptū est seruare illis q̄ sunt vncti oleo spūali: nec comedēt illud cui⁹ sāguis effusus non est:quod epla apostoloꝝ seruandum decreuerat: ergo epistola apostoloꝝ intelligebat de suffocata bestia/vel aue cui⁹ sanguis effusus non est: non g̃ tantuz intelligitur de sanguine humano. ¶Quod p̄cedunt aliqui dicētes q̄ adhuc manet p̄ceptū illud/⁊ q̄ deberemus abstinere a suffocatis et sanguine cū postea nō sit illud p̄ceptū reuocatū. ¶Sed contra. p̄ceptū illud aut fuit morale/aut cerimoniale: si morale: cōtra. non est scriptū in cordе hoīs: nulli enī dictat cō scientia q̄ sanguis aialiuz sit nociuus nature hominis immo dulcis ⁊ suauis est ad comedendū vt patet per gustū:g̃ illud p̄ceptū non est p̄ceptū m. rale. ¶Itē non cōtinetur sub aliquo.x.moraliū p̄ceptoꝝ: quia non continetur sub hoc p̄cepto. Non occides:q̄ nō is est sensus nō occides anserē:nec sub aliq̃ alio cōtinetur hoc p se patet: g̃ nō est morale. q̄ est cerimoniale: et tū p̄ceptuz in no. le. illud non videtur posse stare cū textu actuum nec cū glosa: quia sup illa questione mota in cōsilio apostoloꝝ beatus petrus ita locutus est p̄mus dicens. Viri/fratres scitis quoniā ab antiquis diebus ex quo cornelius baptisat⁹ est (vt dicit glosa)in nobis elegit deus per os meū audire gētes: verbuz euāgeliū:⁊ credere ⁊ q̃ nouit corda de⁹ testimoniū p̄buit dās illis spūm sctm:sicut et nobis:nichil decernit inter nos ⁊ illos fide purificās corda eoꝝ:nūc g̃ q̃d tentat⁹ deū īponere iugū super ceruices discipulorum quod neq; patres nostri neq; nos portare potuimus:sed per gratiā dñi iesu credimus saluari quemadmodū illi. Patet ergo per illa verba q̄ ex sola grā dei sine cerimonialibus saluabantur tunc fideles:nec oportebat tunc iugū legis īponi fidelib⁹: g̃ nec btūs iacobus īposuit in sententia sua aliquod cerimoniale qđ probatur p verba sua. Dixit ei: viri fratres audite me. Simon narrauit quēadmodū primū de⁹ visitauit sumere ex gentib⁹ populū nomini suo: et post pauca ꝓpter quod ego iudico nō inquietari eos qui ex gentibus cōuertunt ad deum:sed scribere ad eos vt abstineant ꝛc. et super hunc locū ꝓpter quod ego iudico. dicit glosa cōcordās cū petro:ꝛ si p̄cepisset obseruari aliq̃d legale cerimoniale nō concordasset cū petro: g̃ nō p̄cepit aliquod tale obseruare. ¶Preterea. si p̄cepisset cōtra se egisset. ipe enī dicit q̄ ego iudico non inquietari eos qui ex gentibus cōuertunt ad deū: ⁊ si p̄cepisset aliq̃d cerimoniale indetasset eos. ¶Preterea. fecisset contra dñm qui dicit: Non quod intrat in os coinquinat hoīem ꝛc. g̃ comedere san. et suffo. nō est pctm̄. ¶Itē. apls in. xiiij. ad ro. Scio et cōfido in dño iesu q̄ nichil est cōmune. i. imūdū per ipm̄ nisi ei qui estimat quid cōe:omne illi cōe est. ¶Propt̃ hoc dicimus q̄ epistola apostoloꝝ non continebat nisi necessaria. i. sine quibus non est salus. Sūt aūt tria sine quib⁹ nō est salus q̃ dicit ad titū apls. Sobrie ⁊ iuste et pie viuamus in hoc seculo. sobrie in nobis: iuste q̃tū ad proximū: pie q̃tum ad deū. hec tria cōtinebat epla illa que talis est. Visum est spiritui sancto ⁊ nobis nichil vltra īponere oneris q̃ hec necessaria/vt abstineatis vos ab īmolatis simulacroꝝ et suffo. et san. et foꝛ. ⁊ hocq; dicit ab īmolatis simulacroꝝ. hoc est q̄ apls dicit: pieviuere. s. q̃tū ad deū. idololatra enī deo iniuriatur q̄ dicit abstinere a fornī. hoc ē quod apls dicit: sobrie viuere. s. q̃tum ad nos. Et q̄ dicitur abstinere a suffo. et san. hoc est quod apls dicit. Juste viuere scz q̃tuz ad proximū. Est ergo sensus. abstine. a suffoca. et san. i. non effundatis sanguinē humanū nec suffocetis homines minus potētes. Et q̄ sic debeat intelligi probat ex vi text⁹: et ꝓbat per glo. Textus enī dicit Michil vobis vltra imponere oneris q̄ hec necessaria hec autē non sunt onerosa. Naturalis enī conscientia dictat cuilibet q̄ non debeat effundere sanguinez nec opprimere inferiores. Per glosas etiam probatur q̄ sic debeat intelligi. Dicit enim quedam glosa vt abstineāt a suffocat⁹ id est ne ipsi inferiores se suffocēt vel opprimant: et sanguine id est effusione humani sanguinis/⁊ que nō volūt sibi fieri alteri non faciant: quasi dicat glosator:ibi precipitur q̄ aliq̃s non faciat proximo quod sibi non vult fieri. vnde subiūgit hoc est p̄ceptū dilectionis ꝓximi quod est iferius alter est superius. Omnia quecūq; vultis vt faciant vobis homines/⁊ vos facite illis:per vnū malicia ꝓpescitur per aliū benignitas ꝓpagatur:quare vero adhuc rudibus supertus nō imponitur:hic glosa manifeste dicit q̄ in p̄cipio cōuersionis gentū tantū facilia erāt eis imponenda. vnde cū duo sint p̄cepta dilectionis proximi: vnum quod est negatiuū scz istud: Ne facias alij quod tibi non vis fieri: et alterū affirmatiuū. Omia quecūq; vultis vt faciāt ꝛc. Negatiuū quod est facili⁹ impositum est eis: et sic per istam glosam abstinere a suffocatis ⁊ sanguine est nō suffocare infirmiores se nec effundere sanguinē humanū. et alia glosa dicit: a suffocatis et sangnine. i. a fundendo sanguine vel māducādo cū sanguine. Gentiles enī valde crudeles erant et soliti erant interficere homines et bibere sanguinem eoꝝ. vnde subiungit glosa. hec autē vententib⁹ de gentilitate pro rudimentis fidei et inueterata gentilitatis consuetudine cōcessa sunt: habebant enī consuetudinē inueteratā interficiendi homines/⁊ suffocandi inferiores ⁊ manducādi carnes humanas et ab hac cō suetudine cōpescuit eos per rudimenta. i. principia fidei. Et rudes eruditur vt puta q̄ fratribus in dño non debemus facere q̃d nobis nolum⁹ fieri/⁊ similia. ¶Ad illā g̃ glosam q̃ dicit q̄ suffocatum est morticinū de ezechi. ꝛc. dicimus q̄ mystica est: sanguinē enīz non debemus comedere. i. peccatum consumere: nec suffocatum. i. non debem⁹ consentire alicui cuius sanguis effusus non est. i. imitari eū cuius peccatū nō est effusum per cōfessionem: et hec epistola apostoloꝝ cōtinebat mystice. ¶Sed cōtra predictā solutionez videt esse ipsa littera epistole: cū enī illa epistola cōtineret diffinitiuā sententiam debuit esse plana: sed hoc nomen suffo. est cōmune ad omne suffo. g̃ cōmuniter debuit intelligi ad omne suffo. non precipit g̃ illa epistola abstinere tātum a suffo. hominis: sed etiā a qualibet suffocatōe: quod est contra predictā solutionem ¶Similiter contra predictā solutionez: videtur esse quedam glosa hiero. super. xliiij. ezechi. ibi enīz dicit Omne morticinū et captū a bestia nō comedēt sacerdotes: et scōm glosam allegoricā. Morticinū est homo qui ex seipso peccat mortaliter: sicut nabal marītus abigail: mortuus est sine aliqua coactione exteriori. Captū a bestia dicitur homo q̃ peccat mortaliter ex suggestiōe diaboli. facta hac expōne allegorica di-

Opio doc. probatur.

E

Crudel'gē tū cōsuetudo.

Solutio.

F

In oppo^m Primo.

negatio alt qñ p̄ce. affirmationem

Secundo.

G

captū a bestia q̃d sit.

ad ro. xiiij.

D

Opio doc.

Ad titū 2°. tria sñ q̃b⁹ q̃b⁹ nō est salus q̃ dicit ad titū apls. non est sal⁹

L

cit hieronymus: ⁊ iuxta litterā omni generi electo regali et sacerdotali christiano: ꝺd vnctū est oleo spūali scōm illud vnxit te deus ⁊c. hec precepta cōuenit vt morticinū non comedant tam de auibus ꝙ de pecoribus quorum sanguis effusus non est: qō in actibus apl̄oꝝ ꝺr suffocatū: qō necessario obseruādū apostolorum de hierusalē epistola monet ⁊ captuz a bestia: qz et ipm similiter suffocatū est: et condēnat sacerdotes qui in turdis/ficedulis/et grub⁹: ⁊ ceteris hmōi. hec auiditate gule nō custodiunt: ꝯ scōm illā glo. Juxta litterā omni xp̄ano cōuenit hoc preceptū vt nō comedat morticinū et captū a bestia tam de auib⁹ ꝙ de pecoribus. et hoc cōtinet epistola apl̄oꝝ: ergo in epistola illa nō intelligitur tātū suffocatū de suffocato hoīs Jtem. cōdēnantur sacerdotes qui hec nō custodiūt in turdis et grub⁹: ergo tenētur custodire: ergo adhuc durat illud preceptū ad litterā. ¶ Jtem. videt falsuz dixisse ds̄ in tpe in quo dixit hec. Omne quod intrat in os nō coinquinat. nam tunc non erat passus: sed in passione reuelata sunt mysteria legis. Tunc enī veluz templi scissum est: ergo qn̄ dixit istud adhuc durabāt cerimonialia: ergo durabat p̄ceptū de carne porcina non comedenda: ergo si aliquis tude⁹ tūc comedisset peccass̄ mortaliter: ergo falsa erat tūc hec: Oē quod intrat in os ⁊c: ergo ds̄ dixit tunc falsū. ¶ Solutio. Ad primū dicimus ꝙ ad litterā epistola illa intelligenda est de suffocato hoīs. sed epistola nō specificat duabus de causis. Prima est: quia epistola illa missa fuit ad gentes quibus planū erat ꝙ de suffocato hoīs et effusione sanguinis humani intelligebat. Gentiles enī illi assueti erant suffocare hoīes: ⁊ comedere carnes eoꝝ: et effundere sanguinem humanū: et bibere. Scōa causa est ꝙ in epistola sumptum est hoc nomen suffocatū non determinatū ad suffocatuz hoīm ꝓpter mysteriū. allegorice enī intelligitur de quolibet suffocato. nam textus aliqn̄ minus ꝓprie sumit vt locū habeat allegoria vel tropologia. ¶ Ad scōm dicim⁹ ꝙ iuxta litteram instruimur moraliter duobus modis. Primo: qz morticinū est tam de auibus ꝙ de pecoribus quod per se mortuū est. Captuz autē a bestia est qō occisum est a bestia ⁊ in parte deuoratū. hoc ergo vult dicere iuxta litterā glosa: ꝙ inhonestū est comedere morticinū et captū a bestia. refugit eī natura comedere morticinū et reliquias vulpis vel lupi. vñ si aliquis de illis preter necessitatē comedat: ex gulositate videtur hoc facere: et sic peccare. sed si ex necessitate hoc faciat nō peccat: qō ꝓbatur per dauid qui comedit panes ꝓpositionis in necessitate: quod nō licebat eidē nisi solis sacerdotibus. Scōo modo instruimur moraliter scōm litterā vt dicat morticinū ⁊ captum a bestia suffocatū. ſ. quod interfectū est sine sanguinis effusione. Cōdēnat ergo illa glosa sacerdotes qui ꝓcurabant ꝙ interficerent aues vt carnes dulciores ⁊ tenerioꝝ essent ad manducandū. condēnantur autē non qz hoc faciūt: ſz qz auiditate gule hoc faciūt. vt dicit glosa ipa hiero⁹. ¶ Ad tertio obiec. dicim⁹ ꝙ hec propositio Omne quod intrat in os ⁊c. intelligenda est cū hac determinatione naturaliter et ꝼm se qz comedere carnē porcinā nunq̄ fuit malū naturaliter et scōz se: sed solū qz prohibitū. vnde per illud verbum voluit ds̄ ostendere ꝙ preceptū de carne porcina non comedenda et consimilia erant cerimonialia: et cessare debebāt veritate veniente.

¶ De circuncisione.

Tertio.

Ad primā replicam.

Ad secūdā

morticinū ſ̄aliter ꝺd ſignificat.

Ad tertiā.

Quinto queritur de circūcisione circa quā primū videndū est de institutiōe et⁹ et causa institutionis. Scōo quid sit circūcisio et quid sit effectus eius. Tertio de dignitate circūcisionis. Quarto de tempe circūcisionis. ¶ Sciendū ergo ꝙ circūcisio dicit̄ sacramentum vet̄. legis. non quia instituta fuit in veteri lege: sed quia obseruata fuit in veteri lege: et cuz ipa cessauit. instituta autem fuit ad remedium originalis peccati. ¶ Sed videtur ꝙ superflua fuit: quia dicit btūs grego. ꝙ apud nos facit aqua baptismi: hoc apud antiquos facit fides parentū in puulis/⁊ ī adultis virtus sacrificij: et ī his ꝙ descendūt de stirpe abrahe virtus circūcisionis. Semper enī habuit gen⁹ humanum aliquod remediū contra originale pctū̄ ante circūcisionē: ꝯ sola fide parentuz mundabant̄ paruuli a pctō originali: ꝯ facilius mundabant̄ ꝙ per circuncisionē: in circūcisione enī maxima pena est: ꝯ superflue instituta ē circūcisio. ¶ Jtē añ institutōnē circūcisiōis sola fides pa. ētū̄ sufficiebat ad delēdū̄ originale ī puulis: ⁊ in tpe circūcisionis nō sufficiebat/nec modo sufficit: ergo fides maioris efficacie fuit ante circūcisionē ꝙ modo sit. ¶ Solutio. Dicim⁹ ꝙ non valēt iste due argumētatōes ⁊ habent instantiā in eo qui emisit votum continentie/⁊ abstinentie. Facili⁹ enī ante votuz poterat saluari ꝙ post votū̄: non tamē superfluit votum. melius enī et cōmodius ⁊ efficacius saluat̄ cum voto ꝙ sine voto cū fidei virtus ante votū̄ sufficiebat ad salutem/⁊ non modo: non tamen est minoris efficacie modo ꝙ prius: imo melius ⁊ efficacius saluat cuz voto ꝙ sine voto. efficacius enī ⁊ certi⁹ auferebat circuncisio originale ꝙ fides. Dubiū̄ enī erat si alter parentū̄ erat infidelis/⁊ reliqu⁹ fidelis: an mundaretur paruulus: sed in tempore circuncisionis siue parentes essent infideles siue non/mundabatur paruulus.

¶ Quare instituta fuit circuncisio.

Sunt igitur sex cause quare instituta erat circūcisio: ꝓpter quas efficacius mūdabat ꝙ fides parentum. ¶ Prima est bonū obedientie vt scz homo qui deo displicuerat propter inobedientiā placeret ei propter obedientiam: magna enī obediētia est in circuncisione: quia ibi inobedientia nichil habet de suo. ¶ Secunda est ꝓpter signū vt circuncisio signū̄ esset abrahe siue circūcisionis interioris qua circūcisus erat per fidē ab omni labe peccati: de qua circūcisione dicit hiere. Circuncidimini viri iuda ⁊ habitatores hierusalē: et auferte preputia cordiū̄ vestroꝝ. ¶ Tertia est vt per signaculū̄ siue caracterē circūcisionis distingueret̄ popul⁹ dei a vero populo dei. ¶ Quarta est propter doctrinā: instruebat̄ enī populus iste vt sicut fiebat circūcisio in mēbro in quo viget luxuria: ita circūcideret ⁊ remoueret ab aīa oēm luxuriā. ¶ Quinta est ꝓpter sacramenta: fiebat enīz circuncisio cultello lapideo/octauo die: ⁊ significabat ꝙ per petrā christū̄ circūcidēdi sumus ab omni culpa/et ab oī pena in octauo resurrectionis: quod re factū̄ est in ipsa persona christi: in nobis autē factū̄ est in spe ꝓpter resurrectionē christi: ⁊ fiet in re in gn̄ali resurrectione. ¶ Sexta est in remediū̄ originalis pctī: extūc ꝯ habuit locū̄ ꝺd beatus gregorius dicit ꝙ scōm successionē temporuz habuit incrementū̄ cognitio veritatis: per circūcisionem enī sicut patet ex dictis: maior habita est cognitio veritatis spiritualium rerum ꝙ prius.

R ḡre circūcisio ꝺr sacramentū̄ ve. le.

Solutio.

Facili⁹ pōt hō añ votū̄ ꝓtinēte saluari ꝙ post

Sex cāe ꝓpter ꝙs circūcisio īstituta est.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Gregorius

¶Quid sit circūcisio ⁊ quis effectus eius est.

Circūcisio qd sit.

DE secundo queritꝝ quid sit circūcisio: ⁊ quis effectus ei⁹ est: ⁊ dicim⁹ q circūcisio nichil aliud est ꝙ cauteriū siue signaculū siue character i carne p quē distinguit populus circuncisus a nō circūciso: in aia ei nō impꝛimit characterez circūcisio. ¶Sed de effectu dubitaꝝ/⁊ dicūt multi ⁊ fere oēs q in circūcisiōe cōferebatur gr̄a: sed nō exvi circūcisionis: ex vi tñ circūcisionis remittebaꝝ peccatum. ¶Sed ꝓbaꝝ q circūcisio ex vi sua cōferebat gratiā: quia virtus ⁊ vicia contraria sunt immediata: quod patet p hoc q quilibet homo vel est dignus moꝛte eterna vel vita eterna: ꝯ quicquid introducit alterū/eoipō expellit reliquum: sed circūcisio exvi sua expellit viciū: ergo exvi sua introducit gratiā: et ita ex vi sua confert gratiā. ¶Itē. dicit btūs dionysius q hec ꝓpositio Corruptio vni⁹ est generatio alterius: tenet etiā in vicijs. peccatū nō corrumpit nisi agendo: ergo corruptio vicij est generatio virtutis: sed circūcisio est causa corruptōis vicij: ergo est causa generationis virtutis. ergo sicut expellit vicium ex vi sua: ita ex vi sua confert gratiā. ¶Itē. peccatum imediate expellit gratiā: ergo per locū a contrarijs gratia imediate expellit peccatū: ergo circuncisio expellit pctm̄ per gratiā: ergo circūcisio non expellit vicium nisi mediāte gratia: ergo circuncisio est causa expulsionis vicij per gratiā: ergo causa est gratie expellentis viciū. et ita exvi sua conferebat gratiā

Dubium.

Af primo.

Secundo.

Tertio.

In oppo⁹ ¶Contra. circūcisio nullā vim habuit nisi mēꝝtuz sacramentū: sed non erat sacramentū nisi ablationis: ꝙ non habebat simlitudinē nisi cū ablatione: ergo non habebat vim nisi auferendi: ꝯ ex vi sua non cōferebat gratiā: sed auferebat peccatū. ¶Solutio. Concedimus q circūcisio ex vi sua conferebat gratiā. Sz sciēdum q gratia multos habz effectus. vnus enī effect⁹ est expellere peccatū: alius facere dignum vita eterna alius facere aiam pulchr̄ā: alius elicere opus meritorium. ⁊ preterea habet multos alios. Dicimus ergo q circuncisio cōferebat gr̄atiā ꝙtuz ad effectū p̄tuatiuum et non ꝙtum ad positiuū. vnde concedimus q circuncisio cōferebat gr̄am scōm q auferebat peccatū vnde et ipa est signū gratie auferentis peccatū: sed nō est signū gratie ponentis. Ratione tamen cōsecutiōis quia non potest esse gratia expellens peccatū quin faciat dignū vita eterna: conferebat gratiā ꝙtū ad effectus positiuos. sicut ad prolationē hoz verboz: hoc est corpus meum: cōmutatur in corpus christi panis. sed ratione consecutōnis est ibi sanguis: qz illud corpus nō pōt esse sine sanguine. ¶Sed ꝓm hoc videꝝ q eūdē effectū haberet circūcisio quē baptism⁹. baptismus enī expellit pctm̄: ⁊ cōfert gr̄az. sīr et circūcisio. ¶Dicit beda q idē salutifere curationis auxiliū conferebat circūcisio quod baptismus tempoze reuelate gratie facere cōsueuit: excepto q ianuā regni celestis hon aperiebat: et ita baptismus erat efficatioz ratōne apertionis ianue ꝙ ipsa circuncisio. ¶Sed obiectio est de hac exceptione. Anteꝙ enī christus passus esset baptisati qui tunc moziebantur descendebant ad inferos: baptismus ꝯ non aperuit eis ianuā regni celest; sicut nec circuncisio: ergo inutilis fuit illa exceptio.

In oppo⁹

Secundo.

Solutio.

Ꝺ dctm̄ bede aꝺ.

Soluit ob iectō fctā Ꝺ dctm̄ bede. ¶Solutio. Beda loquit de baptismo scōm effectuz quē modo habet. modo enī habet effectū q neqz exigit gemitū neqz planctū: sed hoc a passione xp̄i. sicut enī dicit apostolus. Quicūqz baptisati sumus in xpo iesu: in moꝛte ipsius baptisati sumus. hunc effectū nō habuit circūcisio. vnde cōpetens est talis exceptio ratione effectus baptismi supr̄a circūcisionē. ¶Sciēdū ꝺn̄ꝝ apta ē est ꝯ q passio christi aperuit ianuā paradisi per pꝛeciꝝ ianua pꝺi solutionē: ascensio eius aperuit scōm efficaciā: baptisi. ⁊c. mus per causam. ⁊ qz hunc effectū habuit baptismus post passionē xp̄i nō opz q ante habuerit hūc effectū.

¶De dignitate circuncisionis.

TErtio queritur de dignitate circuncisionis. hec igitur erat circuncisionis dignitas/ ipsa mundabat ab origiali pctō/⁊ faciebat de filijs diaboli/ filios dei: hoc autē nō faciebāt alia cerimonialia: ergo circūcisio dignissimuz erat inter cerimonialia: ꝯ dignioz ꝙ cerimonialis obseruātia sabbati: sed cerimōialis obseruantia sabbati posita ē inter p̄cepta decalogi pꝛopter dignitatē suam: ꝯ multofort⁹ circūcisio pꝛopter dignitatē debuit poni inter pꝛecepta decalogi: vel dicatur quare non. ¶Solutio. obseruātia sabbati posita est iter p̄cepta decalogi ꝓpter duas cās. ¶Pꝛima est ꝓpter dignitatē sue rei: significabat enī sabbatismū peccatoz⁹ ⁊ eternitatis. de quo dicit apostolus ad hebr̄eos. Relinquit sabbatismus populo dei. hoc autē est optimū quod possit habere homo ⁊ angel⁹. illud enī quod significabat circūcisio: nō est ita bonū. ¶Secunda causa est q ipsa litteralis obseruātia sabbati aliquid habebat mozale: abstinebāt enī iudei ab omni seruili opere vt possent vacare cultui dei. Circūcisio vero litteralis nichil habebat penit⁹ mozale. vñ non fuit posita inter mozalia: et quia litteralis obseruantia sabbati aliq̄d habuit mozale/ ꝓpter hoc in die dominica (quaz obseruamus ꝓ sabbato) abstinem⁹ a seruilib⁹ opibus: vt liber⁹ vacem⁹ deo. ¶Sed scōz hoc queritꝝ quare nō ab omni opere abstineam⁹ in die dn̄ica: sicut et iudei abstinent in die sabbati ab oī opere ita q nec etiā necessaria ad comedendū p̄parāt in illa die. ¶Ad hoc dicimus q quantū ad necessaria pure cerimoniale fuit illud qꝺ dn̄s p̄cepit ab omi ope abstinere in die sabbati. Significat enī q in sabbato eternitatis non pꝛeparabimus necessaria nobis: sed q̄ seminauimus hec metemus: ⁊ qz pure cerimoniale fuit illud nō obseruaꝝ. ¶Sed q̄ritur si alicui paruulo immineret moz aī octauū diem/ vtrū deberet circūcidi ante octauū diem: ⁊ videꝝ q non: quia pꝛeceptuz erat gene. xvij. q in octauo die fieret circuncisio: ꝯ si fieret ante octauū diē nō fieret scōm pꝛeceptū dn̄i: ergo nichil ꝓdesset. ¶Contra. necessitas nō habet legē: ꝯ in articulo necessitatis licebat circūcidere ante octauuz diem. ¶Itez. iiij. exo. habeꝝ q angelus dn̄i occurrit moysi ⁊ tulit illico sephoza acutissimā petrā ⁊ circūcidit carnē pꝛepucij filij sui: similiter i ḋnto iosue habetur q populus q̄ natus est in deserto circūcisus est in galgalis: ⁊ cū in primo casu/ nec in secundo esset. viij. dies: satis apparet q octau⁹ dies nō erat de circūstantia circūcisionis: quod cōcedimus: sed ꝓpter sacramē tū tantū posita est octaua dies in pꝛecepto circūcisionis: significabat enim q i octaua etate a petra christo circūcidemur ab omni corruptione. vnde in articulo necessitatis licebat circuncidere ante octauū diem: et erat vtilis illa circuncisio.

Circūcisio ꝺ dignissima cerimoniarū.

Solutio.

Ꝑrima cā.

Scꝺa cā.

Queritur.

Aꝺ p̄mum

Aꝝ q non.

In oppo⁹

Secundo.

Solutio.

¶De cessatione circuncisionis.

QUarto queritur de cessatione circuncisionis. et videꝝ q nō debeat cessare. Circūcisio enī significabat quod semꝑ faciendū est sicut incēsum: semꝑ enī

Quest̄io.

circūcidi debem⁹ a vicijs: ꝙ q̄ ratione nō cessat incēsuz eadē ratione nō debet cessare circūcisio. ¶ Sed ꝓtra. dicit apls: si circūcidimini nichil chriſt⁹ vobis ꝓderit: ergo circuncidere est mortale peccatū: solū enī illis q̄ sunt in peccato mortali nō ꝓdest christus: ꝙ cessare debet circūcisio. ¶ Sed iterū obicit de verbo illo apostoli. Si circūcidimini christus nichil vobis ꝓderit: ꝙ secundū hoc circūcidere est peccatū mortale. sed apls circūcidit thimotheū vt habetur in actuuz .xvi. ergo peccauit mortaliter. ¶ Si dicat ꝙ nō peccauit mortaliter: quia hoc fecit vt vitaret scandalū iudeoꝝ: quib⁹ ꝓfecit thimotheū episcopū. Non est solutio: qz veritas vite non ē dimittenda propter scandalū: sed circūcidere erat mortale: ꝙ nō debuit illud facere propter scandalū vitandū. ¶ Itē ipse dicit in quinto ad galathas. Testificoꝝ rursum omni homini circūcidēti se/ quoniam debitoꝝ est vniuerse legis faciende. quia qua rōne facit vnū eadē ratiōe debet facere oīa legalia: sed ipse apls impleuit votū nazareoꝝ secundū legē vt habet in act. .xxi°. ergo ipse debitoꝝ fuit vniuerse legis facie de: ergo debuit imolare boues et oues et turtures ꝛ columbas. ¶ Solutio. dicim⁹ ꝙ circūcisio cessat duabus de causis. ¶ Una est qz vmbra erat future veritatis: significabat enī ꝙ per octauā resurrectionis christi circūcidēdi essemus a culpa et pena. vñ veritate aduenente cessare debuit vmbra. ¶ Alia causa est quia circuncisio carnalis facta nichil morale cōtinebat. Sz incensū litteraliter aliq̄d morale habz. ꝛ nō est vmbra alicuius futuri et ꝓpter hoc nō est simile. ¶ Ad secundo obiectū dicim⁹ ꝙ circūcidere in tempore apostoloꝝ nō erat peccatū mortale scōm se: sed tantū qz ꝓhibitū. Apls autē cōsilio spūssancti ꝓpter duas causas circūcidit thimotheū. scz ꝓpter scandalū iudeoꝝ vitandū. et ne videretur dicere legē moysi malā esse secundū se. hac enī ratione impleuit votū nazareoꝝ. dixit enī ei beatus iacobus. vides frater quot milia sunt in iudeis qui crediderūt deo. et omēs sunt emulatores legis/ audierūt abs te quia discessionē doceas a moyse. Apostol⁹ autē predicatoꝝ fidei ne videretur dicere et credere legē moysi fuisse malā secūdū se/ quod esset cōtra fidē: impleuit in semetipso votum nazareoꝝ. quod in parte etiā ad litterā morale erat. Nazaret enī non bibunt vinū nec omne quod inebriare potest et non peccauit: excusat enim ꝓpter duas causas ꝑdictas et ꝓpter cōsilū sancti spūs. ¶ A tempe autem illo in quo spūssanctus apparuit super christū in specie colūbe ceperunt predicari spūalia et habuit tempus suū baptismus. tūc enī dictum est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritusancto non potest intrare in regnū dei. et tunc ꝓceptum est apostolis vt baptizarent. Sz nōdum cessabant legalia. nec cessauerunt vsq̄ ad passionem christi. sed tunc debuerunt cessare. tunc enim dixit christus cōsūmatū est. ¶ Sed queritur si aliquis iudeus in remota parte mundi circuncidisset filium suum statim post ascensionem dñi: vtrum illa circuncisio esset vtilis. videtur ꝙ sic: quia ille iudeus non potuit scire an christus fuisset passus: sed ignorantia facti ex toto excusat: ꝙ circuncisio fuisset vtilis: ergo ex vi illius circūcisionis mūdatus fuisset a peccato originali puer ille: ergo habuisset oēs virtutes: ꝙ cū tanua esset apta si moreret statim euolasset et hoc ex vi circuncisionis: ergo circuncisio statim aperuit portam paradisi. Nulla enī esset secundū hoc auctoritatē ꝺifferentia illa/ quā assignat beda inter baptismū ꝛ circūcisionē. ¶ Preterea ꝓbatur ꝙ illa circūcisio fuisset inutilis: quia dicit apostolus ꝙ christus est finis legis: ergo est finis legaliū: sed christus iā venerat: ergo finita erant legalia: ergo inutile erat tunc circūcidere. ¶ Itē dicit beatus Jeronimus ꝙ post passionē christi observatio legaliū fuit mortifera: nō dicit media. i nec bona nec mala: ergo circūcisio illa fuisset mortifera: ergo inutilis. ¶ Itē augustin⁹ assignat tria tēpora legaliū. Ante passionē enī dñi circūcisio fuit viua: statim post passionē fuit mortua: sed nōdum sepulta fuit sed post ꝙ claruit veritas euāgelij per totū mūdum sepulta fuit: ergo tunc esset mortale peccatū observare illā. ꝓtius enī nō erat mortale: qz mī cū honore deducēda erat ad tumulū: sz postꝙ claruit vitas: si aliqs obseruasz nō fuisset materni funeris tumulatoꝝ: sz ipsius sepulchri violatoꝝ: ergo secundū hoc post passionē dñi fuerūt legalia mortua/ licet nōdū sepulta: ꝙ inutilia: ꝙ circūcisio illa fuisset inutilis: quod ꝓcedim⁹ his rationibus: nec est verū ꝙ ignorātia facti penitus excuset: nisi adhibita sit debita diligētia: ꝛ de hac maxime redarguunt iudei: quia nō notauerūt temp⁹ aduentus christi cū Daniel eis determinasset. vñ Hiere. Miluus in celo cognouit tēpus suū. turtur/ ꝛ hyrundo ꝛ ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autē meus non cognouit iudiciū domini. i. nō cognouit tempus illud in quo dñs iudicauerat et dispo suerat redimere genus humanuz: si ergo iudeus ignorabat passionē christi/ sibi imputet. negligēs enī fuit circa salutē suā: ꝙ ignorantia illa nō excusabat eū cum non adhiberet diligentiam quā debuit. ¶ Sed obicit ꝺ hieron⁹. q̄ ī ēttia rōne p⁹ oppm̄ imediate posita dixit ꝙ post passionē dñi observatio legaliuz fuit mortifera: ꝓpter hoc enīz ebionite dānati sunt tanq̄ heretici: quia volebant observare legalia cū euangelio. Nam secūdum hoc/ peccauit mortaliter apostol⁹ qui circūcidit timotheū et impleuit votū nazareoꝝ: hoc enīz fecit post passionē domini. peccauit itē petr⁹ mortaliter quoniam discernebat cibos cum iudeis. ¶ Sed ad hoc dicit hieronymus ꝙ apostolus simulatorie circuncidit timotheū: ꝛ impleuit votū nazareorum: similiter et petrus discernebat cibos simulatorie. ¶ Sed ecōtra dicit Augustin⁹ ꝙ nō simulatorie: immo vere fecit supradicta apostolus: ꝛ petrus nō simulatorie: immo vere discernebat cibos: ꝙ cum Hieronym⁹ ꝛ Augustinus dixerint duo cōtradictorie opposita: alter illoꝝ errauit/ quod est incōueniens in doctoribus sacre scripture. ¶ Itē ipsi dicebāt duo contradictorie opposita: ergo alter illoꝝ mendaciū dicebat: sed mendaciū illud nō erat officiosum: hoc certū est: ergo non erat in .vi. vel in .vij. vel in .viij. gñe mēdacij: nec illud mēdacium erat iocosum/ vel libidinosum: nec erat in respectu ad ꝓximū: ꝙ erat mendaciuz in ꝓmo genere: ꝙ in doctrina religionis: ergo alter illoꝝ erat infidelis. ¶ Solutio. Dicimus ad primū ꝙ secundum Hieronymū legalia post passionez fuerunt mortifera non vniuersaliter: sed obseruantibus cū cōfidentia legis eis scz qui credebāt sine legalibus non esse salutē: sicut ebionite. sed Augustinus dicebat illa esse mortua tm̄/ nō tm̄ mortifera: sed inutilia: ꝙ nō erat realis cōtrarietas inter illos: quia Augustin⁹ dicebat illa non esse mortifera secundū se. Hieronym⁹ dicebat illa esse mortifera obseruātibus cū confidentia legis. nec peccauit apostolus/ nec peccauit petrus: nō enī obseruauerunt illa legalia ponentes spem salutis in eis.

In oppm̄. Secdo obijcitur ꝛ hoc ꝺ rōez ī oppm̄ immediate posita.

Si dicat ꝙ paulus non peccauit. ꝛc

Solutio ipꝛobatur.

Solutō q̄stionis. ꝓia cā cur cessauit circūcisio.

Scda cā. ꝙ hoc pz solutio rōnis añ oppm̄. ad scdo obq̄re pau. circūcidit thi.

Ꝓria cā.

Scda cā.

Votū nazareoꝝ ī pte erat mortale.

Tēp⁹ baptismi q̄n incepit.

Legalia in passiōe xp̄i cessauerunt dubitat de aliq̄ casu.

Aſ ꝙ sic.

Vide supra

Ad obiectionē ī media te factā ꝺ hieronymū respōdet ipemet ieronimus.

Solutō doctoris. error ebionitarū.

Opio aug. quō saluat, sine ꝺ dictione ad opi. ieronimi.

Ergo peccat petr⁹ ꝺ timēs scādalū iudeoꝝ

si ꝛitas circa q̄ scādalū ꝺ timebā erat cha apud eos ac recte ꝛc.

¶ Q; autē dicit Jeronim⁹ q apostol⁹ fecit illa simu-
Duplex si- latone. Dicim⁹ q duplex est simulatio: bona et mala
mulatio. Mala vt in hypocritis Bona vt in medico. qui simu
lat se nō comedere carnes bouinas vt infirmus absti-
neat ab eisdē. et hac simulatione medicinali discerne-
bat cibos petrus: propter illos q̄ credebāt de iudeis
qui adhuc infirmi erant. Et similiter talt simulatione
medicinali circūcidit timotheū apostol⁹ nō ponēs spē
salutis in eis. Et preterea hac rōne scz ne videret esse
destructor legis moysi et dicere illā legē esse malā se
Concordia cundū se. Iste autē due caule vident facere cōtrarietā
inter augu tem in augustino et iero: sed nō factūr. vn⁹ enī assumit
stinū ⁊ iero vnā causā. altus aliā. vnde secundū diuersas causas ⁊
nimū de re intentiones vterq; verū dicebat tam iero. q̄ augusti-
p̄hēsloe pe. nus. ieronym⁹ dicens apostolū simulatore. i. simula-
tione medicinali circūcidere timotheū. Augustinus
dicēs apostolū circūcidisse ipz ne videret facere discessi-
onē a lege moy. et sic nō erat inter eos contrarietas
realis. vterq; etiā verus erat secundū intentionē suā
sicut apostolus ver⁹ erat cū dicebat se iturū ad hyspa
nos ita enī credebat. et si alicui alij reuelatū fuisset q̄
apostol⁹ nō tret ad hyspanos: ille similiter verū dixis-
set/vel fuisset verus/dicendo: Apostol⁹ nō ibit ad hy-
Āf q̄ augu spanos. ꝛc. sic pz solutio ad oīa obiecta. ¶ Sed vide
stin⁹ sib imz tur beatus augustinus sibūpsi repugnare: dicit enī q̄
p̄dicat. nō simulatore: sz Xe obseruauit beatus petr⁹ legalia
tāq̄ subiect⁹ illis. licitū enī erat et tunc obseruare illa
Primo. ita tamē q̄ nō poneret spes in eis. ¶ Sed contra. ipe
augustin⁹ dicit legalia statim post passionē dñi fuisse
mortua: ergo nullus tenebatur ad illa: ergo nullus
erat subiectus illis: ergo pe. non erat illis subiectus.
Secundo. ¶ Itē pe. obseruabat illa zelo fidei. volebat enī per
hoc allicere iudeos ad fidē: ergo obseruatio illoz le-
galiū erat meritoria petro: sed in omni opere merito
rio/licitū est ponere spē: ergo licitū erat petro pone-
Ad primū re spem in illis legalibus. ¶ Solutio. ad primū dici
mus q̄ petrus erat subiectus legalibus nō ex p̄cepto
sed ex pietate matris. Erat enī tanq̄ pius paruul⁹ ma
tris. i. legis que eū prius nutrierat et ex illa pietate ⁊
vt ostēderet legē moysi nō fuisse malā: subijciebat se
Ad secūdū legalibus. ¶ Ad secundū dicim⁹ q̄ petrus merebat
Petr⁹ me- obseruando legalia nō tamē ponebat spē in illis hoc
rebat discer modo vt crederet sine illis non esse salutē. vere ergo
nēdo cibos obseruabat illa. i. obseruando volebat ostendere illa
non esse mala scōm se. Sed qđ dicit non simulatore
obseruauit: intelligendū est nō tm̄ simulatore. Nec
cōtradicit teronym⁹ qui dt simulatore obseruauit si
mulatione scz dispensatiua vel simulatione medicina
li sicut dictū est. ¶ Vel potest dici q̄ aug. aliter sūpsit
hanc dictionē simulatore q̄ teronim⁹. et sic iterū non
Āf q̄ petr⁹ est cōtrarietas inter ipsos. ¶ Sed cōtrarietas est ex
peccauit. hoc q̄ augustin⁹ dicit petrū peccasse: teronymus dicit
nō peccasse. ⁊ videt q̄ peccauit: qz dicit paul⁹ ad gala.
scōo. Cū vidisse q̄ non recte ambularēt ad veritatem
euangelij restiti cephe. ꝛc. ergo pe. nō recte ambula-
bat ad veritatē euāgelij: ergo peccauit: et si peccauit
nō peccauit nisi in eis que pertinēt ad fidē: ergo mor-
Solutio. taliter peccauit. ¶ In oppositū tamē videt q̄ nō pec
cauit: qz dt aug. q̄ nullus peccat nisi ex libidine et pe.
sine libidie erat: g̃ nō peccauit. ¶ Solutō ad hoc pos
sum⁹ dicere q̄ cū augustin⁹ dixerit petrū peccasse q̄dā
ratione: et teronim⁹ ipsū nō peccasse alia ratione: non
est ꝯrietas inter illos: habito respectu ad illas diuer
sas rōnes: sicut dictū est supra. ¶ Vel si volum⁹ su-
stinere opinionē ieronymi dicem⁹ q̄ petrus nō recte
ambulabat ad veritatē euāgelij. i. nō vsquequaq; re-
cte sicut petitio pauli qua petijt stimulū a se amouerī
stulta fuit. i. nō vsq;quaq; discreta. Nō enī petrus ob
seruando legalia cōsiderauit omēs circūstātias quas
esset vtile cōsiderare. potuit enī considerare de facili
q̄ ipse erat in ciuitate gentiliū: et q̄ vtile erat q̄ ipse
diceret eis qui de gentilitate venerāt ad fidē: q̄ ipse
obseruabat legalia/spem nō ponēdo in illis: sed solū
q̄ quia ipse erat apls circūcisionis: ideo volebat mo-
rem gerere iudeis credētibus propter infirmitatem
eoz̄. cū ergo ipse hoc nō fecerit: ideo nō vsquequaq;
recte ambulabat ad veritatē euāgelij: nō tñ peccauit
qz nō tenebat hoc dicere: sz bonū aut vtile fuisz hoc/si
ipse dixisset. ¶ Si autē volum⁹ dicere scōm augusti- Petr⁹ scm
num. dicemus q̄ peccauit petrus venialiter. mortali augustinuz
ter enī nō peccauit cū esset cōfirmatus virtute ex alto peccauit ve
et peccauit ex libidine. scz ex nimio zelo quo zelabat nialiē discer
iudeos quoz̄ erat apostol⁹. sicut peccauit venialiter nēdo cibos
cū dixit mathei xvi. absit a te dñe: nō erit tibi hoc. di-
xit enī hoc: ex nimio zelo vel amore carnali quo vole
bat quasi frui corporaliter presentia dei.

¶ Quare circuncisio que facta est a Josue in
galgalis dicta sit secunda circuncisio.

Queritur postea quare circuncisio que facta est a Questio.
Josue in galgalis/dicta sit secunda circuncisio.
¶ Si dicatur q̄ dicta est secūda: quia secundo precepta si Josue: ⁊ primo Abrahe: hec nō est solutio. pre
cepta enim fuit moysi: postq̄ sephora circūcidit filiuz
suum: ergo non debet esse secunda: sed potius tertia.
¶ Item precipiebant prophete circuncisionē sicut di
cit Hieremias. Circūcidimini domino viri iuda: sicut
ergo habemus circuncisionē secundam: ita debemus
habere tertiā ⁊ quartā ⁊ sic de alijs. ¶ Si dicatur q̄
quia per multū tempus distulerat populus israel cir
cuncisionē (illi enim qui nati sunt in deserto per. xl. an
nos non fuerunt circuncisi) ꝓpter hoc dicta est circun
cisio que facta est in galgalis secunda circuncisio: secū
dum hoc ꝓbatur q̄ peccauerunt mortaliter Moyses
et alij prophete in deserto: ex eo q̄ non circūciderunt
filios suos: ita enī dixit dñs Abrahe. Anima cui⁹ pre-
pucij caro circūcisio nō fuerit peribit de populo meo
ergo ⁊ illi qui debebant circuncidere in deserto: ⁊ illi
qui debebant circuncidi erant in mortali pctō. ¶ Ad q̄re filij israt
hoc dicit Jo. damascenus q̄ quia circuncisio data fuit nō fuerūt cir
in cauterū ad discernendū populū iudeoz̄/ab oī alio cūcisi in de-
populo: non fuit opus in deserto circuncidere: qz tūc serto scōm
populus iudeorum erat per se: nec erat necesse ipsum damascenū
distingui: sed cum fuit in terra ꝓmissionis: necesse fuit
distingui/cū ibi esset alius populus. vnde necesse fuit
circūcidi. ¶ Sed cōtra. dicit domin⁹. Cui⁹ p̄pucij ca-
ro non circuncisa fuerit/peribit de populo suo. sed nō
peribit nisi quia remanet peccatū originale/in cui⁹ re
medium data est circūcisio: g̃ cum in deserto haberēt
paruuli peccatū originale: debebāt circūcidi. ¶ Dici Decisio q̄-
mus ergo q̄ ratio illa damascen⁹ non est sufficiēs: sed stionis.
cum alia ratione q̄ principalioz est/sufficiens est. Dici
mus ergo q̄ ꝓpter illā rationem quā ponit damasce
nus/⁊ ꝓpter figuram non fuerūt circuncisi in deserto:
sed in terra ꝓmissionis: et est vocata illa circuncisio/se-
cunda: significabat enī circuncisio carnalis spūalē cir- Circūcisio
cuncisionē. Et spūalis circūcisio duplex est: quedā per spūalis du-
fidem in presenti. vnde fide purificans corda eorum ⁊ plex est.

per hanc circuncisionē circuncidimur a vicijs. ⁊ hāc significabat circuncisio carnalis facta in egypto. Secūda circūcisio spiritualis est/ qua circūcidemur ab omi corruptione in octauo resurrectiōis:⁊ qz illa fiet in patria que est terra ꝓmissionis: ꝓpter hoc significata est per circuncisionē factā in terra ꝓmissionis in galgalis triplex trā= non est enī nisi duplex circūcisio/scz a vicijs et a corru= situs. ptione:et fiet cū mortale hoc induet immortalitatez. Primus. Sed triplex est transitus. Est enī vn⁹a vicijs in virtu= Secundus tes:et iste significat ꝙ pascha:quod fecerūt iudei i egy pto.exo.xij. Alius est a virtute in virtutē:⁊ iste signi= ficatur per pascha quod fecerunt iudei in deserto: nu Tertius. meri.ix. Et est transitus a virtutibus ad gloriā/⁊ iste significat per pascha factū a iudeis in terra promissio Solutō q̄= nis vt habet in Josue. Sed in mūdo quē reputāt san stionis cti desertū quantū ad sanctos non est circūcisio. vnde ad hoc significandū non fuerunt iudei circuncisi in deserto. ¶ Circuncisio ergo facta in terra promissionis dicta est secunda: quia significabat secundam circuncisionem spiritualem.

¶ De superadditionibus quas fecit dominus in euangelio.

esto q; instet dies pasche quando quilibet tenetur cō-
fiteri/ ⁊ ponatur q; iste non habeat nisi venialia: ⁊ hoc
sciat si etiā haberet veniale de quo dubitaret an esset
mortale: sine dubio tenetur illud confiteri: ide sic iste
tenetur cōfiteri peccata: si enim dixerim⁹ q; pctm̄ non
habemus nosipsos seducimus ⁊ veritas in nobis non
est: sicut dicit beat⁹ Jo. tenetur ergo iste cōfiteri pec-
cata sua que habet: sz nō habet nisi venialia: ⁊ hoc scit
ergo tenetur cōfiteri scienter venialia. Sed ꝫ. penitē In oppo
tia est secunda tabula post naufragium: sed per venia
le nō patitur homo naufragium: qz per veniale nō frā
gitur nauis cordis: ergo de venialibus non tenemur
penitere: ergo non tenemur cōfiteri venialia. Itez ve Secundo.
nialia bene dimittuntur post mortē: sicut dicūt sancti
ergo aliter possunt dimitti q; per cōfessionē: ergo non
tenemur illa cōfiteri: si enim alterutro duoꝝ modoꝝ
possumus illa euadere/ nō tenemur de necessitate ad
alterum: sicut si alterutri duoꝝ in extrema necessitate
positoꝝ dādo denarium absolutus sum: nō teneor da Tertio.
re alteri determinate. Itē venialia nō sunt in prohibi
tione: ꝯ emēda de ipsis nō est in precepto: ꝯ nō tene-
mur cōfiteri venialia: Quod cōcedimus. simpliciter Solutio.
enim ⁊ absolute nō tenemur cōfiteri venialia: sed i ca
su tenemur: bonū ⁊ perfectionis est illa cōfiteri. Et ad Ad auctor
auctoritatez beati Jacobi dicimus q; quātū ad mor- tatē.

talia est preceptū: quātum ad venialia/consilium. Ad illud qđ dicit glo. coequalibus q̄tidiana ⁊ leuia dāda sunt Dicim⁹ sicut dicebat Prepositin⁹: q̄ hoc o'dseruat ecclesia in quibusdā ecclesijs: quādo fit generalis confessio in prima ⁊ completorio: facit enim cōfessionem in prima vt pure seruiat deo: in completorio: vt postea quiescat in deo: ⁊ ī quibusdam ecclesijs: duo ⁊ duo in illa hora confitētur adiuicem q̄tidiana ⁊ leuia: sicut fenū ⁊ stipulam que dimittuntur per orationez dominicam: ⁊ per aspersionem aque benedicte. Ad illud quod obijcitur q̄ sine confessionis emēda peccata non queunt dimitti: verum est in presenti: maxime de magnis venialibus que dicūtur ligna: intelligenduz est q̄ sine cōfessione nō dimittūtur in presēti: sed fenū ⁊ stipula aliter dimittūtur de facili sicut dictū est. Ad alia dicimus q̄ hec est falsa. Quicūq; offendit deū tenetur satisfacere: nisi intelligatur tātū de offensa trāsgressionis et obmissionis que recipiūt preceptionē ⁊ prohibitionē. Ad aliud dicimus q̄ cū aliquis satisfacit de venialibus illa satisfactio est opus iusticie: sed nō est de rigore iusticie: sed de equitate. habet enī iusticia quedā de rigore suo et ad illa tenemur: et habz quedā que sunt de equitate iusticie et liberalitate: et ad illa nō tenemur: sicut si aliquis in tempore caristie det nō solū superflua: sed etiā multa de necessarijs: dare de necessarijs est op⁹ iusticie: tamē ad illud nō tenetur: quia nō est de rigore iusticie: sed de equitate ⁊ liberalitate: patet ergo q̄ nō valet hec argumētatio. Satisfactio de venali est op⁹ iusticie: ergo tenemur ad illā. Ad vltimo obiectū dicimus q̄ in illo casu tenetur ille qui nō habet nisi venialia cōfiteri illa maxime cū sacerdos discretus querit ab illo: an sit cōsuet⁹ in verbis ociosis: an sit curiosus in audiēdis rumoribus: tales solent esse viri cōtemplatini qui nō habent nisi venialia: et in istis habet locū hec auctoritas: vita sit grandia cauene obruaris arena: ergo propter bonum obedientie: et ꝓpt bonū vitatis: q̄ nō debet cōfitens mētiri de quib⁹ nouit: tenetur in hoc casu ꝓfiteri venialia.

¶ De satisfactione et primo que sit satisfactio et que efficatia eius.

¶ Aliud capitulum.

Dicto de cōtritione et cōfessione: dicendū est de operis satisfactione: sicut enī deū tribus modis offendimus: scz corde/ore/et opere: ita iustū est vt ei tribus modis satisfaciamus. Corde per cōtritionem. Ore per confessionē. Opere per satisfactionē: hoc est illō triduū de quo dicit moyses in exodo: ibim⁹ viam triū dierū in solitudinem: vt sacrificemus deo nostro Triduū illō ē cōtritio/ꝓfessio/et satisfactio exterior. ⁊ dicitur dies quia tūc est vtilis satisfactio interior et exterior/quādo homo videt fetiditatē peccati sui et abominabitur illud: et postq̄ satisfecit sufficienter tunc potest īmolare dignas hostias spūales deo. Circa satisfactionē primo notandū est quid sit satisfactio: et q̄ sit efficatia satisfactionis. Secūdo de speciebus satisfactionis. Tertio de satisfactione quā facit aliquis ꝑ alio: sicut de missis et alijs suffragijs. Quarto de satisfactione que inūgitur maior/vel minor condigna Quinto de solēni penitentia. Sexto de restitutione. vtrū sit pars satisfactionis. Diffinit autē beatus gregor⁹ satisfactionē hoc modo. Satisfactio est causas peccati excidere: et suggestiombus earū aditū non indulgere. Sed qui abstinet a peccato cū proposito nō peccandi causas peccatorū excidit: et earū suggestionibus aditū nō indulget: quicūq; ergo abstinet a peccato cum proposito non peccandi satisfacit. Idem vi Secundo.
detur quod dicitur in ysa. Munquid tale est ieiunium quod elegi: nūquid cōtorquere quasi circulum caput suum et saccum: et cinerez sternere nōne hoc est mai⁹ ieiunū quod elegi dissolue colligationes impietatis ⁊c. ⁊ super illū locum dicit ꝓlogus beati Itero. Nō Confirmat
ieiunat qui abstinet a carnibus naturalib⁹/ ⁊ vescitur carnibus draconis. i. diaboli: carnes diaboli sunt iuidia/detractio/ptētio/pugna/ ⁊ hmōi: ergo abstinere a pctō est ieiunū quod elegit domin⁹/ ⁊ constat q̄ ieiunare est satisfacere: ergo abstinere a pctō ē satisfacere.
Contra ⁊ si nūq̄ peccasset tenetur tamen abstinere a In oppo^m
peccato/ ⁊ abstinere nō est satisfactio: ergo abstinere a pctō nō est satisfactio. Itē videtur q̄ satisfactio exterior non sit iungēda penitēti: q̄ minores sacerdotes debēt imitari sacerdotē summū qui est regula ipsor: sed summus sacerdos. s. christus multieri deprehense in adulterio nō inungit aliud nisi abstinere a peccato dicēs: vade ⁊ amplius noli peccare: ergo minores sacerdotes nō debent inūgere aliud: ꝙ nō debent iungere exteriores satisfactiones. Itē in infinitum magis Tertio.
dolet vere penitens de pctō suo q̄ doleat de alienatione pecunie sue: q̄ vere penitēs caritatē habet: ⁊ caritas in infinitū magis odit pctm̄ q̄ amissionem pecunie: peccatū enim summe odibile est: ergo vere penitens in infinitum magis dolet de peccato q̄ doleat de alienatione pecunie sue: ergo in infinitum magis punit se vere penitēs per contritionez q̄ puntat se in largitione elemosinarum: ergo quātūlibet parua cōtritio in infinitum magis satisfacit q̄ elemosinarum largitio: sed ꝓstat q̄ elemosinar⁹ largitio aliquātā partem pene tollit: immo magnam partē. vnde dicit date elemosinam ⁊ oīa mūda sunt vobis: ergo per quātūlibet paruam cōtritionem tota pena tollitur: ergo non est iniungenda exterior satisfactio. Solutio. Ad Solutio.
hoc dicitur q̄ sacerdos quedā inūgit ad fundamētū satisfactionis/scz abstinere a pctō: quedā iūgit ad expeditionem satisfactionis: sicut inūgit vitare ꝓsortia malor: corrumpūt enim bonos mores colloquia prava Nota.
vnde dictum est in Loth. Noli respicere post tergum tuū/nec stes in omni loco circa regionē: sed ī mōte saluum te fac. quedam inūgit ad ipsam substantiā satisfactionis: vt ieiunare: dare elemosinas/ peregrinatiōes/disciplinas: ⁊ hmōi. quedā iniungit ad perfectionem et plenitudinem/ ⁊ securitatez satisfactionis vt opera superogationis. Ad primo ergo obiectum Ad primū
dicimus q̄ abstinere a pctō fundamentum est satisfactionis: sed nō est ipsum satisfacere. Sed sciendum q̄ Duplex ex
duplex est excisio causarum peccati: quedam enī simplex ⁊ consistit in abstinētia a peccato: quedam enim est violēta ⁊ per cōtrarietatem: sicut cum per ieiunū excidamus causam luxurie/ ⁊ gule: ⁊ per dationē elemosinarum causam auaricie/ ⁊ sic sumitur excidere a Gregorio ī diffinitione satisfactionis. vnde hec est falsa: abstinere a peccato est excidere causas pctōrum: et sic soluitur primo obiectum per interemptionē. Ad Ad secūdū
secundo obiectum dicimus q̄ ieiunū iudeorum quod erat ex ypocrisi nō approbat dominus: quia nō abstinebant a peccato: sed ieiunium quod consistit in dissoluttione colligationū in peccatis approbat: sed dissoluere non sumitur ibi pro simplici abstinentia a peccato: sed dissolutione violēta que fallit per contrarieta-

Ad aliud.

prepositin⁹

Ad aliud.

Ad aliud.

Ad aliud.

Ad vltimū

Notandū.

Gregorius diffinit satisfactionem. ꝓ hāc ar.

Ad tertiū tem. Ad tertio obiectum dicimus q̄ minores sacerdotes debēt imitari summum sacerdotē in virtutib⁹ quibus assimilantur deo: sed in potentia et sciētia nō possunt ipsum imitari/nec debent. vnde quia dominꝰ vidit mulierem illam perfecte punitaz per cōtritionē et erubescentiam quam passa est coram hominibus:

Figura. propter hoc nō inūgit ei penitentiā exteriorē: sufficit enī aliquādo cōtritio ad delēdum totā penā. vnde in spū vehemēti cōteres naues tharsis: pro vehemēti ei contritione cōteritur totaliter peccatū eorū: qui explozāt gaudia vana: sed si cōtritio nō sufficit inūgenda est satisfactio exterior: sicut dñs innuit alibi dicens hoc genus demoniorū nō eiścit nisi in oratione et ieiunio: et quia minores sacerdotes nō vidēt an contritio

Ad vltimū sufficiat ad delēdū totā penā: propter hoc inūgūt exteriorē satisfactionē. Advltimo obiectū dicimꝰ q̄ hec argumentatio nō valet: iste in infinitū magis dolet de peccato suo: q̄ de alienatione pecunie sue: ergo in ifinitū magis punit se per cōtritionē q̄ per dationē elemosinarū: et hoc est qz dolor de alienatione pecunie sue nō est pena satisfaciens in elemosinarū largitione qz forte nō est ibi dolor talis: sz ipsa alienatio pecunie

q̄o incidēs vel trāslatio in proximū est pena satisfaciēs. Sed q̄ri potest an cōclusio sit vera: et dicimus q̄ falsa: nō quilibet in infinitū penitēs magis satisfacit per cōtritionē: q̄ per elemosinarū largitionē: licet enī pena que est in cōtritione improportionabilis est secundū intēsionē pene que est trāslatione pecunie in proximū: tamē ille due proportionales sunt quātū ad vim merendi remissionē peccatorū: cōmunicāt enī fontē meriti/scz

Actꝰ exterior et interior caritatē: sicut fortevolūtas bona et opus exterius improportionalia sunt secūdum intensionē: sed quātum ad meritū vite eterne equalia sunt: quia cōmunicant fontē meriti scz caritatē. Eodē modo in mala voluntate et opere exteriori: equalia enī sūt quātum ad demeritū: licet secūdū intēsionē sint iproportionabilia et sicut per actiones aīe meremur vitā eternā: ita per actiones anime meremur remissionē pene: et similiter per actiones corporis meremur remissionē pene: qz nō sanat oculū qđ sanat calcaneū: q̄ aūt alienatiōes pecunie pena sint: patz q̄ per hoc qđ dicit apls de qui busdā fidelibus q̄ refecerūt spiritū sanctū: ergo consolatio est sanctis in hoc q̄ sustentat vita eorū. vnde le

In cāticis. ua eius sub capite meo. i. temporalia sub mente ad sustentationēvite: propter hoc ei ponit sub euāgelio puluinar: qz certꝰ debet esse p̄dicator de tēporalibus si ergo receptio necessariorū cōsolatio est sāctis: trāslatio siue alienatio pecunie pena est illis qui dāt non dico caritati: que reputat temporalia vt stercora.

De speciebus satisfactionis.
Secundum capitulum.

Secūdo capitulo querit de speciebus satisfactionis: qui sunt tres scz ieiunū/oratio/ elemosina.

Augustinꝰ de quibus dicit augustinus. Si vis orationē tuā euolare ad dñz: fac ei duas alas: scz ieiunū et elemosinā: ieiunū enī tollit pōdus carnis siue luxurie: elemosina vero tollit pondus auaricie: et ipsa humilitas orationis tollit pōdus superbie: et istis tribus ponderibus sublatis fit oratio leuis et potest volare ad deum. de

Jeronimꝰ. istis dicit ieronimus. Nō sanat oculū qđ sanat calcaneū. ieiunio sanant pestes corpis/ oratione sanantur

aī de ofone pestes mentis. Sed videtur q̄ oratio nō sit satisfactoria: quia dicitur in ecclesiaste. Musce morientes pdūt suauitatē vnguēti. i. orationis: ergo oratio est suaue vnguētū: ergo oratio est suauis: ergo delectabilis: nō ergo penalis: ḡ nō est satisfactoria: quia nichil satisfacit pro pena nisi sit penale: ergo oratio non est species satisfactiōis. Idem videtur quod dicitur in apocalipsi: Cōfirmat Phyalas aureas plenas odoramētoz que sunt orationes sanctorum. Et in exodo: facies thimiama suauissimi odoris dño: quod significat orationē: et ita oratio suauissima est: et inde vt prius. Si dicatur q̄ ille q̄ Euasio. deuote orat afflictionē quandam mentis habet: et ita penam: gratia cuius est oratio penalis et satisfactoria: ergo secundum hoc oratio deuota dolorez habet: nō p̄ hoc aī. nisi de peccato sed dolor de pctō ꝓtritio est: ḡ orationi deuote cōiūcta est contritio: ergo gratia ꝓtritionis est oratio satisfactoria: ergo nō est satisfactoria: aliter q̄ contritio: ergo oratio nō est species satisfactionis exterioris. Item obicitur de elemosina: aut enim Item aī. est satisfactoria inquātum penalis tantum: aut inquātum ex caritate tantum: aut inquātum vtrūq; habe et non inquantum ex caritate tantum: sic enim opera oīa facta ex caritate essent satisfactoria: si iquātum penalis tantum: ḡ si fiat extra caritatem satisfactoria est: quod est contra predicta. Itē si inquātum penalis: ḡ q̄ magis penalis est magis est satisfactoria: quod etiā videtur per hoc quod dicit dominꝰ i euangelio: q̄ vi- De vidua. dua que posuit duo minuta in gazophilaciū: plus oībus misit: qz omnem victum suum quē habuit misit: ergo alijs paribꝰ meruit plus q̄ Zacheꝰ: sed alijs paribus nō meruit plus quātū ad vitam eternam: ergo plus meruit quātum ad dimissionē pene: ergo elemosina que magis penalis est/magis est satisfactoria: sed que habuit minorem caritatem/magis penalis est: ergo si duo habeant inequales caritates/ et dent equales elemosinas magis satisfacit qui minorem caritatem habet: et ita minoritas caritatis fit alij in preiudicium quod esse non debet. Item dicit apostolus: hylarem datorem diligit deus: ergo hylaritas dāti non minuit meritū: immo potius auget: sed vbi maior caritas/maior hylaritas: ergo nō minꝰ satisfacit q̄ maiorem habet caritatē. Eadez est obiectio si dicatur q̄ in eodē mō aī. quantum est penalis/ et ex caritate est elemosina satisfactoria. Item nō sanat oculum quod sanat calcaneū: Iterū aī. quia scdm diuersos morbos corporales/ diuerse sunt medicine corporales: ita secunduz diuersos morbos spirituales/sunt diuerse medicine spūales: sz datio elemosine nō habet contrarietatem nisi cum auaricia: ḡ nō sanat nisi auariciam. quid est ergo quod dicitur in euāgelio. Date elemosinam et ecce omnia mūda sunt vobis. Solutio. Ad primo ergo obiectuz dicimus q̄ Solutio. sicut quoddā vnguentum materiale est suaue et odore et tactu: et quoddā suaue est odore: sed asperum tactu/ et per asperitatem illam sanat: sic etiam est in ora- Ad primū ctione/que est spirituale vnguētum: quedam enī oratio totaliter delectabilis est: sicut oratio viri cōtēplatiui/ q̄ est immediate ad gaudia eterna/ et talis oratio non est peualis. vnde nō est satisfactoria: et est quedā oratio habens aliquid amaritudinis quod significatū est per hoc q̄ dñs iussit poni fractē et mirram in cōpositione thimiamatis: quedam enim oratio, puocatiua Multiplex est fletus. est fletus. Sed multiplex est fletus: quidā est pro peccato/ et illa oratio que nō habet alium fletum/ nisi pro peccato ipso nō est aliter satisfactoria q̄ contritio: sed est quidam fletus pro dilatione patrie/vel pro longatione huius incolatus: sicut dicitur in ,puerbijs: spes

que differtur affligit aiam: ꝛ ofo q̄ hmōi afflictionem habet: satisfactio est per modū satisfactionis exterioris. et sic patet solutio ad p̄mo obiectū. Ad secundo obiectū dicim⁹ q̄ diuisio illa insufficiens ē. datio enim elemosine non est satisfactio: q̄a penalis tm̄: vel q̄a ex caritate tantū: vel q̄a ex caritate/vl̄ q̄r penalis: sed q̄a in caritate et penalis. vt hoc q̄ dicit in caritate sit q̄si materia ꝛ fundamentum satisfactiōis. ꝛ q̄ dicitur penalis sit p̄fectio sanitatis. sicut acerbitas lexiuie calide mundat: nō inquantum acerbitas tantū nec calore quia calor non habet hanc vim/ sed inquantū lexiuia est acerba in calore. similiter bonus color non inquantum bonus tm̄ est pulcritudo: sed q̄r bonus in bōa dispositione partiū: actio vero satisfactio non dicitur penalis respectu caritatis: sed inquātū ad naturā ꝛ fortunā: quātū aūt ad naturā: sicut ieiunare magis ē penale colerico q̄ fleumatico. vñ magis satisfactorium quantū ad fortunā: sicut dare pecuniā magis ē penale pauperi q̄ diuiti. vnde si aliq̄s fleumatic⁹ sit cui nullo modo penale sit ieiunare non est satisfactorium ei: valet tm̄ ei ad multa: sicut ad vitam eternā. si sit ex caritate et ad p̄ctm̄ luxurie: vel posset dici q̄ satisfactorium ē ei: nec dicatur penale respectu huius nature vel illius/ sed respectu nature bene dispositе vel mediocriter: sicut ꝓbabile dicitur q̄d videtur nō excellēter acuto/ nō vehemēter obtuso: sed mediocriter dispositо. Ad vltimū obiectū dicim⁹ q̄ elemosina sanat auariciā per modū contrarietatis: sed illa sanat vicia per accidens. per opa ei mīe meremur augmentū caritatis: caritas autem per effectum purgat omnia vicia vnde dicitur de magdalena. Dimissa sunt ei peccata multa: quoniam dilexit multum. fleuit multum: et quia fleuit multum dimissa sūt ei peccata multa: quoniā dilexit multum. Aliter tm̄ exponitur hec auctoritas. date elemosinā ꝛc. hoc modo date ordinate vt p̄mo incipiatis a vobis ꝫ illō: miserere aīe tue placēs deo: vt exuatis vos tunicā diaboli: et induatis tunicā dei: ꝛ sic oīa munda sunt vobis. Jtē. nō sanat oculum quod sanat calcaneū: ieiunio sanātur pestes corporis oratione pestes mentis. videtur q̄ hoc sit falsū. Sit enī q̄ aliquis peccat p̄ctō superbie vel auaricie et p̄mereat de illo p̄ctō infunditur ei gratia: sed adhuc est debitor aliquante pene temporalis. constat q̄ per aliqua ieiunia p̄t illa pena totaliter solui. esto q̄ soluat̄ per ieiuniū. ꝯ si iste decedat cū nulli⁹ pene debitor sit statī euolabit: ꝛ ita sanatus ē ex toto. ꝯ ieiunio sanāt pestes mētis. Eodē mō p̄t ꝓbari q̄ p̄ oronē flebilem sanatur p̄ctm̄ luxurie: q̄d ē pestis mentis. ꝛ ita hoc est falsū: nō sanat oculū quod sanat cal. Jtem. aliq̄s fuit luxuriosus: decessit in caritate/ adhuc debitor pene p̄ illo facto ꝛ est in purgatorio: sed per orationes ꝛ suffragia ecclesie/ liberatur ab illa pena: ergo orationē sanantur pestes corporis in mortuis. eadem ratione et in viuis. Jtem. obicitur de hoc quod dicit dñs in euāgelio. hoc genus demoniorū non eijcitur nisi oratiōe et ieiunio. videtur hoc esse falsū: q̄r ipse dñs dicit alibi. date elemosinā et ecce omnia munda sunt vobis. ergo per elemosinam omnia demonia eijciuntur. ergo et spiritus luxurie de quo loquitur dominus in illa auctoritate. Jtem. quia dominus mulieri deprehense in adulterio non iniunxit aliquod ieiunīū vel orationem: sed tantum dixit: vade et āplius noli peccare. ergo hoc genus demoniorum: scilicet spirit⁹ luxurie aliter eijcitur q̄ per ieiunium et orationē. Jtē. obicitur de hoc quod dicit apostol⁹. Exercitatio corporis ad modicum valet: pietas autem ad omia vtilis est. videtur hoc esse falsum: quia ieiunium quod ē exercitatio corporis cum est ex caritate valet ad meritum vite eterne: valet ad dimissionem pene et culpe: ergo valet ad omnia. falsum est ergo quod dicit apostolus. Exercitatio corporis ad modicum valet. Jtem. non est vna generalis medicina corporalis ad sanandum omnes morbos corporales: et hoc est propter contrarietatem corporalium: ergo cum morbi spirituales contrarij sint inter se: non est vna generalis medicina spiritualis ad sanandum morbos omnes spirituales: cum vna eademq̄ medicina non sit cōtraria pluribus morbis: ergo falsum est quod dicit dominus: date elemosinam/ ꝛ ecce omnia ꝛc. Ad hoc notandum quodlibet istorum ieiunium/ oratio/ ꝛ elemosina/ ꝛ est satisfactoria et medicina. sed sciendū q̄ penitentia non est medicina effectiua sanitatis spiritualis immo solus deus per gratiam sanat animā: ꝫ est medicina conseruatiua et preseruatiua et memoratiua sanitatis spiritualis. sicut enim non dicitur totaliter sanatus corporaliter qui de facili patitur recidiuū immo necesse est vt vtatur medicina et dieta conseruatiua sanitatis competenti sibi: ita non est totaliter et perfecte sanatus spiritualiter qui de facili cadit. vnde necesse est vt vtatur medicina conseruatiua sanitatis competenti sibi: et de tali medicina dictum est: Non sanat oculum quod sanat calca. pestis enim superbie non sanatur per ieiunū: quia licet infusa sit gratia: tamen adhuc remanet fomes inflammatus ex ea parte ex qua p̄rius erāt inflammatus. sed bene cōcedimus q̄ ieiunium satisfacit pro peccato superbie et auaricie: sed non sanat nisi peccatum luxurie. vnde non valet hec argumentatio: iste nullius pene debitor est: ergo ex toto est sanatus cum remaneat adhuc fomes inflammatus ꝛ p̄ontitas cadendi. Et sic patet solutio ad primas duas obiectiones. Ad illud quod obijcitur de hac auctoritate: hoc genus demoniorum non eijcitur nisi oratione/ ꝛ ieiunio/ verum est perfecte et totaliter/ ꝛ loquitur ibi dominus de quodam genere hominum incorrigibilium. Sunt enim duo genera hominum incorrigibilium: de quibus dicit dominus in euangelio. Nolite sanctū dare canibus: neq̄ mittatis margaritas vestras ante porcos. Canes sunt detractores/ detractores/ inuidi/ stulti qui reputāt se sapientes/ de talibus dicit Salomon in ꝓuerbijs: Noli deridere arguere ne oderit te: ꝛ alibi: Non recipit stult⁹ verba prudentie nisi ea dixeris que versantur in corde eius: ꝛ ecclesiasticus: homo assuetus in verbis improperijs in omnibus diebus suis non erudietur/ id est vix et difficiliter erudietur: tales monēdi sunt ne obtenebrentur a radijs solis neq̄ moriantur de aromatibus id est de bonis alior. Est aliud genus hominum incorrigibilium/ qui dicuntur porci id est superbi/ ꝛ luxuriosi simul qui dicūtur euocentauri: taurus pertinet ad superbiam: tales incorrigibiles sunt: quia nō est in eis per quod intret correptio. a superiori enim non intrat propter superbiā: nec ab inferiori propter luxuriā. de tali gñe dicit dñs: hoc genus demoniorū nō eijcit nisi in oronе ꝛ ieiunio simul: oronе cōtra superbiaꝫ: ieiunio contra luxuriaꝫ. Et ad obiecta contra hoc dicendum est q̄ hoc genus demoniorū quantū ad satisfactionеꝫ

Ad secūdū
Exemplū
Alīs exemplū.
Nō diligēt
Ad vltimū
De magdalena.
alī exponit
ꝯ hoc ar.
Confirmat
Secundo.
Tertio.
Ad idem.
Jterū ar.
Ad idem.
Solutio.
Ad rōnem
Ad aliud.
Duplex genus hoīm incorrigibilium.
Ad alia.

non quantum ad sanationē:aliter ejcitur q̄ per ie=
iunīū et orationem:scz per elemosinas:ꝛ per contri
Ad auctoritatem. tionem sufficientie.Ad auctoritatem apostoli dicim⁹
q̄ exercitatio corporis inquantum est corporis exer
citatio non valet nisi ad repressionem fomitis:sed in
quantum est ex caritate valet ad vitā eternā:sed pie=
tas.i.opera pietatis ex pietate sunt.vnde valēt ad vi
tam eternā:valent etiam ad remissionē pctī : valent
etiā ad augmentum caritatis:valent ꝓpter similitu=
dinē dei quā conseruant et augmentant:qz per ope =
Ad vltimū ra mīe maxime assimilatur quis deo:nō per opa ab=
stinentie:valent etiā ad vitam presentez.Ad vltimo
obiectū dicim⁹ q̄ non ē simile de medicina spirituali
et corporali.qz non oēs tēperantie corporales redu =
cuntur ad vnā tēperantiā corporalē:nec ēverū q̄ ha=
bita vna temperantia corporali habeant oēs alie : qz
potest esse tēperantia inter calidum et frigiduz : ꝛ nō
inter calidum et humidum/vel inter plenū ꝛ vacuum
quedā enim egritudo est ex repletione/q̄dā ex inani=
tione:sed omnes tēperantie spirituales reducuntur
ad vnā temperantiā spiritualem:scz ad fidem que est
perfectio intellect⁹.et habita vna tēperantia spiritua
li habentur omnes alie:quia habita vna virtute ha =
bentur omnes alie.

¶ Vtrū penitentia pro alio facta valeat.

¶ Tertia questio.

In oppo⁹ Sit aliquis in lecto egritudims et inūgat ei penitē
tia duorum annoz et amici eius videntes eum debi =
lem et ipotentem ieiunare ex pietate obligent ad fa =
ciēdum illam penitentiam ꝓ eo .queritur vtrū infir= q̄o incidēs.
mus sit absolutus a debito illius pene:videt q̄ sic:qz Aī q̄ sic.
si aliquis debeat aliquā summā pecunie alicui credi
tori et alīqs fidelis homo obliget se ꝓ illo debitore
creditor absoluit debitorem:sed in infinitū promptior ē
de⁹ ad absoluēdū q̄ aliqs purus hō.ḡ cum sanctiviri
ita se obligent ꝓ infirmo ad faciendū illā penitentiā
sit ita de⁹ absoluit illum a debito illius pene:ḡ si de=
cedat statim evolabit. Contra.moriunt oēs nō solu= In oppo⁹
ta pena illa:ḡ qui obligauerunt se nō soluent penā il
lā:quia in paradiso nō soluēt nec in inferno:qz in īfer=
no nulla ē redēptio.ḡ sm hoc nullus soluet penā il =
lam et hoc impossibile:qz cum de⁹ sit summa iusticia
nō potest non punire peccatum:aliter enim negaret se
Item.queritur vtrum ille qui satisfacit pro alio satis Alia q̄stio.
facit ꝓ se.videtur q̄ sic qz qui meretur alij vitā eter= Aī q̄ sic.
nam meretur et sibi:ergo qui meretur alij remissio =
nē pe.meret et sibi remissionē pe . ergo cū satisfacit
ꝓ alio satisfacit ꝓ se.Esto q̄ sit debitor illi⁹ pe. duorū
annoz:et pr̄ su⁹ similiter et facit fili⁹ penitētiā duorū
annoz ꝓ patre suo:ergo satisfaciendo pro patre suo
satisfacit pro se:vterq; absolutus est. Contra.illi duo In oppo⁹
debēt penitentiam duorum:ergo non vterq; est ab =
solutus. Solutio.ad hoc nobis videtur dicenduz q̄ Solutio.
penitentia facta ꝓ viuo valet ei ꝓ quo fit:si discrete ꝛ
ex pietate ꝓ ipō fiat suscipiat.discrete dico:qz nō pas=
sim suscipienda est pnīa pro alio cum ille alius fortis
et potens sit facere penitētiā propriā:ꝛ ille q̄ suscipit
vix sibi suscipit ꝛ nemo debet alteri esse carior q̄ sibi:
si aliquis sit in lecto egritudinis ꝛ amici eius obligēt
se ex pietate ad satisfaciendum pro ipso tunc discreta
suscipitur penitentia pro ipso et valet ei. similiter si
aliquis videns se fortem potentem discrete illa pe=
nitentia suscipitur ꝛ valet ei pro quo fit : sicut prędi = Ad rōnem
cauerunt in regno francie illi qui crucē p̄dicabāt. Ad
illud quod queritur vtruz ille infirmus absolutus sit
a debito pe.quādo amici sui obligant se pro illo Dici
mus q̄ non: immo si decedat intrabit purgatoriū nec
exibit donec ipse ꝛ amici eius satisfe.ꝛ hoc est:qz in i=
fusione gratie quādo deus viuificauit illū misericor=
dia dei habuit locum cōmutando penā eternam in tē
poralem.vnde pena tēporalis q̄ restat est de mera iu=
sticia dei.vnde necesse est/ necessitate absoluta/ipsum
absolui:aliter enī euacuaretur dei iusticia.vnde:pena
contingēs/vel obligatur ad penā que forte erit nō sa=
tisfa.pro illa pe. nec est simile de illa obligatione que
fit homini:ubi enim nō est mera iusticia : sed cū ipse in
purgatorio vel amici eius satisfecerint absoluitur ille Ad vltimū
aliter nō. Ad vltimum dicimus q̄ nō valet hec argu=
mētatio:isti merēdo illi vitam eternam ꝛ sibi merent
vitam eternam:ergo merendo alij remissionē pe. me
retur ꝛ sibi: et hoc est quia q̄ meretur alij vitaz eter=
nam non tam est ex bonitate operis q̄ ex liberalitate
dei:sed satisfa.vel pro se vel pro aliquo de mera iusti=
cia dei est. Preterea cum aliqs meretur alij gratiam
et vitam eternam deo seruit/ꝛ ita meretur sibi vitam
eternam:sed cū satisfacit pro alio seruit quidem deo/
et meretur vitam eternam:sed non satisfacit pro deo
et ita non est simile:valet ergo satisfactio pie et discre
te recepta pro alio siue pro viuo siue pro mortuo:sed

Tertio. Ertio capitulo queritur de penitentia quā fa=
cit aliquis.Et queritur vtrū penitentia facta ꝓ
Aī primo. viuo valeat ei pro quo fit.et probatur q̄ penitētia fa
cta pro defunctis valet eis.qō ꝓbat augustin⁹ per au
ctoritates veteris et noui testamenti.veteris / qz iu=
das xij.dragmas argenti misit ierosolimā offerri ea
ibi ꝓ pctis mortuorum iuste ꝛ religiose ꝛc.per aucto
ritatē noui:qz eccl̄ia orat pro defunctis:ergo peniten
tia facta ꝓ defūctis valet ꝓ defūctis : ḡ facta ꝓ viuis
Secundo. valet ꝓ viuis.Itē.ꝓbat q̄ suffragia eccl̄ie non ꝓsunt
defūctis p hanc auctoritatē apti.oēs nos oportet ma
nifestari añ tribunal xp̄i:vt recipiat vnusq̄sq; prout in
corpe suo gessit siue bonū/siue malū:ergo nullus re=
cipiet aliq̄d nisi sm q̄ meruit in corpore:sz iste q̄ ē mō
in purgatorio non meruit in corpore remissionē pene
purgatorij.si ei meruisset non esset mō in purgatorio
ḡ de cetero non recipiet remissionē huiⁿ pene:ḡ suf =
fragia eccl̄ie non ꝓsunt defūctis.hanc rōnē soluit per
distinctionē meritū.Est ei duplex meritū:scz absolu =
tū et cōditionale.iste q̄ decessit in caritate et modo ē
tū in purgatorio non meruit merito absoluto remissio
nē illius pene:sed merito conditionali meruit remis
sionem huius pene:scilicet sub hac conditione.si pro
ipso fierent suffragia . ponamus ergo duos equales
omnino in caritate in bonis operibus et meritis et
equales pene debitores et alter decedat reliquus nō
iste qui decedit meruit remissionē pene quam habet
si pro eo fiant suffragia:sed ille qui non decedit in oī
bus est equalis ei.ergo meruit merito cōditionali re
missionē pene quā debet si suffragia fiant pro eo:re =
mittetur ei pena quā debet.ergo penitētia quā facit
Tertio. aliquis ꝓ viuo valet viuo. Item . aliqs meretur alij
etiā indigno p̄mā gratiā.ḡ multofortiⁿ meretur iam
digno qō minus est:scz pene remissionē.et ita penitē

ponatur q ille pro quo fit nullius penitentia debitor sit iam ē i requiē eternā. secundum hoc satisfactio facta pro ipo non valet ei p quo fit: nec valet ei qui facit inquantum est satisfactio: quia non intēdit satisfacere pro se: r satisfaciendo nō satisfacit pro se: vt dictum ē. ergo illud opus inquantum ē satisfactio ad nichil valet. In oppm Cōtra. illud opus inquantum ē satisfactio est aliqō bonū/et nullū bonum irremuneratum: ḡ remunerabiē inquantum ē satisfactio: ergo inquantum Solutio. satisfactio ad aliquid valet Ad hoc potest dici q cum opus illud non valet illi pro quo fit: valet illi qui facit conuertiē enī ad ipsū: sicut dicitur de ofone. Ofo mea in sinu meo conuertetur. valet ergo ei qui facit: etiam inquantū ē satisfactio si aliquid est in ipo purgandū: q ei conuertiē ad ipsum hoc est ex liberalitate dei ppter quem facit opus illud: cū enim satisfacit pro aliq: vel intendit satisfacere: hoc facit propē deū.

De penitētia maiori vel minori condigna.

Quarta questio.

Quarto capitulo queritur de penitentia maiori vel minori condigna. et condigna dicitur penitentia illa quam deus taxauit: preuidit enī ab eterno ql̄z pctā quibus penis puniri debeant. sit ergo q sacerdos discretus iniungat alicui penitentiā minorez condignā et ille faciat eā: Queritur an illa cōpleta sit Af q sic. absolutus. Probatur q sic: q fecit quidquid iniunxit ei ecclesia oībus modis: ḡ ē absolut⁹. ergo si decedat In oppm statim euolabit. Contra. aut hō punit/aut deus: ergo cum iste non plene satisfecerit aut iterū puniet se aut deus puniet ipsū in purgatorio. ergo nō ē absolutus Secundo. Item. aut tenetur facere residuū aut nō. Si tenetur Contra. si non faciat non obmittit etiā habito tēpore r loco: sit ita q adhuc viuat per annū: ergo nō tenetur facere illud residuū. Contra. ꝓceptum ē: facite dignos fructus penitētie:: sed iste non facit dignos fructus penitētie. ergo adhuc tenetur facere. Solutio. Solutio. condigna penitētia ꝺr duob⁹ modis. primo ꝺr condigna illa quā de⁹ taxauit. scō ꝺr condigna illa quā facta statim euolat penitēs r ista minor q illa condigna quā deus taxauit: quia de illa condigna quā de⁹ taxauit aliquid remittiē illi ex vi clauiū. aliq̄d etiā remittitur isti adiutorio eccīe: q pticeps ego sū oīm timentiū te. vnitas ei eccīe multū valz ad remissionē pctōr q sancti viri lugent p pctis aliorū. vñ iere. quis dabit capiti meo aquā r oculis meis fontē lacrimarum et plorabo inf̄ectos populi mei. r i trenis. vie syō. i. sancti lugent eo q nō sūt q̄ veniant ad solennitatem. si ḡ ille facta penitētia iniūcta saluo auxilio clauiuz r eccīe: adhuc nō euolaret si decederet: q nō ē absolutus quantum ad forū dei: sz quātū ad forū eccīe. r sic per hoc ad primū. pz solutio ad primo obiectū. Ad illō q̄ querit vtruz Ad aliud. teneatur facere residuū. dicim⁹ q tenet: nec valet hec argumentatio. nō obmittit si nō faciat: ḡ non tenetur facere. Instātia: iste nūq̄ honorabit parentes nec obmittit. ḡ nō tenet honorare. q forte nunq̄ erit tps et locus. Similiter: forte nunq̄ erit tempus in quo iste Alia q̄o. omittit: si tūc non satisfaciat: tñ si cogitaret de pctō tenet dolere: r si doleret satisfaceret. Itē. q̄rit postea de illo cui iniūgit pnia maior condigna. vtrū penitētia maior condigna facta vt cōpleta teneatur facere re Af q sic. siduū. Videtur q sic: q tenet obedire eccīe. ḡ tenet facere totā penitētiā quā iniūxerit ecclesia. Sz cōtra In oppm Si decederet statī euolaret. ḡ penit⁹ ē absolut⁹. Itē Secundo. si satisfaciat residuū: querit ad quid valeat ei illud: nō enī valet ei ad remissionē pctōr: q nullius pene debitor ē. nec valet ad vitā eternā inquantū opus satisfactoriū: q ꝓprie valet ad vitā eternā inquantū ē ex caritate: ḡ inquantū ē opus satisfactoriū ad aliud debet valere. si dicat q ad nichil valet inquantū ē satisfactoriū. ergo cū inquantum est satisfactoriū bonū sit: aliquod bonum est irremuneratum: qō est impossibile. Ad hoc dicimus q cōpleta condigna penitētia absolutus est iste quantū ad forum dei: sed non quantum Solutio. ad forum ecclesie: et si faciat illud residuū valet ei ꝓprie ad augmētū gre: q illō satisfactoriū cedit quasi i aliud genus operis scz i opus supererogationis q̄tuz ad conspectū dei: q in conspectu dei iste nullⁱ pene debitor ē: valet etiā ad multa alia q̄ dicta sunt supra in q̄stione de multitudine operū factoriū ex eadē caritate. Et similiter possum⁹ dicere q si ille qui intendit satisfacere pro aliquo nullⁱ pene sit debitor: nec ille p quo satisfacit valet ei opus illud satisfactoriū quātū ad augmentum gratie: quia cedit illud opus in gen⁹ supererogationis.

De solenni penitentia.

Quinto capitulo dicendum est de solenni penitētia de qua dicit ambrosius. q sicut est vnū baptisma/ita et vnica penitentia. Et augustinus dicit q propter excellentiam suā non est iteranda solēnis penitētia ne vilis habeatur. Est autē solennis penitētia que fit extra ecclesiam in capite ieiunij cum eiciūtur publice penitētes de ecclesia/ nec introducunt vsq̄ ad diē iouis añ paschā: r fit hec penitentia pro enormib⁹ et maioribus criminibus: imponitur autem talis penitētia ad maiorem humiliationē penitentiū/ vt cum viderit se eiectos a ꝓsortio fidelium: qui intrant ecclesiam reputent se maxime indignos: ex hac reputatione maxime humiliētur in conspectu dei: r sic maxime fiāt de ecclesia merito/r sic fit eor penitētia excellētissima. vñ propter excellētiam suam nō iteratur: tamē in quibusdā ecclesijs iteratur. Quod enim dicit Origenes: q de enormib⁹ peccatis r maioribus tātum fit primo penitentia: nō intelligitur hoc de solēni penitētia: sed de penitētia peccati in spiritūsanctū de quo tm̄ fit primo penitentia. i. in inicio: dū adhuc nō est radicatum illud peccatū in anima: in nouitate enim capiende sunt vulpes paruule que demoliuntur vineas: cum enim induratum est peccatum in spiritumsanctum tanta est labes illius peccati/vt dicit Augustin⁹ q deprecandi humilitatem subire non possit. i. vix et difficillime possit. r propter hoc dicit Origenes: q de illo tantum primo fit penitentia vel in principio vel in nouitate: r quia solēnis penitentia positiuum quiddā est vel ab impositione: non amplius de ipsa dicimus.

Ambros⁹. Augustin⁹ Origen. Augustin⁹

De restitutionibus.

Aliud capitulum.

Sexto capitulo dicēdum est de restitutione. Circa quam primo queritur an sit pars satisfactiōis Secundo de casibus q̄ circa restitutionem adesse dicūtur. Juxta primum probatur q restitutio sit pars satisfactiōis: qd dicit auctoritas: nō dimittiē pctm̄ nisi restituat ablatū: ḡ sicut ad verā penitētiā exigit ꝓfessio Af q sic.

exterior et operis satisfactio:ita ꝛ restitutio. ergo restitutio ē pars vere penitentie: sed non est contritio vel confessio:ergo ē satisfactio:et ita est pars satisfactionis. Jtē. si aliquis ē ipotēs restituere iniungitur ei penitentia maior/q̄ iniungeret si restitueret: ergo sicut illa maioritas est pars satisfactionis:ita restitutio. Jtem. distinguūt sancti triplex pctū: scz peccatū in deū/peccatū in ꝓximū/pctū in se. ergo sicut satisfactio deo pars est penitētie pctī in deū:ita satisfactio ꝓximo ē pars penitentie pctī in ꝓximuz:sed satisfactio ꝓximo est restitutio. ergo restitutio est satisfactio vl pars satisfactionis. Jtē. penitētia medicina est:et cōtraria contrarijs curantur. sed nichil adeo contrariū est rapine vt restitutio: ergo per restitutionē maxie curatur peccatū rapine. ergo restitutio penitentia ē vel pars penitentie. Sed contra. dicit psalmista: Tibi soli peccaui. ergo oē pctū contra solū deū ē. ergo satisfactio de pctō soli deo fit:sed restitutio soli ꝓximo fit. ergo restitutio nō est satisfactio:nec pars satisfactionis. Jtē. pctū ē corruptio boni vt dicunt sancti et est duplex corruptio boni:quedā violenta:quedaz voluntaria vt dicit augustinus in libro contra epistolā fundamenti in fine. corruptio boni voluntaria ē cā corruptionis violente boni. sed illꝰ bo. volūtaria corruptio pctū ē: vt boni quod est in aīa. hoc aūt est imago dei. ergo pctū ꝓprie nō ē nisi corruptio imaginis dei vl dissipatio:sed dissipando imaginē dei nō fit iniuria nisi deo. ergo nec satisfactio de pctō fit ꝓprie nisi deo:sed restitutio ꝓprie fit ꝓximo:ergo restitutio nō est satisfactio:nec pars satisfactionis. Nō ꝓcedimus. Non tñ dimittit pctū nisi restituat ablatū. Exigitur enī ad verā penitētiā restitutio:sed nō vt pars: sed vt fundamētum:sicut ꝛ alia p̄cepta p̄maria ad que tenemur:ꝛ si nō peccasset homo:p̄ceptū enī ē restituere ꝛ sine implettone p̄ceptorū nō ē vera pnia. Ad secūdo obiectum dicimus q̄ nō inūgit maior penitētia impotēti restituere: ꝓpter hoc q̄ restitutio ps sit satisfactionis:sed qz ꝓbabile ē q̄ magis peccauit cōsumendo bona alioꝝ stulte et luxuriose q̄ si consūpsisset bona sua. Ad tertio obiectū dicimꝰ q̄ ipro p̄e ꝺ̄ aliquis peccare in ꝓximū. est enī sensus: iste peccat i ꝓximum i. iste peccat in deū actione tali qua dānificat ꝓximus vñ pctū ꝓp̄e ē in solū deū. Ad vltimū dicimꝰ q̄ hec ē falsa. nichil adeo ꝓriū ē rapine vt restitutio. restituere ei nō ē dare de suo: sed reddere alienū. rapina vero auaricia ē: auaricie vero maxime contrariū ē dare de suo. vñ ꝙ dare de suo vel ꝙ opa pietatis maxie curat auaritia. ꝛ ꝙ hoc magis ptz solutio p̄dictoꝝ: scz q̄ restitutio non est pars satisfactionis.

Ad primū
Ad secūdū
Ad tertiū
Ad vltimū

De casibus in quibus restituendum ē: ꝛ primo vtrū licet differre restitutionem.

Secundū capitulū qd̄ ē de casibus in quibus tenētur homines ad restitutionem: diuiditur in sex capitula partialia. Primo occurrit generalis questio qua dicitur vtrum liceat ex causa aliqua differre restitutionem. ponatur ergo q̄ iste non habeat aliq̄d nisi illud quod habet de rapina: siue per furtū siue pvsuram: vel aliquo alio modo. et si restituit vxor eiꝰ prostituetur et filij eius morientur fame. Probatur q̄ in hoc casu licite potest differre restitutionē: qz potest aliquis licite differre confessionem vel satisfactionē exteriorem ex causa aliqua: sicut cū ē infirmus et nō ꝓt ieiunare. ergo si aliquis ꝓt ex causa licite differre qd̄ debet deo: multofortius potest ex causa licite differre reddere quod debet proximo. ergo ex causa licite ꝓt differre restitutionē: ꝛ nulla maior cā q̄ articulꝰ necessitatis. ꝝ in articulo necessitat[ꝓt iste licite differre restitutionē Jtē. in xxtij. deutero. ingressꝰ vineā ꝓximi tui comede vuas q̄tum tibi placuerit. foras autem ne efferas tecum. ergo si preter articulum necessitatis licebat edere de alieno etiam inuito domino: multofortius in articulo necessitatis licet comedere de alieno inuito domino. ergo iste in articulo necessitatis licite potest differre restitutionem. Jtem. dicit augustinus Melius ē claudos q̄ lugere mortuos. claudus ē qui in parte restituit: in parte non. mortuus qui nichil restituit. ergo melius ē tantum partem restituere q̄ nichil. videtur ergo q̄ possit isti consuli: q̄ saltez partē reddat: sed circa consilia ꝓt esse dispensatio. ergo per dispensationem ꝓt iste licite differre restitutionem. Jtem. si non appareant illi quibus debet reddere: ꝓt episcopus dispensare cum illo: ne statim reddat. ergo et prius cum apparebat poterat dispensare: ergo ex dispensatione ꝓt iste licite differre restitutionē. Sed contra. dicit augustinus. Simulata ē penitentia vbi ablatum non restituitur. quia nō dimittitur peccatū nisi restituatur ablatum. Jtem. in leutico. Oē mortuum et captum a bestia nō comedas: ergo peccat mortaliter qui comedit: et ita non licet differre restitutionem ex quo non licet comedere de rapina. Jtē. in thobia. videte ne furtiuum sit: sed reddite eum dominus suis: quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid: aut contingere. Jtem. in xxtij. deutero. Cuz votū voueris domino deo tuo non tardabis reddere ergo si votum statim reddendum est: eadem ratione et furtum et rapina ꝛ huiusmodi. Quod cōcedimus. vñ quicūq̄ tenet restituere tenetur ad id statim si potest restituere / nec licet aliquo mō differre restitutionem nisi de voluntate illius cui debet: de volūtate vel co impetrata sine fraude aliqua: cuidā enim ipetrant per fraudem: creditor enim plus vult habere partez q̄ nichil: sed si ille q̄ tenetur restituere habeat alia bona q̄ de rapina facilius debet induci creditor ad dandum dilationem. Solutio. Ad primo obiectum dicimus q̄ nō est simile de cōfessione ꝛ satisfactione exteriori/ꝛ de restitutione: quia sicut dictum est supra. Cōfessio exterior ꝛ satisfactio exterior nō sunt pure moralia: imo sine cōfessione ꝛ satisfactione exteriori potest saluari aliqs per solam cōtritionem: sed restitutio de pure moralibus est in quibus consistit similitudo dei sine quibus nō est salus. Et circa ista nō potest dispensare domin⁹ papa: dictuz est q̄ restitutio fundamētuz est penitentie/ꝛ est sicut causa materialis que substernitur vere penitētie. vnde sine restituone nō est salus. Ad secundo obiectū dicūt quidā q̄ q̄diu vue erant i vinea/tēporalis dominus nō erat verus dñs earꝝ: imo multa impedimēta poterant accidere ne fieret verus dominus/ꝛ propter hoc ille qui intraret vineam proximi sui nō comedebat vuas inuito domino: sed quādo vinum erat repositum in cellario tunc erat verꝰ dominus: et tunc non licebat alij accipere: nō est ergo simile de vuis ꝛ de restitutione: quia ille cui tenetur restituere verus dominus est eius quod tenetur restituere. Sed hec solutio nulla videtur esse: quia si dominus p̄ceꝑisset q̄ iste de cellario proximi sui acciperet vinum nō peccaret si acciperet: sicut non peccauerunt

Secundo.
Tertio.
Quarto.
In oppoᵐ
Secundo.
Tertio.
Quarto.
Solutio.
Solutio
Ad primū
Ad secūdū dicūt aliq.
Ꝟ hāc af.

Prima q̄o
per hoc ad primū.
Af primo

filij israel accipientes precepto dñi vasa egiptiorum dñs enī qui verissimus ē dñs oīm transtulit dominū illorū vasorū. similiť non peccauerūt filij israel occupando ťram promissionis: quia dominus trāstulerat dominū illi⁹ ťre in filios israel. ex precepto ergo domini erat q̄ non peccabat ille q̄ intrans vineā p̄rimi sui comedit vuas: ille enī quas comedebat sue erant q̄ dñs transtulerat dominū in ipsū. Ad cōcedimus. vnde dicimus q̄ illa argumentatio non est sufficiens sed potest esse cooperans. sufficiens aūt ratio est q̄ restitutio ē de puris mozalibus: illud vero p̄ceptuz est de iudicijs. ⁊ ꝓpter hoc non ē simile: in lege enī tria erant: scz mozalia que sūt imobilia: et cerimonalia q̄ significabant veritatē futurā: ⁊ illa cessauerūt veritate venente: et iudicia que diuersificanť secūdū diuersas cōsuetudines regionū. preceptū ꝯ illud iudiciale fuit. Terra enī promissionis fertilissima fuit: et tudet pauci erant. vnde volebat eos dñs prouocare ad opa caritatis: ⁊ ꝓpter hoc dedit illō p̄ceptū iudiciale: sz modo non tenet: q̄ tanta est multitudo hoīm q̄ nisi reseruarēt victualia sicut reseruāť: perirent homines fame. Ad ťtio obiectū dicimus q̄ melius est habere claudos q̄ lugere mortuos. i. minus malū: et potest ibi esse ꝓmissio cōparatiua: vel consiliū comparatiuū potest enī sacerdos consulere vt saltē partē restituat si nō vult totū restituere vt paulatim ducať ad pfectū sed non est propť hoc absolutus. Ad vltimo obiectū dicimus q̄ cū nō apparent illi nec apparere possunt quib⁹ iste teneť restituere: tūc teneť reddere eterno dño i pauperibus: q̄ qđ vni ex minimis meis fecistis michi fecistis: et q̄ eps ꝓcurator et tutor est pauper potest dispensare ne iste stati restituat: sz cū apparent illi quibus ille teneť restituere nō potest dispensare: quia non est ꝓcurator eorum.

Ad argūm tum

Ad tertiū.

Nouē mōi

¶ De currentib⁹ cum fure et participib⁹ iniurie eius.

¶ Tertia questio generalis.

TErtia questio generalis de restitutionibus et de currentib⁹ cū fure: vt̄ teneantur ad restitutionē de quib⁹ dauid. si videbas furē currebas cū eo ysa. Principes tui infideles socij. sunt aūt nouē modi currendi cū fure. primus ē cū aliquis princeps p̄cipit prepositis suis vt rapiant vbicunq̄ possint. Secūd⁹ ē q̄n aliquis consulit vel instigat furē vel vsurariū vťy monachū: vel generaliť raptorē ad hoc vt raptor rapiat. Tertius est q̄n consentit vel auxilium p̄bet aliquomō ad hoc vt raptor rapiat. de talibus dicit. Satis excoriat q̄ tenet pedē. Quart⁹ est p adulationē cū adulať aliq̄s alicui raptori laudādo ipm de pctō suo. Quint⁹ ē p recursū: currūt ei cū fure illi qui apud q̄s latrones latitant cū spolijs suis. Sext⁹ ē p participationē: sicut cū aliq̄s scienť comedit de vsura vťrapina vel hz portionē in rapina. Septim⁹ ē p silētiū cū aliquis p̄t monere raptorē ne rapiat: ⁊ nō monet cū monitio sua potest ꝓdesse. Octauus est cum non resistit raptori cum possit resistere. et de tali dicit auctoritas Non caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obuiare. Nonus et vltimus est cum non manifestat. Si enim manifestaret iuuaret proximum ad recuperandum rē suam: vel premuniret eū vt non amitteret. de istis modis sunt isti versus. Jussio/consilium/consensus/palpo/recursus. participās mutus/nō obstans/non manifestans. de primo modo

certum est q̄ tenetur p̄nceps ad restitutionem: nisi ille qui rapit restituat: quia ille facit cuius auctoritate fit: sed de consulentibus et consentientibus: queriť vtrum teneanť ad restitutionem. Probatur q̄ sic: q̄ consulens vel consentiens facit aliquid per quod iste amittit rem suam: ergo teneť restituere. Item. consulens peccat in deum in proximum et in ipsum furem quem scandalisat. ergo cum fur teneat restituere: mⁱ tofortius et consulens et consentiens ⁊c. Preterea. qui occasionem damni dat damnū dedisse videť. sed econtrario. videtur q̄ non teneat restituere: quia ille non habet nec habuit de re illi⁹. ergo nichil tenetur illi restituere. Item. si consulens vel consentiens tenetur restituere in nullo potius casu q̄ in illo in quo fur non est soluendo: vel quando cōstat q̄ fur nō reddet. fiat ergo non soluēdo consulens vel consentiens tenetur restituere ex aliqua lege: non nisi lege diuina. ergo ex lege diuina tenetur restituere. Sz contra fiat subito fur soluendo: et restituat penitus: aut iste tenetur restituere: aut non. Si sic. Contra. illi penitus restituta ē res sua et non debet ei bis restitui: ergo iste non tenetur ei restituere. ⁊ si hoc cum lex diuina immobilis sit nec prius tenebatur cū fur non erat Solutio. Ad hoc distinguēdum est q̄ iste vel prebet consilium vel auxilium: alias non facturo: vel alias non facturo Si alias non facturo tenetur ad restitutionem totaliter nisi raptor restituat. tunc enim est principalis causa illius rapine. si alias facturo: tūc tenetur restituere in parte: nisi raptor totaliter restituat: tūc enī est causa illius rapine. ⁊ nō valet hec argumētatio: iste nichil hz de re illi⁹ nec hūit. ꝯ nichil teneť ei restituē addēdū ē nec abstulit ei aliq̄d ⁊ h⁹ falsū. abstulit ei ei aliq̄d/vel coabstulit causaliter: quia cā fuit vel cōcausa ablationis Ad scd̄o obiectū dicimus q̄ sicut duplex ē necessitas absoluta: vt hec: necesse ē deū esse: cōditionalis vt hec: necesse est sortem sedere/dū sedet: ita duplex est tentio: absoluta ⁊ cōditionalis: absoluta tentione/raptor restituere: tētione cōditionali teneť cōsulens vel cōsentiēs restituere sz si raptor nō restituerit/⁊ tenetur ex lege diuina cū illo casu. vnde si fur restituat/iste nō tenetur restituere: quod autem obijcitur q̄ lex diuina immobilis est: bene ꝓcedimus Unde adhuc est vera ista: iste tenetur restituere/si fur nō restituat. De quarto modo distinguēdum est: q̄ si adulatio est generalis nō tenetur restituere adulator tamē peccat mortaliter: si sit specialis vt dicit raptori bene facis auferēdo isti res suas: tunc est consulēs vel cōsentiens/⁊ tunc tenetur restituere. De quito modo certū est q̄ cū ille apud quez latitant latrones habeat et ipsos et spolia in potestate sua: tenetur restituere. De sexto modo similiter cōstat q̄ qui acciptūt vel comedūt scienter de vsura/siue sint monachi siue alij/tenentur restituere: q̄ nō debēt ꝓmittere se discrimini. Sz de trib⁹ vltimis modis dubiū est an teneantur ad restitutionē. Videtur q̄ sic: quia ille tenetur diligere proximum suum sicut seipsum: ergo tenetur cōseruare rem p̄imi ⁊ non conseruauit: quia non premonuit furem: nec restituit rapiēti: nec manifestauit: ergo tenetur restituere. Et ad hoc dicendū q̄ non valet hec argumentatio: q̄ ad hoc q̄ teneatur restituere oportet q̄ abstulerit vel proprie vel causaliter quod non mueni tur in tribus illis modis.

Ad secūdū

Ad aliud.

Dubium.

Ar q̄ sic.

Solutio.

¶ Utrum generalis necessitas ecclesie possit dispensare cum aliquo ne restituat.

Quarto capitulo queritur vtrum gñalis necessi
tas ecclie possit dispensare cū aliquo ne restitu
at quod alias restituēdū est: sicut cum milites multa
habeant de rapina et indebitis exactionibus. quer
vtrū ꝓ succursu ꝛre scē i qua periclitat fides ⁊ interfi
ciunt christiani: possit dispensare eccl̄a cū militib⁹ ne
restituant: ſz expendat pugnando ꝓ fide christi. Vide
Af ꝙ sic. tur ꝙ sic: qz vt habetur primo regū. Ad dauid vene
runt oppressi ere alieno et fact⁹ est eorū princeps. ſz
vt ðt apo. oīa contingebant illis in figura: ergo ⁊ ad
verū dauid ſcz ad christū possūt cōuentre oppressi ere
Tertio. fert lig.fe.sti.ergo nec baptismus. Itē si aliquis exi=
stens in peccato moꝛtali nō dimittit peccatū suū: ꝛ sic
accedat ad baptismū : fictus accedit et nō dimittūtur
et peccata : ergo cū aliquis imperfectꝰ multa habeat
venialia ꝛ nō dimittat ea: quia nō potest ea dimittere
velvix potest:sed si sic accedat ad baptismū q̄tū ad il
la venialia fictus accedit:ergo nō dimittunꝫ ei in bap
Iꝰ oppoᵐ tismo. Sed contra. dicit in exodo Currus pharaonis
et exercitus eius pꝛoiecit in mare rubꝛū:per mare ru
bꝛum significatur mare baptismꝰ : ergo in baptismo
subiungitur pharao ꝛ totus exercitus eius:scz diabo=
Secundo. lus et omnia peccata. Itē in baptismo dicitur vestis
Tertio. candida que significat vestē innocentie. Item quādo
christus fuit baptisatus aperti sunt celi ad significan=
dum qꝝ baptisatis aperitur celū : ergo vel significatū
nō respondet signo vel statim baptisatus statim si de=
cedat euolat: ergo in baptismo dimittunꝫ omnia pec
Quarto. cata. Itē dicit apostolus. Sine penitentia sunt dona
et notio sup locū ōt glosa. baptismꝰ nō exigit gemitū
neqꝫ planctū: ꝛ ita totaliter dimittunꝫ peccata in bap
Quinto. tismo. Itē efficatioꝛ est baptismꝰ q̄ penitētia: qđ ꝓba
tur:qꝛ antiq̄ pꝛes nō potuerūt iꝫ penitere qꝝ delerēt
in se totaliter oꝛiginale pctm̄: sꝫ baptismꝰ tollit oꝛigi
nale:ḡ efficatioꝛ ē q̄ penitētia:sꝫ aliqua penitētia tol=
lit lignū fe.sti. ergo multo foꝛtius baptismus:quod
cōcedimus/licet multi dicant oppositum. Et ad pmo Ad pꝛimū.
obiectum dicimus qꝝ bene potest ꝓtingere qꝝ aliquis
imperfectus sit sine omni peccato/ꝛ securus ab vtro=
qꝫ igne ꝛ q̄tum ad omnimodā remissionē peccatoꝝ
baptismus ponit eū in statu perfectionis. Et quod di
cit apostolus ꝛ Augustinus intelligēdū est vt frequē
tius et in pluribus quia rarissime contingit qꝝ imper=
fectus sit sine lig.fe.sti.nō potest dici viu esse sine illis.
Ad secundo obiectū dicimus qꝝ non est simile de peni Ad scām.
tētia ꝛ baptismo:qꝛ baptismus efficatioꝛ est. Ad ter= Ad tertiū.
tio obiectū dicimus qꝝ imperfectus nō accedit fictus
ad baptismum q̄tum ad venialia:quia q̄tum in se est
dimittit illa et volet qꝝ nō pōt ea dimittere totaliter.

¶ Qualiter illam edificationem intelli=
git Ambꝛosius.

Circa tertium capitulum dicendū est qualiter in
telligatur illa edificatio secundū Ambꝛosiū:di= Ambꝛosꝰ.
cit ergo Ambꝛosius qꝝ fundamētum est doctrina apo
stolica per quā seminatur fides in coꝛdibus fidelium
et super hoc fundamentum quidam de magistris qui
succesſerūt apostolis edificant aurū/argentū/ lapides
pꝛecioſos scz veram et sanctā doctrinā que non ē esca
ignis:nō enim est cremabilis:sicut nec aurū nec argē=
tum nec lapides pꝛecioſi. Quidā autem edificant su=
per doctrinam aplicā lignū/ fenum/ stipulā/vanam et
friuolā doctrinam que nō ē contra fidem:si enim esset
destrueretur fundamētū/ꝛ huiusmodi doctrina ignis
est. vnde qui sic docent nō securi sunt ab igne purga.
habent enim secum lig.fe.sti. Sed obiicitur. illi q̄ do Iꝰ oppoᵐ
cent/aut docent verū/aut docent falsum: si verū:ergo
nō est friuola ꝛ vana doctrina : si falsuz/aut ī articulis
fidei:aut extra:si in articulis fidei:ḡ destruunt funda=
mentum/et ita peccāt moꝛtaliter: ergo nō edificant li
gnū/fe.sti.si extra articulos:ergo nō peccant:qꝛ doce=
re vel dicere falsum nō est malum secūdum se : immo
potest esse meritoꝛium. Item aplus dixit falsum cum Secundo.
dixit se iturum ad hispanos/tamē meritoꝛie dixit hoc
qui ergo docent falsum non peccant ex hoc ergo non
edificant lig.fe.sti. sed videt qꝝ nullꝰ pōt dicere falsuz
meritoꝛie vel docere: qꝛ si docet falsuz meritoꝛie: ḡ a
spiritusancto: qꝛ omne opus meritoꝛium a spūsancto
monēte: sed spiritussanctus monet ad docendum fal=
sum:spiritussanctus docet falsum:dicitur enī postula=
re pꝛo nobis:qꝛ facit nos postulare:eadem ratione de
bet dici docere falsum:qꝛ facit nos docere falsum:er=
go secūdum hoc spiritussanctus ē doctoꝛ falsitatis q̄d
est impossibile. Solutio. illi dicuntur edificare super Solutio.
fundamentum xp̄i lig.fe.sti. qui super doctrinā aplī=
cam edificāt vanam et friuolam doctrinam: ꝛ friuola
doctrina dicitur doctrina falsi cui admiscetur aliquod
peccatum: docere enim falsum nō ē peccatum secūdū
se:qꝛ ꝛ illi qui dicunt tm̄ quinqꝫ esse notiones merito=
rie possiunt hoc dicere: et illi qui dicunt nō tātum esse
quinqꝫ notiones meritoꝛie possunt hoc dicere: ꝛ tamē
alteri dicunt falsum. vnde doctrina falsi secundum se
nō ē vana ꝛ friuola:sed cum admiscetur peccatuz:pōt
aūt miscerī q̄druplex pctm̄:aliqs autē magister appe
tit excellere alios:ꝛ postea credit se excellere alios:ꝛ
postmodū vult apparere excellens:et pꝛopter hoc ha
bet curiositatē que ē libido sciēdi maxime eaque nō

est necesse scire: & cū ex his q̄ttuor vel ex aliquib⁹ istorum que sunt peccata venialia: docet falsuz: tūc saluo fundamento edificat lignum/fenum stipulam: peccat enī tunc venialiter: libido enī docendi falsū p̄t esse venialis: quia docere falsū est indifferēs/sicut libido comedēdi potest esse venialis: quia comedere est indifferens: sed libido fornicādi nō potest esse venialis: q̄ fornicari mortale est. Ad illud q̄d obiectū est q̄ spiritussanctus dicat falsū vel doceat. Forte dicet aliquis q̄ spiritussanct⁹ docet falsū: sed nō inquantū falsū: vel forte distinguet hanc propositionē. spūssanctus docet falsū: quia si actus transeat supra subiectū cū accidente falsa est: si sine accidēte vera est. Sed hec solutio nulla videtur esse: quia secundū hoc spūssanctus nullus eodē modo nō docet falsū quo iste magister nō docet falsum inquantū falsū: sed q̄d credit esse verū. Item si hec est vera: aliquo modo spūssanctus docet falsum ergo aut scienter aut ignoranter. si ignoranter: ergo spiritussanctus aliquid ignorat q̄d est impossibile: si scienter docet falsū: ḡ docet id quod scit esse falsū: ipse enī nichil ignorat: ergo mētitur: si enī aliquis homo doceret id quod sciret esse falsū: mētiret. Forte dicet q̄ hec locutio tropica est: spiritussanct⁹ docet falsum sicut et hec: postulat pro nobis: dicit enī postulare: q̄ facit nos postulare: figure autē nō sunt extendēde: sed hoc nō est euadere predictā obiectionē: quia determinatū est in quibus actionibus recipiendus sit huiusmodi tropus in quibus nō: in illis enī actionibus que determināt subiectū corporale nō recipitur huiusmodi tropus: sicut nō cōceditur q̄ spūssanctus comedat in isto vel eat ad ecclesiam: quia spūssanctus nō est os neq̄ pes: que determinātur per illas actiones: sed cū quoddā postulare sit corpale: quoddā spūale: postulare secundū se nō determinat corpus. vnde concedit q̄ spūssanct⁹ postulat in isto: similiter cū loqui quoddam sit spirituale: quoddā corporale: secundū se loq̄ nō determinat corp⁹. vnde spūssanctus loquit in isto. vnde apls. Olim deus loquens patribus in prophetis: similiter dicere vel docere secundū se nō determinat corpus: ergo sub eodē tropo sub quo dicit spiritussanctus loqui in prophetis et aplis: debet concedi spiritūsanctū dicere vel docere in isto: ergo iste docet falsū: meritorie spūssanctus docet falsū in isto. Solutio. hec propositio spūssanctus docet falsū vel dicit falsū nullo tropo cōcedēda est: quia dicere vel docere duo importat/scz manifestationē exterius et precōceptionē interius: qui enī dicit vel loquit manifestat exterius: quod cōcepit interius. vnde cū aliquis loquit a spūsancto manifestat exterius precōceptū inspiratū a spūsancto: sed quia spiritussanctus nunq̄ inspirat falsum preconceptio falsi nunq̄ est a spūsancto. Et q̄ dicere vel docere falsū importat precōceptionē falsi nō est concedendū: q̄ spiritussanctus doceat falsū in isto: sicut nō cōcedit q̄ in isto peniteat: q̄ penitere importat gemitū de peccatis: et perpetrationē peccatorum que nunq̄ est a spūsancto: sed bene cōceditur q̄ spiritussanct⁹ flet in isto: gemit ī isto.

Ad aliud.

Ꝫ hanc af.

Secundo.

Euasio.

Af q̄ non.

Solutio.

¶ De igne purgatorio q̄liter purget animas

Vltimo capitulo queritur de igne purgatorio qualiter purget animas: et videtur q̄ nō possit purgare: quia dicit boecius in libro de duabus naturis et vna persona christi: q̄ omne agēs in aliō agit in illud secundū aliam cōmutationē seu secūdū simbolū cū enī agens intendat dare qualitatē suā ei in q̄ agit necesse est q̄ istud habeat similē naturā: scz ī qua suscipiat illā qualitatē: sed aia et ignis purgatorius nō habēt cōicatīa: ergo ignis purgatorius nō agit in animā ergo nō purgat eam. Item: ois purgatio habet fieri per cōtrarium vt patet in contritione que contraria est peccato quod expellit: sed ignis purgatorius non est ꝓtrarius anime: ergo nō purgat eaz: ꝓpter hoc dicunt quidam: q̄ anima exuta a corpore purgatur per contritionem: conteritur enim extra corpus & per illā cōtritionem meretur sibi remissionē peccati: et quod dicitur q̄ in alia vita non ē locus merendi: intelligunt q̄tum ad vitam eternaz: sancti enī non merentur sibi vitam eternam q̄ nō indigent: sed merentur alijs: similiter illi q̄ sunt in purgatorio idigēt remissione pe. et illā merentur per contritionem: sed secundum hoc ignis purgatorius superflueret/ & pro nichilo dixisset aplūs. Saluus erit quasi per ignem: propter hoc dicimus q̄ ignis purgatorius purgat animas agendo in eas: tamen nō intendit ei imprimere qualitatem suā: et illa propositio Boetij intelligitur de actione ꝓpositorū in composita: sicut enī dicit Ysaac. Nō agunt cōposita in simplicibus vt simplicia in cōpositis agit et⁹ corpus in animam non imprimēs qualitatē suā: secundum quādam colligantiaz agit in ipsam & ipsa in corp⁹. vñ colerici demētiores in estate sūt q̄ in hyeme: similiter ignis purga. habet quandaz colligantiam ad animam quam non habet ignis elementum secundū quam colligātiam potest agere in animā/ & anima potest pati ab ipso: sed colligantur sicut corpus & anima corpus aūt dico humanū que sic colligūtur vt sit vnū ex eis & vna actio ipsoz: sed anime & ignis purgatorij nō est vna actio: sed ad hoc tātum colliganturvt ignis tantum agat/et anima tantum pattatur. Ad secundo obiectum dicimus q̄ aliqua ꝓtrarietas vel oppositio est inter animam & ignem purgatorium in qua inuenit peccatum: omnes enī creature dei quadā mirabili cōnexione sibi iuicem ꝓnexe sunt vt dicit beatus Dionisius. vnde omnis creatura habet oppositionē quandam cum peccato cuius oppositionis nō est reperire simile in naturis: sed nota ē illa oppositio per fidem.

Ad aliud.

Ad secūdū

Dionysius

¶ De adiumentis penitentie.

Dicto de penitentia & de quibus agenda est penitētia: dicēdum est de adiumētis penitētie scz de clauibus/ & de relaxationibus: & prio de clauib⁹. Circa quam questionem videndum est quid sit clauis/et quot sunt claues. Secundo de generali vsu clauium: scz qualiter intelligēdum sit q̄d dixit dominus petro: quecūq̄ ligaueris. &c. quecūq̄ solueris. &c. Tertio q̄ persone habeāt claues. Quarto pauca theologice dicemus de illo speciali vsu clauiū excōmunicatio scz et absolutio. ¶ Circa p̄mū capitulū sic ꝓceditur super illum locum Mathei: Tibi dabo claues regni celoꝝ dicit auctoritas q̄ due sunt claues/scz scientia discernēdi lepram a lepra/ & potestas ligandi & soluendi. Sed videtur q̄ scientia discernēdi non sit clauis: q̄ scientia discernendi non est nisi discernere: sed per hmōi discernere non clandit aliq̄s nec aperit alicui regnū celorū: talem enim discretionem habent multi laici & clerici: tamen per illam non claudunt nec aperiunt: ergo scientia discernēdi nō est clauis. Item deus nō soluit dimittendo culpam & penā eternā: ligat enim non dimittēdo. vnde in psalmo. Dirupisti vincula mea. i. vincula peccati: sacerdos ligat & soluit tripliciter. Primo q̄

Secundo.

Ꝫ hoc af.

Secundo.

solutum vel ligatum ostẽdit: sicut sacerdos in veteri lege:nõ mundabat:sed mundatum leprosum ostẽdebat:ostẽdit autẽ solutũ vel ligatũ verbo ⁊ facto/verbo cũ dicit dimissa esse peccata vel nõ dimissa facto cũ recipit ad sacramenta vel nõ recipit. Secundo modo ligat cũ penitẽtiã soluit cũ aliquid de penitentia dimittit. Tertio modo ligat et soluit cũ excõicat et soluit et alios vsus nõ habet sacerdos contra penitentẽ nisi istos:ergo nec claudit nec aperit nisi istis tribus modis:sed hoc totũ fit per potestatẽ ligandi et soluendi ergo sciẽtia discernendi nõ est clauis. Itẽ tria ad hoc exigunt vt aliquid bene fiat:scz potestas et scientia ⁊ voluntas:sed duo prima sunt claues:ergo ⁊ tertium et videt magis de tertio: quia per potestatẽ et scientiam assimilatur sacerdos patri et filio et spiritui sancto per volũtatẽ: cui magis attribuitur peccatorũ remissio:ergo volũtas potius dicenda est clauis q̃ potestas et scientia. Itẽ cũ per bonã vitã aptat sibi regce. vnde in canticis. si hostiũ ẽ ꝓpingamus illud tabulis cedrinis:ergo debet esse bona vita clauis: similis est obiectio de doctrina clauis predicationis et dispẽsatione sacramentorũ. Ad primũ dicũt quidã q̃ vnica est clauis in essentia:sed due dicũtur propter duo officia:scz propter discernere et propter ligare et soluere:sicut differẽtia eadẽ ꝓstitutiua est diuisiua:sed alterius constitutiua: et alterius diuisiua: sicut dicit augustinus. q̃ eadẽ est ratio in essentia superior et inferior:sed ꝓpter diuersos vsus diuersis vocabulis nũcupatur. Sed hec solutio nulla videt esse:quia scientia cui⁹ est discernere: aliud est in essentia q̃ potestas ligandi et soluendi:sed scientia dicitur clauis: q⁊ exigitur ad bonũ vsũ clauis. vnde dicũt q̃ sciẽtia discernendi est quasi corrigia clauis:et bona vita sicut manubrũ: sed secundũ hoc methaphorice et improprie locuti essent sancti qui dixerũt q̃ scientia discernendi est clauis. Itẽ probatur q̃ per scientiã discernẽdi solutur aliquis/ et ligatur:peccatis enĩ ligatus est sicut dicitur in iosue. ligauit eũ spiritus malis suis: est aũt ligatus q̃tũ ad intellectũ et affectũ: si enĩ nõ haberet illos ligatos volare posset spiritualiter: soluitur aũt intellectus cũ in cõfessione ostendit sacerdos penitẽti quãtitatẽ pcti sui: et quãta penitentia debeatur huic peccato: quãta illi:⁊ sic per huiusmodi discretionem quodãmodo aperitur ei regnũ celorũ si velit penitere:et clauditur si nolit:ergo scientia discernendi claudit et aperit:ergo est clauis:quod ꝓcedimus. claudit enĩ quodã modo sicut dictũ est: sed potestas ligandi et soluendi perfctẽ aperit:sicut in vna archa quãdoq̃ sunt due claues/vna que dicitur anticlauis que semiplene aperit:alia que plene aperit. Et ad primũ solumus per interemptionẽ hui⁹:per discernere nec claudit aliquis nec aperit. Similiter ad secundũ solum⁹ per interemptionẽ huius:alios vsus nõ habet sacerdos contra penitentẽ nisi illos tres modos ligare et soluere. Ad tertio obiectũ dicimus q̃ duplex est causa quare voluntas ligandi et soluendi nõ dicitur clauis. Prima est vt sacerdos in soluendo et ligando nõ querat voluntatẽ suã:sed voluntatẽ dei. Secũda est: quia clauis habet duos vsus:scz claudere et aperire: voluntas dei nõ est claudere:sed aperire: sicut dicitur in trenis. non humliauit in corde suo:et abiecit filios hominũ. Eadẽ est solutio de bona vita et predicatione et dispensatione sacramẽtorũ:ista enim solum aperiunt ⁊ nõ claudũt. vnde nõ dicuntur claues:sed scientia ⁊ potestas adinuicem pertinẽt cuius est soluere et ligare. vnde sciẽtia ⁊ potestas dicũtur clauis. sed cum scientia discernendi non sit clauis:nec claudit nec aperit nisi perviam doctrine videtur q̃ predicatio sit clauis: predicator enĩ docet quãtitates peccatorũ:docet etiã q̃ non penitẽti nõ est inungenda penitentia et penitẽti inungenda est:sed non aliter claudit ⁊ aperit scientia discernendi: ergo predicatio debet esse clauis:⁊ sic nõ sunt tantũ due claues. Solutio. licet p̃dicatio aliquã do hoc modo claudat ⁊ aperiat/tamẽ non dicitur clauis: q⁊ predicator inquantũ predicator nõ intẽdit soluere et ligare. vnde scientia discernẽdi in eo cuius est officiũ ligare ⁊ soluere clauis est ⁊ nõ in alio:solet aũt obiici ex sacerdotibus ydiotis q̃ nesciũt inter lepram et lepram discernere isti non habent nisi vnã clauem scz potestatem ligandi ⁊ soluendi. Sed contra. dicitur q̃ in susceptione ordinum dantur claues: ꝯ quilibet sacerdos habet duas claues. Ad hoc dicit magister ĩ sẽtentijs secundum quosdaz q̃ quidã sacerdotes nõ habent illam clauem que dicit scientia discernẽdi. vnde dicendum est heu. Alij dicũt q̃ ipsa scientia discernendi non est clauis:sed officium discernendi ⁊ officiũ tale habet sacerdos ydiota: licet scientiam non habeat sed hoc nõ potest dici:q⁊ officiũ ipsum nec claudit nec aperit:sed ipsa sciẽtia. Sed ꝓpter hoc dicim⁹ sicut dicit ꝓpositin⁹:q̃ nõ est aliquis sacerdos adeo ydiota quin habeat scientiam discernendi inter peccata naturaliter enim habet quilibet aliquam cognitionem de peccatis. vñ ĩ quibusdã sacerdotibus sciẽtia discernendi est clauis maxima:sicut in illis qui multa sciunt de theologia/in alijs autẽ minor est/ꝯ sic ĩ valde ydiotis est;sicut clauicula. vnde dicendum est heu.

Secundo. Tertio. Ad primũ. Ad ꝫ hãc ar. Ad primũ Ad scdm. Ad tertiũ. Prima cã Scda cã. Ad ꝫ prio sic opio aliq̃ ꝓpositin⁹ Secundo. Euasio. Solutio.

De generali vsu clauium.

Secundo capitulo queritur de generali vsu clauium qualiter intelligẽdum sit quod dicit dñs: Quodcũq̃ ligaueris super terrã. ⁊c. videtur hoc esse falsum. Ponat enĩ q̃ sacerdos iniũgat alicui penitẽti penã minorẽ cõdigna: arbitrarie enĩ sunt pene. vñ potest iniũgi ⁊ maior ꝓdigna ⁊ minor:decedat ille penitẽs completa illa penitẽtia minore ꝓdigna:aut euolabit aut nõ:si euolabit hoc est ꝓtra predicta. Dictuz est enim superius q̃ residuum ꝓplebit ĩ purgatorio: si non euolabit ⁊ cõcedit q̃ absolutus est q̃tum ad sacerdotẽ:ergo non quicquid soluitur super terram est solutum ⁊ ĩ celis. Item aliquis accedat fictus ad penitentiam/⁊ sacerdos videns signa contritionis iniungit ei penitentiã que ꝓdigna esset si vere ꝓtritus esset illa penitentia facta valet q̃tum ad sacerdotẽ: tamen non quãtum ad deum: ergo nõ quicquid soluũt sacerdotes super terraz est solutum in celo. Forte dicet sicut multi dicunt q̃ itelligẽdum est quod dicit dñs de claue nõ errãte. Sed ꝓbatur q̃ clauis nõ errat hic:q⁊ sacerdos non potest videre nisi secundũ exteriora:sed secundum exteriora signa discrete iniungit penitẽtiã: ergo clauis nõ errat: sed probatur q̃ errat:q⁊ ipse vtitur claue ad soluẽdum ⁊ nõ soluit: ergo clauis errat. Solutio. in Matheo dicit dñs petro. Quodcũq̃ ligaueris super terram. ⁊c. in euangelio Jo. dicit discipulis. Accipite spiritũ sanctum quorũ remiseritis peccata remittuntur eis/⁊ quoz retinueritis retẽta sunt; patet ergo q̃ ĩ vtroq̃ euãgelio vtitur dñs futuro subiunctiui modi quod significat ꝓsummationẽ rei significate per verbum. vnde sensus est: quodcũq̃ solueris

id est cuiuscūq; solutionē cōsūmaueris super terram erit solutū et in celo. Consūmatio autē dicitur respectu inchoationis: deus autē inchoat solutionē dimittendo culpā et penam eternā: sacerdos vero cōsūmat dimittendo aliquid de pena ex vi clauiū per impositionē manuū: et hoc patet in resuscitatione lazari: dominus enī dixit lazare veni foras: ⁊ statim prodijt qui fuerat mortuus ligatus manus et pedes ītitis: ⁊ facies ei⁹ sudario fuit ligata: postea dixit discipulis solute et sinite eū abire: per hoc patet q; dñs inchoat solutionē et sacerdos cōsummat: ergo vbi dñs nō inchoat sacerdos nō cōsūmat. Per hoc patz solutio ad obiecta: si enī sacerdos inūgat penitenti penitentiā minorē cōdigna nō euolabit penitēs illa cōpleta: immo faciet residuū in purgatorio: nō enī sacerdos penitus cōsummat solutionē: sed in parte cōsūmat: quantū ad illam partē solutus est penitens in celo. Ad secundū dicimus q; in ficte penitere nichil inchoauit deus: ⁊ propter hoc sacerdos nō cōsummauit: vñ cessat obiectio Ad illud quod queritī vtrū clauis erret ibi? dicim⁹ q; sic errat quo ad quid et quo ad quid non errat: secundum veritatē nō errat secundū iudiciū equitatē: quia secundū exteriora oportet ipsū iudicare: sicut ille qui punit innocentē secundū allegata iuste iudicat secundum iudiciū equitatem: sed non iuste iudicat secundum veritatē. Aliī exponūt sic: quodcūq; ligaueris super terram. ⁊c. iuste: et intelligitur iuste quantum ad illum qui ligatur: sed hec expositio equipollet p̄dicte expositioni: tūc enī iuste ligat aliq̄s: qñ deus inchoat ligationē ⁊ p̄lat⁹ ꝓsūmat in idē redit qđ alīi addūt scz claue nō errante: tunc enī clauis nō errat qñ iuste ligatur aliquis et quantū ad ligantē et quātū ad illum qui ligatur: tunc enī deus inchoat illā ligationē et homo cōsūmat/ siue intelligatur de prima ligatione siue de tertia. Sed de illa ligatione que fit per excōmunicationē: obijcit. sit q; iste iuste excōmunicetur iste priuatur sacramentis et orationib⁹ ecclesie: ⁊ hāc priuationē approbat deus cū excōmunicatio sit iusta: ergo deus vult hunc priuari a sacramentis et orationibus ecclesie: ergo vult istū nō habere gratiā: ergo vult istū nō saluari. Contra dicit apls deus vult oēs homines saluos fieri: ergo vult istū hominē saluū fieri: ergo nō vult istū nō saluū fieri. Itē deus vult istum nō habere gratiā: ergo deo volente iste nō habet gratiam: sed idē est volente et deo auctore. vt dicit augustinus. ergo a deo auctore non habet iste gratiam: ergo deus facit quo facto iste nō habet gratiā: sed nichil fit per quod iste nō habet gratiā nisi per peccatū ergo deus facit peccatū: qđ est impossibile. Sed de⁹ stat ad ostiū et pulsat: ergo deus vult intrare. non enī pulsaret nisi vellet intrare: sed si vult intrare vult illuminare mentē illius: ergo vult ei dare gratiā: ⁊ vult istū habere gratiā: ergo hec est falsa vult istū nō habere gratiam: videtur ergo q; nō approbat excōmunicationē isti⁹. Solutio. Ad p̄mū obiectū dicim⁹ q; hec argumētatio nō valet: de⁹ vult p̄uari istū sacramētis et oīonib⁹ eccle: ⁊ vult istū nō habere gratiā: qz cū hoc ꝛ̄bo vult nec ab iferiori ad supi⁹ nec ecōuerso valz hec argumētatio: tū hec est vera: deus vult istū nō habere gr̄am: vult enim ad tempus istū priuari precibus ⁊ cōsortio sanctorum vt corripiatur. vnde q̄diu iste est in peccato mortali vult istum nō habere gratiam ⁊ vult istum nō saluari. Et hec auctoritas: deus vult oēs homines saluos fieri/ intelligēda est cum hac determinatione/ vult q̄tum in se est. ⁊c. i. vellet nisi homo impediret: sed non vult simpliciter: qz duplex est voluntas dei voluntas iudiciī siue consensus: volūtas beneplaciti: voluntate beneplaciti nunc vult deus q; iste nō habeat gratiam: qz nō facit aliquid q; iste nō habeat gratiam: sed voluntate iudiciī vult istum non habere gratiam: iudicat enī ipsum non habere gratiam ⁊ consentit in hoc q; nō habeat q̄diu est ī peccato mortali. Ad tertium dicimus q; non valet hec argumentatio: de⁹ pulsat ad hostium: ergo vult intrare: sed vult intrare q̄tum in se est ⁊ vult dare gratiaz quātum ī se est: sed non vult simpliciter: sed vellet simpliciter si homo nō impediret: approbat ergo de⁹ et tota curia celestis excōmunicationem iustā quando prelatus iuste excommunicat ⁊ subditus iuste excōmunicatur: sed quando prelatus iniuste excōmunicat/ deus nō approbat illaz actionem: sed tātum passionē. Sed videtur q; nullus iniuste possit alium excommunicare: qz super illuz locum Mathei: Tibi dabo claues regni celoz⁊ dicit auctoritas quas si tunc habuisset error postea locū in eo nō iuenisset: ergo nō habet locum in eo qui claues habet: ergo nullus habens claues pōt abuti claub⁹: q̄d manifeste falsum est. Item in petro factum fuit quod dicit auctoritas illa: qz error habuit locū in illo postea scz quando negauit deum. Ad hoc dicimus q; illa auctoritas intelligitur duobus modis. Primo sic/ si claues habuisset plene sicut postea habuit quādo cōfirmat⁹ virtute fuit ex alto: error nō habuisset postea locum in eo scz error mortalis peccati. Scō intelligitur sic: si claues habuisset plene quātum ad scientiā discernendi error postea nō iuenisset locum in eo: ī eo enim error nō inuenit locum qui est cōtrarius illi qui spirituali sciētia plen⁹ est/ qua spiritualis iudicat oīa: et a nemine iudicatur: talem enim docet vnctio de oībus. dicitur ergo nō iuenire locum in eo qui ꝓtrario plenus est totus scz scientia spirituali: tamē bene potest errare: sicut scole alique plene sūt clericis dicatur aliquis nō inuenire locum in eis: tamen potest inde recedere aliquis: et ille ita iuenire locū et intrare. Sed adhuc obijcit de ista auctoritate. Quoz̄ remiseritis peccata: remittuntur eis. videtur enim q; sacerdotes nō possunt remittere peccata: qz solus deus remittit peccata: sicut ipse dicit per ysa. Ego sum qui deleo iniquitates meas: quasi ego ⁊ null⁹ ali⁹. Sed ad hoc est solutio q; solus deus remittit peccata auctoritate prelati vel ministerio. Sed ꝓtra hoc obijcitur: qz qui auctoritate facit aliquid non ꝓprie operat: sed minister proprie operatur vt patet in dispensatore dom⁹ q; proprie operatur: dominus autem nō: ergo si prelati per ministerium remittunt peccata proprie operantur remissionē peccati ⁊ deus ip̄roprie: quod manifeste falsum est. Ad hoc soluendum distinguēdum est duplex ministeriū. Est enim ministerium operandi vel cooperandi ⁊ illud primum ministerium dicitur proprie ministeriū: ⁊ hoc modo apostolus dicit se ministeriū predicationis/ operatur enim predicatione. Secūdo modo dicit se tribuere spiritū sanctū: operabat enī ad hoc vt daretur gratia: sed nō operabatur vel cooperabat infusionem gratie. vnde ipse dicit. neq; qui plantat. i. qui predicat: neq; qui rigat. i. baptisat aliq̄d ē: scz quātū ad infusionē gratie: sūpto q; ministerio scō modo prelati dimittūt pcta per ministerium quo operātur ad remissionē peccati.

¶ De sacerdotib⁹ q̄ nō hñt aliquos subditos

Ad secūdū

ℨ hoc aī.

Secundo.

Augustin⁹

In oppo⁹

Solutio.

Ad p̄mū.

Ad auctoritatem.

Ad tertiū.

ℨ dicta aī.

Secundo.

Solutio.

Solutio.

Iterū aī.

Solutio.

ℨ hoc aī.

Tertia q̄o. TErtio capitulo queritur que persone habeant claues.et queritur de sacerdotibus qui non hñt aliquos subditos: siue illi sacerdotes sint monachi:siue non:vtrū habeant claues. Videtur q̄ sic: dicit ieronimus q̄ ecclesia in sacerdotibus habet claues:ꝛ cum ordinantur in sacerdotium dantur ei claues. ergo habent potestatem ligandi et soluendi.

Af q̄ sic.

In oppo^m Contra.non possunt ligare et soluere cuz nō habeāt subditos:ergo non habent potestatem ligandi atq̄ soluendi:ꝛ est argumentū a cōiugatis:sicut cum dicitur:non est albus.ergo non habet albedinē. Ad hoc dicimus q̄ omnes sacerdotes habent claues:ꝛ non valet hec argumentatio:isti non possunt ligare ꝛ soluere:ergo non habent potestatē soluendi et ligandi. quia hoc verbum potest non copulat quālibet potentiam:sed tantum potētiam liberam.vnde illa argumētatio eadē est huic:isti non habent potestatez liberam ligandi et soluendi:ergo non habent potestatez ligandi et soluendi.

Solutio.

Fallā ꝓnūtis Et est fallatia consequentis:sicut dicitur de aliquo qui habet pedes ligatos:iste nō potest currere:tamen habet potentiam currendi:ſz non habet eam liberam.eodēmodo dicim⁹ de sacerdotibus excōmunicatis et suspensis ꝛ hereticis excōmunicatis:qui scilicet ceciderūt in hereses dānatas: habēt enī claues:tamen non possunt ligare et soluere q̄diu sunt excōmunicati aut suspensi.nec valet in talib⁹ hec argumentatio.si baptisant est baptisatum:sed si consecrant consecratum est.ergo si excōmunicant excommunicatum est:quia baptismus sacramentū necessitatis est.vñ a quocunq̄ datur tenet.ꝓsecrare enī nec substantialiter adheret sacerdotio/excōmunicare ẋo accidentaliter.nec est mirū si quod substantialiter adheret non remouetur. Preterea excōmunicare querit materiam extrinsecā:scz subditos qui auferuntur sacerdoti cum excōmunicatur. Queritur postea de archidiacono qui non est sacerdos:vtrū habeat claues

q̄ incidēs

Af q̄ sic. In oppo^m Videtur q̄ sic:q̄z excōmunicat et absoluit:et ita ligat et soluit.ergo habet claues. Contra. nō est sacerdos ergo non habet claues:quia dicit ieronim⁹ q̄ i solis sacerdotibus ecclesia habet claues.

Solutō alt quorū Ad hoc dicunt q̄ dam q̄ archidiaconus non habet claues nec excōmunicat nec soluit ex officio suo:ſz per demādationē de mandauit enī et episcopus vsum clauiū quantum ad absolutionem et excōmunicationem.

q̄ incidēs Sed queritur vtrū possit demādare ei alias clauiū vsus: scz audire confessiones/iniungere penitentiā et huiusmodi. Si enim non potest quare potius potest demādare vnū vsum clauium:q̄ alium.

Secundo. Item.in decretis dicitur q̄ ad officium archidiachoni pertinet cura ecclesiarum et ordinatio et turgia: scz iuriditio ꝓtencioſa:ſz talis turisaitio inutilis est:nisi habeat potestatē cohercendi ꝓtēdētes per cēsurā ecclesiasticā:ergo ad eius officium et dignitatē pertinet cohercere per censurā ecclesiasticā:ergo ex officio suo et dignitate habet potestatem excōmunicādi:nō ergo solū per demādationē

Solutio. Et ad hoc dicimus q̄ ordinē habet ecclesia in mēbris suis ad decorem suū:quia sine ordine nichil pulcrum est:sicut in psalmo dicitur.Rex virtutū dilecti dilecti

Exponit illud psal. et spēi dom⁹ diuidere spolia:xp̄s enī diuisit spolia .i. ordinauit illos quibus spoliauit diabolū ad speciez siue decorē ecclesie.vñ q̄dā fūt archiepiscopi/q̄dā episcopi/quidā archidiaconi:et sic de aliis. Et ad episcopū cū sit sup offiñ ecclie itēdēs ꝓtinet dedicatio ecclesiarū/ꝓsecratio virginū/et predicatio.cū enī sit sponsus ecclesie debet habere semen spiritualeꝛ ut generet filios spirituales deo.propter hoc enī domos quietas extra tumultum ciuitatis habet:vt ibi vacet ꝓtēplationi et haurtat in ocio ꝓtemplationis:quod effūdat postea in opere predicationis.vnde in canticis.

In cāticis. Adiurovos filie ierusalem per capreas ceruosq̄ cāporū ne suscitetis neq̄ euigilare faciatis dilectā: donec ipa velit.o fideles aīe adiuro vos si vultis esse similes sanctis qui sunt sicut capre et cerui camporum ne suscitetis ab ocio contēplationis:dilectam.i.ecclesiā in prelatis donec ipsa velit.episcopus ergo debet vacare ꝓtemplationi ꝛ predicationi. vnde dicim⁹ q̄ alij committēda sunt turgia:scz archidiacono. vnde dicimus q̄ de officio ꝛ dignitate archidiaconi est turisditio contencioſa et cohertio per censurā ecclesiasticaz vnde de officio suo habet potestatem excommunicā ad q̄stionē. di et absoluendi:non tamen habet claues: quia non habet alios vsus clauium qui principales sunt. principalis enī vsus clauium est remissio pctōrum.sicut dicit:Quorū remiseritis pctā remittuntur eis:hunc autem vsum non habent archidiaconi:quia non habent claues.

De excōmunicatione.

Quarta q̄o Diffinitio excōmunicationis. QUarto capitulo pauca dicenda sunt de excōmunicatione. Est autem excōmunicatio a cōmunione ecclesie separatio:que fit ꝓpter ꝓtumatiā vel aliam manifestam offensam. Cōsistit autem hec separatio in mensa/in sacramentis/in salutatione/ꝛ orationibus ecclesiarū:quia excōmunicatus separatur a sacramētis ꝛ orōnib⁹ eccle:nec exhibet ei societas i mē sa:nec i salutatiōe:nec i orōnib⁹ alīq̄b⁹ nec i aliqua colocutiōe nisi sit de cōreptiōe et⁹.

Duplex excōmunicatio. Excōmunicationū alia maior/alia minor. Maiori excōmunicatione sunt illi excōmunicati qui in ipsa sententia excommunicationis nominatim continentur/ꝛ de hac non absoluit nisi ille qui excōmunicauit vel superior. Minori excōmunicatione excommunicati sunt illi qui participant excommunicatis maiori excommunicatiōe/ exceptis quibusdam personis que excipiuntur in decretis/ꝛ de hac potest absoluere/etiam simplex sacerdos in confessione. Item excommunicationuz quedam iusta:quedam iniusta:iusta est que fit animo corripiendi/et ꝓpter culpam debitam/ et ordine iuris obseruato:iniusta est cum non meruit excommunicari ille qui excommunicatur si iuris ordo non obseruatur: habuit autē ortum excommunicatio ab apostolo qui fornicatorez corinthum tradidit sathane vt spiritus saluus esset.

alia diuisio

Sed videtur q̄ ecclesia male faciat cum excommunicat:quia punit in spiritualibus illum qui peccauit in tēporalibus: aufert enī et spiritualia q̄ in īfinituz meliora sunt q̄ temporalia:ſg magis punit illū q̄ meruit: ergo peccat.

ad ꝯa dicta af.

Secūdo. Item cū excōmunicat videtur facere cōtra deuz:q̄z deus nūq̄ aufert spiritualia/nec potest auferre:imo q̄tū in se est semp dat: ꝺz enī q̄ dextera dei semp est apta in q̄ est lōgitudo diez.ſ.bona spūalia et ekna:ſz sinistra nō semp est apta i q̄ sunt diuitie et glia vt dicit Salomon. Nō enī semp vult dare bona tēporalia:q̄z semp nō expedit:ꝛ ecclesia aufert spiritualia: ergo nō ꝓformat volūtatē suā volūtati diuie:ſg peccat cū nota sit ei volūtas diuia.

Tertio. Item excōicatio videt ipli care ꝛrietatē:q̄z excōicat eccīa vt spūs saluus sit: ſg excōicat vt ille habeat spūalia:ſg aufert spūalia vt ille habeat spūalia:sed hoc est ꝛrietas: ſg excōmunicatio ipli cat cōtrarietatē:ſg nulla est.

Quarto. Item videt q̄ excōmunica-

tio iniusta q̄tum ad illum qui excommunicatur nulla sit: quia si non peccauit non nocet ei excōmunicatio: sicut dicunt omnes. ergo adhuc est de ecclesia merito q̄uis nō numero: ergo particeps est orationū ecclesie: ergo non est separatus a spirtualibus ecclesie ergo non est excōmunicatus secundū veritatē: ergo excōmunicatio iniusta nulla est: ergo non est timēda et hoc falsum est: quia sententia pastoris iusta vel iniusta tenenda ē. Quinto. Item. dicit ieronimus: q̄ quidā sumunt de supercilio phariseorum: scz soluere non soluendos et ligare nō ligandos. ergo secundū hoc excōmunicatus iniuste non ē ligatus. Sexto Item. cum ecclesia excōmunicat reddit malum pro malo: ergo facit contra hoc preceptum apostoli. non reddentes malū pro malo. similiter facit contra hoc preceptū dñi: bene dicite persequentes vos/benedicite ⁊ nolite maledicere. ecclia vero excōmunicat cū maledictione: ergo Septimo. peccat cū faciat contra preceptū apostoli. Item ecclesia excōmunicando facit contra mansuetudinē angelicam. legitur enī in epistola iude: cū michael archāgelus cū diabolo disputans altercaretur de moysi corpore: non ē ausus iudiciū inferre blasfemie: sed dixit imperet tibi dominus: quasi dicat: reprimat dñs malicią tuā. ergo cū ecclesia debeat imitari mansuetudinem angelicā nō debet alium excōmunicare: sed dño Octauo. relinquere vindictā. Item. videtur male dixisse apls cū dixit: ⁊ aūt āgel⁹ de celo euāgelizet vobis preter q̄ euangelizauimus anathema sit. si enim angelus de celo non ausus ē angelū de inferno anathematizare mr̄ dominus paulus qui erat de terra debuit anathematizare angelū de celo. ergo videtur peccare cum dixit illud. Solutio. Ad primū dicim⁹ q̄ ecclesia nō magis punit illū quē excōmunicat q̄ ille meruit: qz ille meruit penā eternā que in infinitū maior est q̄ pena excōmunicationis: nec ē verū q̄ ecclesia auferat ei spūalia: sed nō dat ei qz ipse indign⁹ ē. Et per hoc pz solutio ad secm. tio ad secundo obiectū. ecclesia ei nō aufert alicui excōmunicato spūalia nisi eodēmō. q̄ de⁹ aufert. de⁹ aūt dicit auferre solūmō: qz non dat: ⁊ qz non dat hoc est ideo qz hō nō accipit. deus enī paratus ē dare: sed hō Ad tertiū. indignū se reddit. Ad tertio obiectū dicimus q̄ nō ē contrarietas in excōmunicatione. ad tēpus ei subtrahit ecclesia illi spūalia vt ea melius habeat postea.

Ad quartū Ad quartū dicim⁹ q̄ ille q̄ excōicat iniuste separat nō a deo et a bonis ecclesie: sed a spūalib⁹ et subtrahitur ei cōmunio mense: ⁊ multa alia. vnde q̄tū ad illa Ad auctoritatem. tenenda ē. Et ad auctoritatē ieronimi dicim⁹ q̄ intelligitur de illis qui credebāt de excōmunicatiōe iniusta nocere excōicato et nō nocet ei si non meruit excōmunicari: imo prodest ei substantia excōmunicatiōis. ex- Ad quintū cōicatio enī medicina quedā ē. Ad quintū dicimus q̄ ecclesia cū excōicat nō reddit malū pro malo imo bonū: qz cā correptionis subtrahit spūalia vt ille redeat ad cor: qz q̄ parcit virge odit filiū. ⁊ qđ dicit apo. nolite maledicere: intelligēdū ē ex odio vel ituitu vindicte: excōicatio enī non ē facienda ex odio vl ituitu vindicte: sed intuitu correptiōis. Ad illd̄ qđ obiectū est Ad aliud. de angelo: dicim⁹ q̄ cum virtus cōstat imediate quo ad nos pro loco ⁊ tēpore debet maledicere ecclesia: sicut ⁊ deus maledixit ade et eue: ⁊ sancti maledicebant: nec facit contra mansuetudinē angelicā: sz propter mansuetudinē angelicā. perfectissimor enim est nullo modo maledicere. opera vero iperfectiōis non Ad aliud. sunt contra opera perfectionis. Ad vltimo obiectuz dicimus q̄ apostolus non anathematizauit angelum de celo: sed iste est sensus illius locutiōis: sicut impossibile est consequentis scilicet angelum de celo anathematizari: sic impossibile est antecedentis: scilicet angelum de celo aliud predicare nobis q̄ euāgeliū.

¶ De relaxationibus que fiunt per claues.

¶ Aliud capitulum.

Dicto de clauibus: dicendum est de relaxationibus que fiunt per claues. Circa istā questionez primo querendum est vtrū valeat tantū relaxatio q̄tum ecclesia videtur promittere. secundo vtruz ꝓsit equaliter relaxatio diuitibus ⁊ pauperib⁹. tertio de iusta estimatione: que exigitur vt dicunt magistri ad hoc vt fiat relaxatio. Primo ergo queritur vtrum in Prima q̄o veritate tātum valet relaxatio q̄tum promittit ecclesia: quod videtur: dicit enim ecclesia sic. Quicūq; de- Ar̄ q̄ sic. derit de suo aliquid ad fabricam istius loci remittitur ei tertia pars penitentie et peccata oblita et huiusmodi. si ergo tantum valet hec relaxatio q̄tum ecclesia videtur promittere. videtur q̄ pro tribus obolis iste absoluatur a tota penitentia sua: qz dat obolum ad fabricā istius ecclesie: dimittitur ei tertia ps penitentie. ⁊ similiter si det ad fabricā alterius ecclesie dimittitur alia tertia pars: et ita pro tribus obolis penitus absoluitur. quod est inconueniens. Ad opio aliq̄ hoc dicunt quidam q̄ relaxatio non tantum valet q̄tum ecclesia promittit: sed facit vt excitentur fideles ad dandum et decipit eos ecclesia: sed illa deceptio pia fraus est ⁊ non est peccatum. Sed contra hoc obi- ꝫ hoc ar̄. citur. Si ecclesia decipit fideles aut dicendo verum aut dicendo falsum: sz nō dicēdo verū: quia null⁹ decipit dicendo verum: q̄ dicendo falsuz: ergo generalis ecclesia dicit falsum ⁊ scienter: ergo mētitur: ergo generalis ecclesia peccat: quod absurdū est dicere. Item probatur q̄ tantum valet relaxatio q̄tum ecclesia ꝓ- Secundo. mittit: qz beatus Gregorius instituit rome hmōi relaxationes: et si aliquis est rome per quadragesimaz et sequitur processiones habet de relaxatiōibus plus q̄ quinquaginta annos: ergo si tanta relaxatio habetur rome: possunt et alij prelati dimittere tertiam partez penitentie: et ita tantum valet relaxatio q̄tum ꝓmittit ecclesia. Item in euāgelio. Caput Johānis bapti- Tertio. ste traditum est puelle: et dicit glo. i. ecclesie de gentibus: ergo ecclesia de gentibus habet caput Johānis Figura. id ē caput gratie: ergo potest deriuari ad subditos relaxationē/⁊ ita valet relaxatio tantum q̄tum ꝓmittit ecclesia. Item sacerdotes in die veneris dant caritatē Quarto et licentiam comedēdi bis hijs qui audierūt missam: ⁊ hoc approbat generalis ecclesia: ergo totum dimittitur quod promittitur illa relaxatio: eadem ratione totum dimittit quod promittit relaxatio episcopi. Item Quinto. in scda ad cor. secūdo. dicit apostolus. cui aliquid donastis ⁊ ego donaui/⁊ ego quod donaui/si quid donaui propter vos i persona xp̄i. glo. dicit. i. ac si ipse xp̄s donasset: et si christus totū donasset. i. cōdonasset totū cōdonatum esset: ergo cum apostolorū loco sint episcopi: si episcopi totum cōdonāt: totum ꝺdonatū est: et ita tātū valet relaxatio q̄tū videt ꝓmittere eccle- Confirmat sia. Ad illd̄ idē facit illa auctoritas: Quodcūq; scz solueris sup terrā. ⁊c. si cōcedat q̄ tm̄ valz relaxatio q̄tū eccl̄ia ꝓmittit. Cōtra d̄t auctoritas: ibi hō punit ār de⁹ In oppo⁹

punit:ergo iste non est absolutus pro tribus obolis a tota penitentia:immo deus punit ipsum nisi ille puniat se.constat ei q non est sufficiēter punitus. Item in euangelio precipitur.facite dignos fructus penitētie vt scz qui multum peccauit multū puniatur. sed contra euangeliū:non potest dispensare:ergo nō potest facere quin cuz multū peccauit multū puniatur sed si relaxatio tantū valet ꝙtum videtur ecclesia p mittere minus puniretur ille aliquando qui magis meruit puniri:et magis puniretur qui meruit puniri minus. Solutio.ad hoc q huiusmodi relaxationes tantum valeant ꝙtum promittit ecclesia sex exigunt Primum est potestas ligandi et soluendi: scz vt absoluatur ille qui absoluitur a prelato suo vel ab alio de precepto prelati:et secundum est necessitas loci et illius cui fit relaxatio:necessitas loci per se patet: necessitas cui datur relaxatio quando non potest ieunare pre debilitate vel propter egritudines iniūctas penitentias facere.tertium est deuotio fidei vt scilicz credat ille cui fit relaxatio ecclesiā talē potestatē habere.quartū ē stat⁹ illi⁹ cui datur:vt scz ille cui fit relaxatio sit in statu contriti.oportet enī q habeat caritatem/aliter enim non prodest ei relaxatio.quintum est discretio vt scz discernat apud se pro quāto vellet exonerari:vel ꝙtum vellet dedisse vt absolutus esset a tanta penitentia.sextum est iusta estimatio vt secundū q ei dimittitur ipse recōpenset.ista ergo sex intelliguntur in relaxationibus quas facit ecclesia:vt pro sint ꝙtum ecclesia promittit:scz ecclesia tenet illa duabus de causis. Prima est quia si determinarētur nō essent fideles:ita proni ad dādū:sicut si predicaretur laicis q ꝙtum valet vnū opus meritoriū advitā eternam:tantum et mille facta ex tanta caritate non eēnt ita proni ad faciendum bona opera. Secunda ē quia si caritatē habet ille cui fit relaxatio cum caritas non sit sine fide habebit iustam estimationem de oib⁹ his fides enī adiuncta caritati iusta estimatrix operis spūalium.potest ergo concedi q si hoc verbū decipit non importat deformitatē:ecclesia decipit fideles:tamen non mentitur. Et ad aliud q queritur an decipiat dicendo verū vel falsum.dicimus q dicendo verū: sed non in dicendo verū:siue quia dicit verū:sed quia nō determinat illa sex. Ad illud ergo quod obiectum est de relaxationibus quas instituit gregor⁹.dicim⁹ q ideo valent ꝙtum ecclesia videtur promittere: qa bene considerauit grego.labores qui sunt in eundo romā:et sequendo processiones.vnde ibi est et discretio et iusta estimatio. Ad secundo obiectum patet solutio per predicta. Ad tertio obiectum dicimus q sacerdotes debent facere huiusmodi relaxationes cū iniungunt opera misericordie:et tūc valet: qz elemosina de facili recompensat ieiunium.exercitatio enim corporis ad modicum valet:pietas autem vtilis ē ad oīa.vnde in esdra.Comedite pinguia et bibite mulsum et mittite partes eis:qui non preparauerūt sibi ꝛc. Ad quarto obiectum dicimus q si christus totuz condonat/totum condonatum est:sed primū est impossibile q christus totum condonet:quia sic euacuaretur iusticia dei. Ad illud aūt: quodcūq; solueritis et cetera.dicimus q intelligendum est iuste:et p iuste intelliguntur illa sex que dicta sunt. sed cōtra hoc quod dictum est q ad hoc q relaxationes valeāt tantum ꝙtum promittit ecclesia: exigitur iusta estimatio:scilicet q ipsum datum recompenset penitentiaz iustam.obicitur q relaxatio non tantum valet ratione dati:sed ratione precum et suffragiorum ecclesie: que obligat se ad orandum pro illo qui dat aliquid de suo ad fabricam ecclesie:et ecclesia per preces suas meretur ei remissionē pene.quod probatur: quia per preces suas meretur ecclesia alicui remissionem culpe:multofortius remissionem pene. Item.in euāgelio vbi habetur de sanatione paralitici:dicit glosa Multum valet apud deuz fides propria apud quem tantum valuit fides aliena: vt hominem interius et exterius sanaret.ergo per preces ecclesie dimittitur non solum culpa:sed etiam pena peccati. Forte dicet q hoc intelligendum est tantum de dimissione culpe: et non de dimissione pene. Sed ꝓtra hoc sunt multe auctoritates:quia in daniele habetur:q precibus ei⁹ relaxata est captiuitas babilonica. Item in exodo:q precibus moysi dimissa est pena que debebatur iudeis pro peccato idolatrie.vnde dominus dixit ad moysen:dimitte me vt irascatur furor meus contra eos: et moyses non dimisit. Item.precibus dauid angel⁹ exterminator dimisit populum. Item.precib⁹ eccle-sie ceciderunt cathene de manibus petri. ī ecclesia ei oratio fiebat sine intermissione ad deum pro eo. Itē precibus sanctorum ceciderūt squame ab oculis pauli. Item.dicit augustinus q suffragia ecclesie non tātum prosunt vt facilior sit absolutio:sed vt tolerabilior sit damnatio.i.pena.his auctoritatibus euidens est q ecclesia meretur alicui per preces suas remissionem pene: ergo cum aliquis dat obolum ad fabricaz ecclesie dimittitur ei pena:non solum ratione dati:sz ratione precum ecclesie:que obligat se ad orandum pro eo.sic ergo ratione vnius misse cuius particeps ē iste dimittitur ei aliquid de pena ꝛ ratione alteri⁹ misse:similiter aliquid dimittitur ei de pena: ergo cum ī eadez die misse vel duo milia missarum celebrētur in illa diocesi:quaruz particeps est iste per obligationē ecclesie ī vna die dimittitur ei tota penitētia sua: etiā in donatione oboli:ergo non oportet in relaxationibus q quidam recōpensat penitētiam iiunctam:ergo non exigit iusta estimatio. Si ergo dicitur: ergo euacuabitur hec auctoritas: facite dignos fructus penitentie: et similiter: aut homo punit/ aut deus punit. Solutio. bene concedimus q ecclesia non solum meretur remissionem culpe alicui: sed etiam remissionem pene / et relaxationes valent non solum ratione dati:sed ratione precum/ ꝛ potest esse q alicui ī datione oboli gratia dandi et gratia precij dimittatur tertia pars penitentie: tamen adhuc stat iusta estimatio/ et adhuc tenetur facere dignos fructus penitētie:propter tria. Primum est propter incertitudinez:nescit enim sibi dimissam penam illam esse: nescit enim quātum prosint illi suffragia ecclesie. Scōm ꝓpter omissionem vitandā:quia nisi faceret penitētiam quam teneī facere/omitteret/et ita peccaret mortaliter. Tertium est propter maiorem et certiorem et meliorem satisfactionem:quia magis prodest ei penitentia propria ꝙ aliena:et non valet hec argumētatio Tota illa pena dimissa est ei:ergo non exigitur iusta estimatio: quia non dicimus q exigatur ꝙtum ad peccati remissionem:sed ꝙtum ad tentionem et certitudinem.

Secundo.

Solutio.

Prima cā

Scda cā.

Ad primū
Ad iproba tionē.

Ad aliud.

Ad secūdū

Ad tertiū.

Ad quartū

Ad aliud.

ꝫ vnū ar.

Euasio.

ꝫ hoc ar.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Sexto.

In oppm

Solutio.

Primū

Secundū.

Tertiū.

¶ De equali conditione pauperis et diuitis.

¶ Secūda questio.

SEcundo capitulo queritur vtrū equalis sit conditiōis pauper et diues in huiusmodi relaxationibus. videtur quibusdā q̄ sic: quia in spiritualib⁹ non debet pauper esse peioris conditionis q̄ diues. Jtem. voluntas pro facto reputatur q̄tum ad meritū vite eterne et remissionē pene eterne. eadē ratiōe q̄tū ad relaxationē pene temporalis. Jtem dicit augustinus super illū locū Jn conuertēdo: super versū illū: Qui seminant in lacrimis et cetera. zacheus dās dimidiū bonorū suorū. vidua dans duo minuta. ⁊ alius dans calicē aque frigide. pauper quidam nō hñs nisi bonāvoluntatem. oēs isti equales sūt in meritis. ergo equalis est conditionis pauper cum diuite in dimissione pene. Jtem. velle seruire deo: seruire ē deo et velle mereri: mereri est. cū illud velle est ex caritate. ergo velle satisfacere/satisfacere est. ergo cū pauper et diues equaliter velint satisfacere: equaliter satisfaciunt. licet non equaliter dent. Sed cōtra. dictū est nabuch. Redime peccata tua elemosinis: nō volūtate dandi elemosinis. Jtem. in prouer. redēptio aie viri propie diuitie. Jtē. satisfactio omnis cū sit resolutoria pe. penalis est: quia culpa non resoluitur nisi per pe. sed voluntas satisfaciendi non est penalis: ergo non est satisfactoria. Q̄ō concedim⁹: et dicim⁹ q̄ non sunt equalis conditionis i huiusmodi relaxationibus: pauper et diues: quia diuitie sūt beneficia dei presentia eorū sunt consolatoria etiam sanctis. vñ in canticis. Leua ei⁹ sub capite meo. vnde et absētia penalis ē ⁊ propter hoc alienatio pecunie satisfactoria est. vnde bene dicitur. redime pcta tua elemosinis: ⁊ redemptio aie viri propie diuitie. Cōcedimus ergo q̄tum ad relaxationē pene: peioris conditiōis ē pauper q̄ diues. sed simpliciter nō est peioris imo simpliciter est melioris. licet ei diues melioris sit conditionis q̄ pauper in relaxationibus q̄ fiūt per dationē elemosinarum: tñ pauper est melioris q̄tum ad relaxationē que fit in contritione. citius enī et efficaci⁹ cōteritur pauper q̄ diues: aliis paribus et per contritionem efficaci⁹ dimittitur pe. pcti q̄ per elemosinaruz largitionē. Et ad illud quod obicitur voluntas propie reputatur: intelligendum est q̄tum ad meritum vite eterne: nō q̄tū ad relaxationē pene. similiter qō dt aug. sup psalmū de illis quatuor: intelligēdum est q̄tū ad meritū vite eterne. Ad vltimo obiectū dicimus q̄ non valet hec argumētatio: velle mereri/est mereri: velle seruire deo/ē seruire deo: ḡ velle satisfacere/est satisfacere: qz ad hoc q̄ aliquid sit satisfactorium/vel sit dei seruitiū exigitur q̄ sit ex caritate ⁊ etiā q̄ sit penale: et qz voluntas satisfaciendi non est penalis nec est satisfactoria.

Af q̄ sic.
Secundo.
Tertio.
Quarto.
Jn oppō
Secundo.
Tertio.
Solutio.
Ad ratiōez
Ad augustinū.
Ad aliud.

De iusta estimatione.

Tertia questio.

TErtio capitulo queritur de iusta estimatione i quibusdā casibus: sicut in relaxationib⁹ pctōrum oblitorū: et votorū fractorū et in eis qui sūt cruce signati. fit enim relaxatio aliquando sub hac forma. quicunq; dederit de suo ad fabricā talis ecclesie: dimittatur tertia pars penitentie sue: et peccata oblita et vota fracta. si ad eadem redierunt et consimilia.

Sed videtur q̄ hec relaxatio nulla sit: quia ad hoc q̄ huiusmodi relaxationes valeāt exigitur iusta estimatio: et quia nescitur que et quot sunt peccata oblita: ergo nulla est relaxatio huiusmodi. Jtem. obicitur de relaxatione que fit cruce signatis propter quam multi faciunt expeditionē quā predicatores sic exponunt. Quicunq; acceperit crucem ad subsidiū terre sancte: dimittuntur ei oīa peccta sua: ita q̄ si statī decedat sūpta cruce statim euolabit. videt q̄ hec relaxatio nulla sit: et q̄ illi peccent qui ita predicāt. dicitur enim in ysa. Consolamini cōsolamini populo me⁹ dicit deus vester: loquimini ad cor ierusalē et aduocate eam: quoniā malicia eius dimissa est iniquitas illi⁹ suscepit de manu dñi duplicia: pro omnibus peccatis suis. ibi dicit glosa. Consolationis causa est remissio pctōrum. remissionis peccatorū causa est: quia suscepit de manu dñi duplicia. i. penā duplicem: scilicet penā in aīa et in corpore: nisi de manu domini recepe rimus duplicia: remissionē pctōrum non habemus. sed iste qui assūpta cruce statim decedit/ non accepit de manu domini duplicia: ergo non habet remissionē pctōrum: ergo non statī euolat. et ita nulla est illa relaxatio. Jtem. habetur in euangelio: q̄ prudentes virgines dicture sunt fatuis: ne forte non sufficiat nobis et vobis. ergo prudētes non audēt dicere q̄ merita sua sufficiant sibi et alijs: ergo ecclesia non debet presumere q̄ merita sua sufficiant sibi et alijs. idem enim est ecclesia q̄ prudentes virgines: sicut dicit apostolus. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere xpō. peccat ergo ecclesia presumendo cum facit huiusmodi relaxationes. Jtem. potest ꝓbari q̄ tota ecclesia vix sibi sufficiat q̄ sivnus est in ecclesia qui sibi sufficit: sunt centū qui sibi non sufficiunt: et ita tota ecclesia vix sibi sufficit: vel etiā vix sibi non sufficit: ḡ nec alijs sufficit. si ergo plurimi valde pctōres accipiant crucem cum tota ecclesia: vix sibi sufficiet: non sufficit: ergo ad liberationē illoruz cruce signatorum: ḡ si illi statim decedāt nulla parte peregrinatiōis fctā/nō statī euolāt cū merita ecclesie illis nō sufficiant: ergo nulla est illa relaxatio. Sed contra. dicimus: dominus papa habet plenitudinem potestatis: ergo potest facere tantam relaxationez. Jtem necessitas facit licituz qō alias non esset licitum: ergo eadez ratione/necessitas facit sufficiēs quod alias esset īsufficiens. sed nulla maior necessitas q̄ subsidiū terre sancte: ergo subsidiū terre sancte facit q̄ mīa ecclesie sufficiat cruce signatis/que alias esset īsufficiēs: ergo valet relaxatio quam promittit ecclesia. Jtem licet merita Abraham ysaac ⁊ Jacob nō eis suffecerunt ad tātam gloriam quātam habent: qz deus remunerat supra cōdignum: tamē nobis sufficiunt. vnde Moyses post peccatuz ydolatrie orauit sic dominū: Quiescat ira tua ⁊ esto placabilis super nequicia populi tui: recordare Abrahā ysaac ⁊ iacob ⁊ israel. ⁊c. ergo licet merita ecclesie vix sibi sufficiant: tamen sufficiunt cruce signatis. Solutio. Ad primum dicim⁹ q̄ ī veritate multa promittunt prelati que non soluūtur. vnde cū magna discretione ⁊ nō passim faciēde sunt hmōi relaxationes. Dicimus ergo q̄ cuz iusta estimatio nō possit fieri de peccatis oblitis/ et votis fractis/non est necesse q̄ tantum valeat illa relaxatio q̄tum promittit ecclesia. vnde sic est intelligendum. Quicūq; dederit de suo aliquid ad fabricam talis ecclesie dimittitur ei tertia pars penitentie iniuncte: ⁊ peccata oblita ⁊ vota fracta/dimittūtur tnq̄ vel in parte vel ī toto/⁊ hoc magnū est: sed ecclesia nō determiat vt magis exerciteī deuotio fideliū: nō ē bonū oīa nota exp̄mere sicut

Secundo.
Tertio.
Quarto.
Jn oppō
Secundo.
Tertio.
Solutio.
Ad primū
Ꝫ hoc af

non est predicādum laicis q̄ tantum valeat ad vitā eternā dare vnū denarium q̄tū construere cenobium cū ex equali caritate fiant. Ad illud qđ obiectum est de cruce signatis. dicimus q̄ non est necesse q̄ assūpta cruce statiz euolant si decedāt: sed illa relaxatio intelligitur vt frequenter in pluribus. frequenter enī illi qui accipiunt crucē parati sunt mori pro christo et in hoc proposito augmentatur in eis contritio. et sic per cōtritionē dimittitur eis pe. sicut dicitur de magdalena. Dimissa sunt ei peccata multa/quoniā dilexit multū: et quia dilexit multū fleuit multū/ et quia fleuit multū dimissa sunt ei peccata multa. Ad illud ergo q̄ dñs papa habet plenitudinē potestatis: dicim⁹ q̄ habet hanc potestatez vt faciat cruce signatos participes omnīū suffragiorū ecclesie: sed non habz hanc potestatē vt istū qui est pene debitor faciat euolare sine solutione pene: imo necesse q̄ suscipiat de manu dñi duplicia: et q̄ faciat fructus dignos penitētie: sed intelligitur facere penitentiā: si vel ipse vel ecclesia faciat pro eo: sicut dominus papa nō potest facere quin vsurari⁹ cruce signat⁹ restituat quod habet de vsura ad hoc q̄ peregrinatio sit ei vtilis: sicut enī ōr iob. nō indiget deus nostro mendatio: vt pro eo loquamur dolos: sic non indiget nostro auxilio vt pro eo faciamus dolum vel rapinā. Ad secundo obiectū dicimus q̄ hec argumetatio non valet. Necessitas facit licitū quod alias non esset licitū: ergo necessitas facit sufficiens: quod alias non esset sufficiens. necessitas enim facit de illicito licitum in duobus casibus Primo de cerimonialī illicito facit licitū: sicut in dauid qui comedit panes propōnis. et ī apostolis qui fricabāt spicas in die sabbati: hmōi enī cerimonialia non fuerunt illicita nisi ad tēpus: scilicet q̄diu durauit figura. vñ necessitas huiusmodi illicitū potuit facere licitū. Secundo necessitas illicitū facit licitum cū ipa necessitas clauditur in precepto: sicut cū dicitur. non occides/ intelligitur sine causa. vnde licitum est occidere in casu necessitatis. sed qua debitor pene soluat pe. vel ipse vel alius pro ipso pure morale est. vnde non est hic p̄mus casus nec secundus: quia non clauditur ibi necessitas. Preterea necessitas non facit de non sufficiēti sufficiens. Ad tertio obiectū dicimus q̄ non valet hec argumētatio. licet merita abrahā/ysaac/et iacob non sufficerēt sibi: tamen sufficiūt nobis: ergo q̄uis merita ecclesie vix sibi sufficiant. tamen sufficiūt crucesignatis. et hoc est quia cū aliquis meretur alij vitaz eternam/meretur et sibi: et ecōuerso. et propter hoc non est simile.

Ad aliud.

Ad aliud.

Ad aliud.

p̄m⁹ casus.

Scd⁹ casus

Ad aliud.

De sacramento extreme vnctionis.

Aliud capitulum.

Dicto de penitētia propter quā fit remissio peccatorum: dicendū est de sacramento extreme vnctionis: per quā fit cōpletio remissionis peccatorū Circa hoc sacramentū primo videndū quid sit huius sacramenti misterū: et quid sit essentia huius sacramenti: et quis effectus. Materia huius sacramēti ē oleū consecratū ab episcopo: quia dicitur oleū ad infirmos. Est enī multiplex vnctio. vnguntur catheumini baptisati oleo sancto in pectore: et inter scapulas vnguntur crismate in vertice. quod cōponitur ex balsamo et oleo. et oleū significat nitorē bone cōsciē tie: balsamuz nitorē bone vite: et in hīs duobus est perfectio christiani: inungitur etiā christian⁹ in fine vite sue oleo quod dicitur ad infirmos vt dimittantur ei peccata que per penitentiā non sunt dimissa. patet ergo q̄ materia huius sacramēti est oleū: sicut materia baptismi est aqua: et materia confirmatiōis crisma. De essentia ergo huius sacramenti: queritur quid sit: et videtur q̄ aliquis caracter sit essentia hui⁹ sacramenti. Est enī triplex vnctio. Prima in baptismo in signū regni eius qui baptisatur/ que est sacramentum intrantium. Secunda in confirmatione que est sacramentum pugnantiū. Tertia in extrema vnctione que est sacramentū exeūtiū. in figura huius tri plicis vnctionis fuit inunctus dauid. Primo ī domo patris sui in signū futuri regni. et hec vnctio significat vnctionē que fit in baptismo. Secundo inunctus fuit in ebron vt esset rex super tribū iude tātū: ⁊ post hanc vnctionē multa bella habuit: et hec vnctio significat que fit in confirmatione post quā pugnamus cōtra diabolū et carnē et mundum. Tertio iterū vnct⁹ fuit in ebron vt esset rex super vniuersū hierusalē. et post illam vnctionē in pace regnauit. et hec vnctio significat illā vnctionē que fit ī extrema vnctione post quā regnamus in pace in christo: quando sumus vtres reges: scilicet quando omnia nostra sunt/ scz deus q̄ est omnia in oībus. Sed constat q̄ in baptismo imprimitur caracter qui est ipsa essentia sacramenti. ⁊ in confirmatione simliter vt multi dicunt: q̄ in extrema vnctione īprimitur caracter qui est ipsa essentia huius sacramenti. si enim in vnctione iniciatiua que est in baptismo īprimitur caracter: multo forti⁹ ī hac vnctiōe que est cōsūmatiua īprimit caracter: ⁊ ita esse tia hui⁹ sacramēti ē caracter. Sed cōtra. caracter est inseparabilis/ ita hoc sacramentum nō debet iterari: et hoc falsum: ergo relīquitur q̄ essentia huius sacramenti non sit caracter: est ergo aliquid aliud. Quid si extertor vnctio est essentia huius sacramenti. Sed multe sunt ibi vnctiones: iungitur enim infirmus in oculis/in manibus/ in ceteris membris quibus peccauit/aut igitur quelibet illaruz essentia est huius sacramenti/aut aliqua illarum tantū: quia nō est ratio quare vna magis q̄ alia: scz quelibet est essentia hui⁹ sacramenti: hoc non potest esse: quia ille particulares vnctiones nūq̄ simul sunt: ergo nulla vnctio que fit vnū sacramentum constat ex illis. Propter hoc dicūt quidam q̄ vnctio qualitas que relinquitur in fine vltime particularis vnctionis est essentia huius sacramēti: scz probatur q̄ ipsa vnctio passio est sacramentum: quia vnctio oculorum est signum sacre rei: quia significat remissionē peccati quod contractū est per oculos. mors enim intrat per fenestram sensuum: ergo est sacramētum vel sacramentale: quia non deseruit alicui sacramento: ergo est sacramentum non sacramentale/ ⁊ nō aliud q̄ extrema vnctio: ergo ipsa vnctio passio est essentia huius sacramēti. Queritur postea de effectu sacramēti huius: de quo dicit beatus Jacobus: infirmatur aliquis in nobis īducat presbiteros ⁊ orent super eum vngentes eum oleo in nomine domini: et oratio infirmi saluabit ifirmum et alleuiabit eum dominus et si in peccatis sit dimittentur ei: ergo secundum hoc sacramentum duplicem habet effectum scz alleuiationem corporis et/remissionem peccati: et hoc patet in ipso oleo: est enī mitigatiuū ⁊ sanatiuuz: ⁊ hoc sacramentū est sacramentū noue legis: q̄ i digne suscipiēte

Materia hui⁹ sacramenti.

Prima q̄o

Triplex vnctio.

Figura.

In oppm

opio aliq̄

Jterū ar.

Alia opio.

efficit quod figurat:ergo quicunq; digne suscipit hoc sacramentum et consequitur sanitatem corpis et remissionē peccati.ꝛ hoc manifeste falsum. multi enim digne suscipientes moriuntur. **Solutio.** Dicimus ꝙ in hoc sacramento nullus imprimitur caracter duab⁹ **Prima cā.** de causis. Prima est quia hoc sacrametum institutū est ad completionē penitentie.vnde sicut in sacramēto penitentie nō imprimitur caracter:ita nec in hoc. **Secūda cā** Secunda est:quia nō est nisi duplex caracter: scilz caracter discretionis et excellentie.Caracter discretionis datur in baptismo quo discernuntur fideles ab infidelibus.Caracter excellentie datur in ordine ministris ecclesie quo excellunt alios in hoc sacramento non datur caracter discretionis quem cum fideles omnes habeant:nō oportet suscipere in hoc sacramēto:nec ē hic caracter excellētie:qz nō ē hic excellentia aliqua.dicimus ꝫ ꝙ quelibet illarum vnctionū particularium est sacramentū extreme vnctionis:nec est inconuenies multa esse secundum essentiam in sacra**Exempluz** mento/dummodo vnum sit in significādo. Sicut in baptismo multa sunt:scilicet aqua et ablutio: passio et caracter/et omnia illa vnum sūt sacramentum / **ḋa alīd exēplū** vnum significant. Similiter in sacramēto eucharistie multa sunt:scilicet forma panis et forma vini: ti sunt vnum sacramētum ab vnitate significati.signāt enim corpus christi misticum:scilicet vnitatem ecclesie.sīr ille vnctiones passiones que fiunt in extrema vnctione sūt vnum sacramentum:quia significāt vnū **Ad ratiōez** scilicet remissionem pcti.Ad illud quod obiectū est de effectu huius sacramenti dicunt quidaz ꝙ alleuiatio corporis infirmi est effect⁹ huius sacramenti: sed nō res.vnde nō semper efficit hunc effectum:quia nō **Alī dicitur** figurat illum.Vel potest dici ꝙ vtrūq; est res non tamen semper vtrumq; consequitur digne suscipiens: sed remissionem pcti sēper ꝓsequitur:quia sēp vtilis est:sed salutem corporalez nō semper cōsequitur: ḋa non semper vtilis est.sicut deus semper digne petēti dat bona spiritualia:quia semper vtilia sūt:sed nō sēper dat bona temporalia : quia nō semper vtilia sunt **Alia q̄stio.** Queritur postea cum extrema vnctio sit sacramētū confirmatiōis:et ita dignius videatur q̄ illa sacramēta que sunt sacramenta iniciationis:quare in ipsa nō apponitur balsamū:sed tātum oleum . in baptismo enim ꝫ cōfirmatione apponitur balsamum cum oleo **Solutio.** Ad hoc dicimus:quia baptismus et confirmatio sacramēta sunt intrantiū quibus necessari⁹ est nitor bone consciētie propter seipsos qui significantur p oleum/et odor bone fame propter proximos qui significantur per balsamum.ꝫ propter hoc in illis sacramētis est oleum cum balsamo.sed extrema vnctio sacramentum est exeuntiū quibus sufficit nitor bone con**Alia q̄stio.** scientie.vñ tātum oleo consecrato ab episcopo inunguntur sine balsamo.Queritur postea vtrum ordo **Aī ꝙ non.** sacerdotij de necessitate ad essentiā huius sacramenti exigatur.videtur ꝙ nō:quia ad sacerdotes pertinet baptisare: tamē in articulo necessitatis alius potest baptisare. eadem ratione/licet extrema vnctio ad sacerdotem pertinet:tamē in casu necessitatis alius q̄ **In oppo⁹** sacerdos potest hoc sacramentum dare.Sed contra institutū est ab apostolis ꝙ soli sacerdotes dēt hoc sa**Solutio.** cramentū:ergo nullus alius potest dare hoc. Ad cō cedim⁹:ꝫ nō est simile de baptismo:quia ad infusionē gratie que datur i baptismo:homo nō operatur nec cooperatur:sed solus deus.vñ a quocūq; datur ver⁹ baptismus est:sed extrema vnctio est sacramētum instītutum ad cōsūmationem penitētie:vt quod in penitētia dimissum nō est:i extrema vnctione dimittat. vnde sicut in penitētia exigūtur claues q̄tum ad dimissionē pene temporalis quas solis sacerdotib⁹ cōtulit dñs sicut apostolis.Sacerdotes ei ex vi clauiū aliquid facit ad dimissionez pene temporalis:vt patet i resuscitatiōe lazari quem solus deus suscitauit: sed apostoli soluerunt illum ab istītis quibus ligat⁹ erat:quod significat ꝙ solus deus resuscitat aiam a morte culpe:sed sacerdotes aliquid dimittūt ex vi cla**Alia q̄stio.** uium de pena temporali.Queritur postea vtruz ofo **Aī ꝙ sic.** sit de essentia huius sacramenti. videtur ꝙ sic: quia dicit beatus iacobus.Orēt super eū vngētes oleo in noīe dñi et oratio fidei saluabit infirmum et alleuiabit eum dñs:sed alleuiatio īfirmi tam corporalis q̄ spiritualis:de effectu huius sacramēti est.sed hoc sacramētum habet effectum siue efficatiaz suā per orationem.ergo oratio est de essentia huius sacramēti. **In oppo⁹.** Contra.dictum est ꝙ ipsa vnctio est ipsum sacramentum:sed oratio nō est de essētia vnctiōis: est ei aliud q̄ vnctio.ergo oratio nō est de essētia huius sacramēti.Ad hoc dicim⁹ ꝙ sicut de essētia baptismi dicūtur **Solutio.** esse tria:scilicet materia et formaverboruz:et intētio baptisandi.Similiter de essētia sacramēti eucharistie dicūtur esse tria:scilicet ordo sacerdotalis: et forma verborum:ꝫ materia:scilicet panis et vinum.eodemmodo in essentia huius sacramenti dicūtur esse tria scz ordo sacerdotalis:ꝫ oratio fidei:et materia: scz oleū ꝓsecratū ab episcopo: nō est autez ipsa oratio ipsavnctio/vel pars eius:sed hoc mō dicitur esse de essentia:quia per ipsam habetvnctio ꝙ sit sacramētū.i. ꝙ similitudinem eius gerat quod figurat/ꝫ causa existat:est autem oratio talis:Per istam suauissimā vnctionem/ꝫ suam pijssimam misericordiam dimittat tibi deus quicqd peccasti per visum.ꝫ sic de alijs:nō datur autem hoc sacramētum/nisi adultis:quia parvuli non indigent remissione peccatorum: quia in baptismo dimissum est originale ꝫ nulluz postea actuale addiderunt:non datur autem adultis sanis: quia principalis ꝫ proprius effectus huius sacramēti sanatio est corporalis qui non habet locum nisi in īfirmo:sed dignissimus effectus est remissio peccatorum.

De iteratione sacramenti.
Secunda questio principalis.

SEcundo capitulo queritur vtrum hoc sacramē**Aī ꝙ non.** tum debeat iterari.Videtur ꝙ non: quia quatuor sacramēta sunt i quib⁹ sunt vnctiones/ scz baptismus/cōfirmatio/ordo/extrema vnctio:sed tria predicta nō iterātur: ergo extrema vnctio nō est iteranda. **Secundo.** Item dicit Augustinus iniuriam facit sacramēto q̄ iterat ipsum:ergo sacramentum extreme vnctionis non **In oppo⁹** est iterandum ne fiat iniuria.Sed ꝓtra.dicit Ambrosius ꝙ quandocūq; infirmatus fuerit morbus iterāda est medicina:sed sepe infirmatus fuit morbus:qz sepe infirmatur:ḋ **Solutio.** sepe iteranda est extrema vnctio.Quod cōcedimus. **Ad primū** et nō est simile de baptismo ꝫ cōfirmatione ꝫ ordine: **Ad aliud.** quia in illis est caracter:in extrema vnctione nō est caracter vt dictū est supra.Ad auctoritatem Augustini dicimus ꝙ nō fit iniuria sacramēto si iteratur vbi non est caracter:sicut iteratur sacramentum eucharistie et iteratur penitentia : sed si iteraretur vbi est caracter

iniuria fieret ei. aut si iteraretur quia datum ē a malo ministro. auctoritas ergo illa intelligenda est de illis sacramentis que semper permanent. illa enim nunq̄ sunt iteranda. maxime vero dixit illam auguꝰ propter baptisma. heretici enī baptisatos a catholicis rebaptisabant quoꝝ neutrū faciendū est: qz solus deus infundit gratiā que dat in baptismo: nec ministri operantur/nec ministri cooperantur ad effusionē gratie. vñ nō sunt ibi nisi canales. vñ sicut canales nō dant pluuiā: ita nec ministri dant gratiā: iniuriā ergo facit baptismo qui iterat ipsū. videtur enī sentire baptismū meliorem a meliori ministro dari: ⁊ ita ponit hoīes cooperari ad meliorem baptismū: ⁊ ita nō solum deum esse qui baptisat seu qui gratiā baptisma lem infundit. diminuit ergo dignitatem baptismi: et ita iniuriam facit baptismo.

De sacramento in quo confertur gratia.

Aliud capitulum.

Dicto de sacramentis in q̄bus confert gr̄a. dicēdum est de sacramento in quo confert gr̄a prerogatiua: scz de ordine. Et primo videndū ē quid sit ordo ⁊ quot ordies. Scdo vtr ordo sacerdotalis idē sit in no. ⁊ ve. te. Tertio de ordinatis ab hereticis. Quarto de tpe ⁊ etate ordinandoꝝ. Circa primū notandū ē q̄ ordo ē sacrū signaculū quo spūalis potestas cōfert alicui ⁊ officiū. et intelligendū ē q̄ caracter ordinis dat sup caracterem baptismi: ⁊ sic in baptismo ē caracter ⁊ ablutio exterior quod significat interiorem. similiter ī ordine dat caracter ⁊ est aliq̄d exterius qđ ē signū illi⁹ quod datur interi⁹: sicut traditio clauiū: vel liber/vel aliqua vnctio exterior: sicut caracter in baptismo signū ē discretionis. similiter caracter in ordine signū ē excellētie. notandum aūt q̄ quicq̄d quesitū ē de caractere in tractatu de baptismo: possz et hic q̄ri habito quid sit ordo. Notādū q̄ septē sunt ordines: quoꝝ pm⁹ ē hostiarius seu iantor q̄ scz ī veteri testamēto electi fuerūt ad custodiendū tēplū. vñ dz iste custodire tēplū: ⁊ hostiū ipsi aperire debēt: et cognoscere quis dz intrare: ⁊ q̄s nō: in. cuius signū dāt ur et claues. hoc officio vsus ē dñs in ꝓpria persona q̄n eiecit ementes ⁊ vendētes de tēplo flagello de funiculis facto. Et secūdus ordo ē lectoris a legēdo dictus. dz enī legere lectiōes ve. te. et recte pronūciare: ⁊ ea q̄ prophete dixerūt populis p̄dicare. in signū huiꝰ traditur ei liber. hoc officiū exercuit dñs in medio senioꝝ/libz̄ ysaie aperiens ⁊ legens ibi. Sp̄s dñi sup me ⁊c̄. Tertiꝰ ordo ē exorcistarū/ad quos pertinet p ī̄positionē manꝰ liberare obsessos a demonibꝰ adiurando eos p dñm vt exeāt ab illis: sz mō non fit ita: q̄ pauci vel nulli sunt obsessi: ⁊ in signū huiꝰ accipiunt de manu ep̄i libz̄ exorcismoꝝ. hoc officio vsus est xp̄s: q̄n multos demoniacos liberauit. Quartꝰ ordo ē acolitꝰ q̄ grece dr ceroferarius: a portando cereos q̄n legitur euāgelīū in festiuis diebꝰ: tunc enī duo ceret ferunt in signū duoꝝ p̄conū qui p̄cedent secūdū aduentū: scz helie ⁊ enoch: in non festiuis diebus non fert nisi vnus cereus in signū primi aduentꝰ quo vnꝰ p̄cessit scz beatꝰ iohannes baptista. hoc officiū dominus testatur se habere quando dixit: Ego sum lux mundi. Quintus ordo est subdiaconi ad quem pertinet ministrare diacono calicem cum patena: vñ dictus est subdiaconus. hoc officio vsus est dominꝰ q̄n linteo se precinxit ad lauandum pedes discipulorum. Sextus ordo est diaconi/qui dicitur leuita: quia ī veteri testamento ministrabant leuite et ferebant tabernaculum. sic diaconus debet ministrare sacerdoti/et ferre libz̄um predicando. hoc officio vsus est dominus quando post cenā sacramentum sanguinis et carnis ministrauit discipulis et quando predicauit. Septimus ordo est presbiteri/qui interpretatur grece senior: latine pater: propter honorem et dignitatem quam accipiunt: ad hunc pertinet corpus christi consecrare propter quod finis est et ꝓsummatio aliorum ordinum. hoc officio vsus ē dominus quando consecrauit corpus suum in cena: et quādo seipsum obtulit in ara crucis. Sed videtur q̄ plures debeant esse ordines q̄ septem: sicut corona siue prima tonsura/ que est signaculum dignitatis. Preterea quādo accipit coronaz dicit: Dñs pars hereditatis mee ⁊ cetera quasi separat se in hereditatem dei. Qđ videtur esse propter ordinem quem recipit. Itē dicit beatꝰ dionisius. Humana ierarchia facta est ad similitudinem celestis: ergo sicut in celesti debent esse nouem ordines ita in humana. Item. precepit dominus moysi vt faceret templum ad similitudinem illius quod vidit in monte quod ostendit ei dominus. Solutio. Corona signum est regalis dignitatis: quia se debet regere quicunq̄ deo seruire vult quam proprie habent omnes ordinati. Unde ē signum materiale ad preparādum et ad suscipiendos ordines: propter quod non est sacramentū: sed sacramentale: sicut presignatio in baptismo: et est signum separationis in parte domini quod notatur cū dr/dñs pars hereditatis mee ⁊c̄. Ad aliꝰ dicim⁹ q̄ similitudo celestis ierarchie attēdit ꝑ gratias secundum quas imitamur deum. vnde cum sufficienter imitemur deum per septem dona in hoc debet attendi similitudo/⁊ ꝓpter hoc dictū est moysi q̄ faceret templū ad omnem similitudinem illius tēpli quod ostensum fuit ī mōte. vnde nō oportet q̄ sint ix. ordines in hominibus sicut in angelis: qz ordo angelorum non distinguitur secundum id ī quo assimilatur eis: sed secūdū officia diuersa. Dictū est q̄ septē sunt ordines. Sed videtur q̄ longe sunt plures q̄ septem: qz diaconatus est quidam ordo scōm q̄ diaconus subest sacerdoti: eadē ratione episcopatus est ordo scōm q̄ episcopus p̄est sacerdoti. Itē in baptismo et ꝓfirmatione in quibus est vnctio de crismate imprimitur caracter: ergo pari ratione in cōsecratione episcopi cum fiat vnctio de crismate imprimitur caracter nō nisi caracter excellentie: sed caracter excellentie est ordo: ergo episcopatus est ordo. Item ordo est sacrū signaculum quo confertur potestas spiritualis: sed in consecratione episcopi est sacrum signaculuz scz sacra vnctio ⁊ confertur episcopo potestas spiritualis: hoc p se patet: ergo ibi est ordo a diffinitione ordinis. Itē in ordinibus angelorum est vnus ordo qui dicitur dominatio: qz dominatur īferioribus ordinibus ⁊ vsum dominādi edocet: sed episcopus dominat īferioribus et vsum dominandi edocet: ergo episcopatus est ordo et primatus et patriarchatus/⁊ papatus: ⁊ ita plures sunt ordines in militanti ecclesia q̄ in celesti: non ergo penitus ordinata est militans ecclesia ad exemplar triumphantis ecclesie. Item videtur q̄ decanatus et archidiaconatus/et huiusmodi sunt ordies: qz decani et archidiaconi presunt et dominantur inferioribus personis ⁊ vsum dñandi edocent: g̃ est ordo ad

Diffinitio ordinis.

Septē ordines

Dicta ar. Secundo. Tertio. Quarto. Solutio. Ad primū Ad aliud. Dicta ar. Secundo. Tertio. Quarto. Quinto.

similitudinē illius ordinis qui dicitur dñatio i celesti
Ad ꝓdicta. bus ordinibus. Ad ꝓdicta duplex est solutio. Quidā
enim dicūt q non sunt nisi septem ordies: quorū sum
mus est ordo sacerdotalis/ꝛ supra ipsum null⁹ est ord
do. omnes enī alij ordines redeūt ad istum ordinē se
cundum quem fit cōsecratio corporis ꝛ sanguinis do
mini/quod est corpus excellentissimū. vnde supra or
dinem sacerdotalem nō est ordo: apud eosdem vocat
Alia opio. presbiteros ad thimo. ꝛ episcopos. Aliorū est opinio
que nobis magis placet q tot sunt ordies in ecclesia
militāti quot sunt i celesti scz septē predicti/ et ꝓterea
episcopat⁹ ꝛ archidiaconat⁹: ꝛ licet ordo sacerdotalis
dignissimus sit q̄tū ad dignitatē rei cōsecrate: tñ epi
scopatus dignior est q̄tū ad qualitatē: episcopus enī
dat potestatē consecrandi corpus ꝛ sanguinē dñi.
Ad archiepiscopū autē de proprio officio pertinet cō
secrare episcopos quod maxima est dignitas/ licet in
casu aliquo episcopus consecret episcopuz. Primat⁹
vero ꝛ patriarchatus. ꝛc. nō sunt ordines nec differūt
nisi cōtractione ꝛ ambitu/ scz secundū maiorem ꝛ mi
norem potestatez: si quis vero ꝓtradicat eis que dicta
sunt dicēs q episcopatus/archi. nō est ordo: qr omnis
ordo datur per manus impositionē ꝛ non est alia ma
nus impositio super archiepiscopū q̄ super episcopū
Dicimus tamen q ad minus archiepiscopatus est or
do ad modū ordinis angelici: decanatus vero ꝛ archi
diaconatus nō sunt ordines: non enī ibi est sacrū signa
culum quo confertur potestas spiritualis: sed sunt di
gnitates āminiculātes ad ordines: iuuāt enim episco
pos: similiter thesaurariꝛ ꝛ cancellaria/officia quedā
sunt ꝛ nō ordines: quia ibi nō est sacrum signaculum:
sed qr ampliata ꝯ res ecclesie: institutus est thesau
rarius ad cōseruandum res ecclesie sine aliquo sacro
signaculo. Q autē episcopatus et archiepiscopatus
sunt duo ordines ꝓter alios septem vt sint. ix. ordi
ꝓbaꝛ opio nes in humana ierarchia sicut in celesti: Probatur ꝙ
auctoritatem apli qui dicit ad hebre. sine vlla ꝯdictio
ne q minor a maiore benedicit q̄tū benedicit: ergo
maior est qui benedicit q̄ qui benedicit: sed archiepi
scopus de officio suo benedicit et ꝓsecrat episcopum:
ergo maiorem dignitatē habet q̄ episcopus/ꝛ ita ma
iorem ordinē. Item Moyses et Aaron in sacerdoti
bus eius: ꝙ Moyses et Aaron fuerūt sacerdotes: aut
ergo equales/aut alter maior: ꝓbatur q moyses ma
ior: qr dixit dñs moysi i quarto exodi. Tu eris aaron
in his que ad deū pertinēt: ergo maius fuit sacerdo
tiū moysi q̄ aaron: ergo maiorem ordinē habuit: hoc
autem est: qr ꝓsecrauit aaron: ergo cum archiepisco
ꝯ dicta aī. pus de officio suo consecraret episcopū maioris ordi
nis est q̄ episcopus. Sed contra hoc obijcitur q epi
Solutio. scopus consecrat archiepiscopū/ꝛ hostiensis cōsecrat
papam: nō tamen est maioris potestatis. Ad hoc dici
mus sine ꝓiudicio melioris sentētie q aliud est quod
ex dispēsatiua necessitate fit: aliud quod ex dignitate
officij: archiepiscopus enim cōsecrat episcopum ex di
gnitate officij sui/ꝛ secundum hoc maioris dignitatis
est ꝛ sic intelligitur auctoritas apostoli q maior est: si
ne vlla contradictione qui ex officij dignitate benedi
cit aliquem q̄ ille qui benedicitur: quando vero epi
scopus consecrat archiepiscopum dispensatio neces
sitatis est: sicut cum ad sacerdotem proprie pertine
at ꝯ baptisare: in articulo necessitatis tamē licite alius
potest baptisare q̄ sacerdos. similiter cū dñs papa nō
habeat superiorē vel parem de necessitate inferior cō
secrat eum. vnde si non essent in mundo nisi tñ tres
simplices sacerdotes oporteret q aliquis illorū con
secraret alium in epm et aliū in archiepiscopum. De moyse.
De moyse dicimus q nō fuit sacerdos nisi in semiplena si
gnificatiōe sacerdotis: qr sacerdotis est offerre hosti
as ꝛ ipse non offerebat. sed dictus est sacerdos: quia
consecrauit fratrem suū in sacerdotē. secundū allego
ricam expositionē moyses qui interpretatur sumpt⁹
ex aquis significat scientiā que sumitur ex aquis sa
cre scripture. et aaron qui interpretatur mons fortī
tudinis significat virtutem que proprie est sacerdo
tis: quia ex virtute offerimus spirituales hostias deo
scientia vero non est proprie sacerdotis: sed ꝺr sacer
dotis qr dirigit virtutem. vel moyses significat fidē
et aaron caritatem: facit enī offerre ea spirituales ho
stias deo: qr fides operatur ꝙ dilectionē.

¶ Utrum sit idem sacerdotium.
¶ Alia questio.

Queritū. postea vtrū idē sit sacerdotium ve. le. Aī q sic.
et no. videt q sic: qr dicit apostol⁹. Oēs eādem
spiritualem escā manducauerunt quā ꝛ nos: ꝙ eādē
spiritualē hostiā obtulerunt quā et nos: sed sacerdo
tis est offerre hostias. ꝙ idē sacerdotiū spirituale ha
buerunt: ꝛ ita idē sacerdotium veteris legis et noue
Item. eadem est ecclesia qr vna est columba mea: nō Secundo.
eadez numero: sed eadem expressa similitudine dicit
sicut dicitur vna fides: ergo cum eadem fuerit eccliā
in no. et in ve. lege eedē persone ecclesiastice fuerunt
in ve. et in no. le. ergo idem sacerdotes per expressaz In oppm
similitudinē. ergo idem sacerdotium. Contra. dicit
apls ad hebreos. Translato sacerdotio necesse ē vt fi
at legis translatio. i. legaliū sacrificiorū: promisit enī
dñs per dauid. longe post institutionē leuitici sacer
dotij aliud sacerdotium dicens: tu es sacerdos ieter
num secundum ordinem ꝛc. translatum est ꝙ sacerdo
tium ve. ꝛ no. le. Ad̄ concedim⁹. vnde si mō esset cri Solutio.
stianus aliquis sacerdos ve. le. reordinandus esset ad
hoc vt esset sacerdos no. le. Ad primo obiectum dici Ad primū
mus q eedē spirituales hostie fuerunt in ve. ꝛ in no.
le. q̄tum ad fidem ex qua offerebantur ꝛ q̄tum ad si
gnificationem: qr per hostiā veteris legis significaba
tur verus agnus qui tollit peccata mundi. ꝛ per ho
stiam noue legis similiter: sed non sunt eedem q̄tuz
ad rei existentiā: quia in sacrificio no. le. est ver⁹ agn⁹
per existentiā: in sacrificio veteris legis non fuit q̄tū Ad scām.
ad significationem. Ad secundo obiectum dicim⁹ q
eedem fuerunt persone in ve. ꝛ no. le. q̄tum ad simi
litudinem virtutum: sed non q̄tū ad similitudinem
operum et officiorum: sacerdotiuz aut respicit officia
et propter hoc non est idem sacerdotiū. q autez per
omnia differant sacerdotes noue legis et veteris: ꝓ
quia sacerdos ve. le. opera crudelitatis exercent/ vñ
et interficiūt: sed sacerdotes no. le. nō interficiunt.

¶ De ordinatione hereticorum.
¶ Alia questio.

Ultimo queritur vtrū hereticiveꝛe ordinēt aut
non: ꝛ vere conficiant. Probatur q nō: qr di Aī q non.
cit innocent⁹ papa q nemo potest dare honorē quez
non habet: nec aliquis potest recipere honorē ab illo
qui nō habet: ꝛ loquitur de hereticis cum nō habeāt Secundo.
honorem q nō dant honorem. ꝙ nō dāt ordines. Itē
beatus ciprianus dicit q sacramenta hereticoꝝ sanctā

stica sunt ⁊ inania.sunt enim heretici similes simijs:q̄ videntur facere similia ecclesie ⁊ non faciunt:sed sacramenta fantastica nō sunt sacramenta:ergo sacramenta hereticorum nō sunt sacramenta.ꝯ necvere ordināt nec vere conficiunt.Jtē. dicit beatus ieronim⁹ q̄ heretici panē luctus comedunt et sacramenta sacrilega ⁊ polluta comedunt:sed sacramēta sacrilega nō sunt sacramenta.ergo heretici nec vere ordināt : nec vere conficiunt.Jtem dicit aug.q̄ extra ecclesiā non est locus veri sacerdotij:ergo cum heretici sint extra ecclesiā nō habent verum sacrificium.Sed cōtra.dicit beatus gregor⁹ q̄ sicut baptisati ab hereticis nō sunt rebaptisandi:ita ordinati non sunt reordinandi ergo herctici vāt veros ordines.Jtem augu.dicit q̄ heretici habēt vera sacramenta:⁊ vera sacramēta vāt sed pernicioſe habent/⁊ pernicioſe dant.ergo vere cōficiūt ⁊ vere ordināt. Ad hoc soluūt q̄dā sicut habet in sentētijs q̄ distinguēdū ē inter hereticos.sūt enim q̄dā heretici p̄cisi ab eccl̄a:q̄dā nō p̄cisi.de p̄cisis dñt q̄ vāt verū baptismū:q⁊ baptism⁹ ē sacramentū necessitatis::sed non cōfirmant/neq̄ cōficiūt/neq̄ ordināt vere:⁊ sic formā eccl̄ie obseruant.de nō p̄cisis aūt dñt q̄ hec oīa faciunt si formā ecclesie obseruant.⁊ p hāc distinctionem omnes predictas obiectiones soluunt Sed q̄ solutio nulla sit:probatur.dicit ei btūs aug. q̄ inturia nō ē faciēda sacramento: inturiā autez facit sacramento:sicut ipse exponit qui dicit ipsum pollui ex immundicia hominum. Si enim radius solaris sparsus super quelibet immunda non contrahit tamen immūdiciam : q̄tomagis sacrameta diuina : ergo precisio vel non precisio heretici nichil facit ad sacramentū:ergo non est soluendum per distinctionē illam.Jtē dicit Augustinus q̄ non est reprehendēdū in hereticis istud ī quo nobiscum conueniunt:sed ī quo nobis ꝓtrariātur: quod patet per hoc q̄ cū Johānes dixisset dño.Magister/vidim⁹ quēdam in nomie tuo demonia eijcētez qui nō sequitur nos ⁊ prohibuim⁹ eum:respondens dñs ait:nolite prohibere illum:qui enim non est aduersus nos/pro nobis est:ꝯ non est redarguendum in hereticis illud in quo nobiscum conuenunt: sed istud in quo nobis aduersantur:q⁊ vt dicit Augustinus: medicandum est vbi morbus est: nō curandum est quod sanum est : ergo siue heretici sint precisi siue nō:dūmodo seruant formam ecclesie:vera sacramenta vāt:in hoc enim nobiscum conuenunt:propter hoc dicimus aliter soluēduz esse. Dicimus ergo q̄ si heretici seruent formam ecclesie siue sint precisi siue nō:vera sacramēta vāt:multi enim heretici precisi fuerunt vt Arriani qui cantabant in sacramētis:si vero non seruāt formam ecclesie nō dant vera sacramēta. Auctoritas ergo ĩnocentij itelligēda est de illis q̄ nō seruant formam ecclesie ⁊ ipsi ordinantes ordinati fuerūt nō i forma ecclesie.vnde nō habent veros ordines ⁊ sic nō possunt dare.Vel aliter potest itelligi illa auctoritas:et si formā seruāt ecclesie cum ordināt nō tñ dāt honorē.i.nō dāt gratiā spūssancti:dādo ordies ipsi enim non habent gratiam nec illi qui dant/nec illi qui recipiunt cū sint heretici. Similiter auctoritas cipriani potest intelligi istis duobus modis: possūt enī dici sacramenta hereticorū fantastica : quia formā ecclesie nō obseruāt. vnde videntur ordinare et non ordināt/vel fantastica:quia videnē dare gratiā et nō dāt vnde symee sunt hereticorū etiā sacramēta sacrilega sunt:vel quia nō seruāt formā ecclesie vel si obseruāt dant sacrilegia et polluta:quia ipsi heretici sacrilegi et polluti sunt et ad punitionē suā recipiunt: sicut ieronim⁹ sup malach̄.dicit q̄ ille polluit panē.i.corpus christi qui accedit indignus ad altare: nō quia ille panis sit pollutus:sed quia magis ille polluitur qui celebrat indigne. Similiter auctoritas augustini duobus modis potest exponi. primo sic:extra ecclesiā.i. extra formā ecclesie:nō est locus veri sacrificij/vel extra ecclesiā nō est verū sacrificiū: quia non datur gratia que videtur dari:sed tamē vere conficiūt si formā ecclesie seruāt:qđ significatū fuit in facto abrahā qui cognouit agar ex precepto sare . Agar ancilla significat quācunq̄ ecclesiā fantasticā in qua tñ dñs gñat filios ꝓpriales si forme ecclesie seruantur.

Tertio.

Quarto.

In oppo^m.

Secundo.

opio aliq̄

ꝓ hoc aī.

Secundo.

Solutio.

Ad auctoritatem.

Aī dicit

Ad aliā.

Ad aliam.

Figura.

¶ De etatibus ordinatorum.

¶ Aliud capitulum.

DE etatibus autē dicitur ordinatorūvt habetur in sentencijs q̄ in subdiacon̄.nō est aliquis ordinandus ante xxiij.ānū.quia propter votū continentie debet habere annos discretionis : nec in diacon̄.ante xxv.ānos.nec in sacerdotē ante.xxx.an.q⁊ in tali etate incepit dñs predicare:et ioseph incepit distribuere frumentū in terra egypti et dauid regnare in israel: ⁊ ezechiel prophetizare: sed quia illud ab homine institutū est dispensationē recipit et aliter sepissime fit.

¶ De sacramentis cōseruatiuis gratie.

¶ Aliud capitulum.

DIcto de sacramētis collatiuis gr̄e dicēdū est de sacramētis ꝓseruatis gr̄e: scz de matrimonio p quod cōseruatur gratia: est eni sicut medicina preseruatiua:quia p̄seruat a lapsu sicut dictū est supra.Circa matrimoniū primo videndū est quid sit matrimonium:et de institutione matrimonij. Secūdo de causis matrimonij. Tertio vtrū matrimoniū sit de iure naturali et si est qualiter sit. Quarto de bonis matrimonij.Quinto de impedimēto matrimonij.Matrimoniū eni sic describit:matrimoniū est legittima coniunctio maris et femine/indiuiduāvite consuetudinē retinens:legittima dicit ꝯtū ad personas legittimas ad cōtrahendū.que autē persone ligittime sūt ad cōtrahendū inferius patebit:⁊ quia legittime cōiūgunt frater et soror:filius et mater? ꝯtū ad cohabitationē propter hoc addit indiuiduā vite consuetudinē retinens.i.retinendā exigens ꝯtū in se est: hoc autē dicit quia matrimoniū nō semper retinet indiuiduāvite cōsuetudinē:sicut in matrimonio infideliū:contumelia eni creatoris soluit matrimoniū: tale ei matrimoniū nō est ratū.Jtē hic dicit propter matrimoniū spūale: quia ante carnalē copulā licet alterū cōiugū transire ad religionē et soluitur matrimoniū:sed ꝯdiu durat matrimoniū indiuiduā vite retinet cōsuetudinē. vnde ꝯtū in se est semper retinendū exigit. cū eni matrimoniū sit cōiunctio maris et femine et ibi sunt due dictiones que sunt relatio et correlatio: maritus eni dicit vxoris marit⁹:et vxor maritivxor.Querit anvtra q̄ illarū coniunctio p se sit matrimoniū: an ille due simul accepte ita q̄ neutra sit vtraq̄ p se: ꝯ ibi sūt duo matrimonia: ꝯ duo sacramēta:si ille due pit accepte ita q̄ neutra:ꝯ secundū hoc vir nō est p matrimoniuz cōiunctus cū femina nec ecōuerso:hoc autē falsū. Ad hoc dicimus sicut dictū est in sacramento eucharistie: q̄ duo sūt in subiecto:sed vnū in effectu et significatio

Diffinitio matrimōij.

Euasio.

Prima q̄o Aī primo

Solutio.

ne:in effectu vnū: quia ille due cōiunctiones efficiunt carnē vnā:in significatione vnū sunt: quia significant vnionē christi et ecclesie: sicut dicit apostolus matrimoniū sacramētū magnū in christo et ecclesia. vnde sicut forma panis et forma vini sūt vnū sacramentum ab vnitate significati et effectus:ita ille due cōiunctiones sunt vnū matrimoniū:et vnū sacramentū ab vnitate significati et effect⁹. Institutū aūt fuit matrimoniū in paradiso: immisit enī de⁹ sopozē in adā et tulit vnā de costis eius et edificauit illā costā in mulierē: et in illo sopoze interfuit adā celesti curie:ꝛ multa futura ei reuelata sunt:et cū euigilasset dixit spiritu pphetico.hoc nunc os ex ossibus meis ꝛ caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrē et matrē et adherebit vxori sue et erunt duo in carne vna:institutum ergo fuit matrimoniū quasi in duplici paradiso:scz in paradiso terrestri in quo fuit adā et in paradiso celesti in quo raptus fuit adā in illo sopoze:institutū autē postea fuit a dño dicēte. Crescite et multiplicamini:essent autē vt dicit augustin⁹: nuptie honorabiles et thorus imaculatus in paradiso nisi fuissent peccata:honorabiles generali honore:quia generantur homīes ad cultū dei:et speciali honore quo adā ꝛ eua sunt principiū totius humani generis: thor⁹ imaculatus esset:quia sine omni purigine carnis: sine oī libidine:sine oīū incōuenīēti coirent. Sed questio ē vtrū ibi esset delectatio carnis. ꝓbatur q sic:qz abraham et alij sancti patres:quādo cognoscebāt vxores delectabātur vellēt nollent: ergo illa delectatio non erat volūtaria:ergo erat naturalis: sed eadē nātura fuit ante peccatū que nūc est:ergo et ante peccatū essz in illo opere delectatio. Preterea ibi esset cōiunctio cōuenīētis cū cōuenienti: ergo delectatio sicut delectatur visus in vidēdo viride. Sed si ibi esset delectatio sicut modo est:ergo libido ꝛ ita peccatū:quod est incōuenīēs. Et ad hoc dicimus q ibi esset delectatio. Sed sciēdum est q duplex est vis cōcupiscibilis in homine:est cōcupiscibilis humana ꝛ est cōcupiscibilis brutalis:q̄ non cōcupiscit nisi sensibilia: et ꝓcupiscibilis hūana q̄ cōcupiscit oīa tam sensibilia: q̄ intelligibilia tam bona q̄ mala:huiusmodi cōcupiscentiā rationalē habēt angeli:secundū cōcupiscibilē brutalem non est virtus nec viciū: et secundū illā delectaretur adam ante peccatū in opere cōiugali:habebat enī cor adam ante peccatū in opere cōiugali: habebat enī cor pus animale indigens alimonia ciborum. vnde et de lectationē hz fm sensū et non peccaret:sed non sequitur ibi est delectatio:ergo libido:libido enī est mot⁹ ad delectationem illicitam.

De instituti one matrimonij.

q̄o incidēs. Aī q sic.

Secundo.

In oppo^m

Solutio.

De causis matrimonij.

¶ Secundum capitulum.

Secundo capitulo dicitur de causis matrimonij quarū quedā sūt finales: quedā materiales: q̄dā formales:quedā efficiētes:finalū quedā sūt necessarie:quedā accidētales: necessarie sunt,plis procreatio et fornicatiōis vitatio:secūdū prolis procreationē dicit matrimoniū institutū ad officiū secūdū fornicatiōis euitationē dicit istitutū ad remediū:ꝛ ante statū culpe institutū est tantū ad officium:in statu culpe ad officiū et remediū. cause finales vtiles sunt caritatis dilatio: viciorū recōciliatio:bellorū sedatio:regnorū pacificatio:ꝛ huiusmodi cause materiales sūt legittime persone: in solis enī legittimis habet esse matrimoniū:legittime vero persone sunt que nullo modo prohibent ꝓtrahere:formales cause sūt solēnitas que exhibetur in matrimonio: sicut q̄ sit in facie ecclesie: et q̄ benedicātur spōsus et spōsa:hoc enī faciūt ad decorē matrimonij. Efficiēs aūt cā matrimonij est ꝓsensus per verba de ꝓsenti exꝓssus vel equipollens sicut per signa:quia inter absentes potest esse matrimonium:si de consensu qui est causa efficiens matrimonij. Multipliciter obijcit:ꝛ de illo ꝓsensu ꝓmo q̄ est mor tale pctm̄:aliqs enī ꝓhit cū aliq̄ vt fiat diues:ꝓpt̄ hoc solū vt̄ vt expleat libidinē suā:ꝛ ita ex cupiditate ꝛ ex libidine est ille ꝓsensus matrimonialis: sz si arbor mala ꝛ fruct⁹ malus: ergo cū cupiditas vel libido sit peccatum mortale,cōsensus ille est peccatuz mortale:sed consensus ille est ꝓprie causa efficiēs matrimonij:ḡ malum est causa boni ꝓprie cū omne matrimoniū sit bonum:hoc autez est contra beatum Dionisium qui dicit q̄ malum nō est factiuum bonoruz. Item contra illos qui dicūt q̄ mala actio nō est a deo:ille cōsensus est causa ꝓprie boni scz matrimonij: ergo ꝓprie est bonus:quia mala arbor non potest bonos fructus facere. Item si iste ꝓsensus nullo modo est bon⁹: ergo nullo modo deus est causa illius efficiēs:ergo iste cōsensus ꝓprie nō est causa efficiens huius matrimonij/ nec finalis/nec materialis/nec formalis:hoc certuz est ergo nullo modo causa est huius matrimouij. Cōtra hoc matrimoniū est ratū ꝛ bonum: ergo deus est causa illius. Ad hoc dicimus q̄ iste ꝓsensus licet sit peccatum mortale: tamē ꝓprie est causa efficiens matrimonij non inq̄tum malus:sed inq̄tum bonus/ꝛ inq̄tum a deo est:dicimus enim q̄ omnis actio inq̄tū actio bona est ꝛ est a deo. Et quod beat⁹ Dionisius dicit sic intelligēdum est:malū nō est factiuum boni iq̄tum malum: sed per bonum quod habet in se annexum est factiuum boni:sicut patet in cupiditate q̄ mala est multa tamen habet annexa:sicut negociationem ꝛ similia que valde necessaria sunt hominibus: qui autem dicunt q̄ mala actio est ab homine vel a diabolo difficile est eis respondere.

Ꝛ dicta.

Tertio.

In oppo^m

Solutio.

Ad rōnem

De consensu cause efficientis matrimonij.

¶ Alia questio.

Queritur postea quis consensus sit causa efficiēs matrimonij/aut ꝓsensus ad cohabitandum perpetuo/aut ꝓsensus i carnalem copulā. Si cōsensus ad cohabitādum: ergo matrimoniū potest esse inter matrem et filium: possunt enī ꝓsentire ad cohabitādum perpetuo: si ꝓsensus in carnalem copulam: ergo non fuit matrimonium iter beatam virginem et Joseph: quia beata virgo nō ꝓsensit in carnalem copulam. vñ in euāgelio. Quomodo fiet istud/quoniam virum nō cognosco.i.me cognoscituraz ꝓpono: emiserat ergo votum virginitatis/ꝛ ita nō ꝓsensit i carnalem copulā ꝫd dicitur q̄ votum illud reuocatum fuit per matrimoniuz. Cōtra. virginitas potest cū matrimonio manere:māsit enim i beata virgine:ergo non fuit necesse reuocari votum virginitatis per matrimonium. Itē probatur q̄ beata virgo ꝓsensit i carnalem copulam: quia dicit beatus Augustinus q̄ beata virgo cōmittens virginitatem suam deo:ꝓsensit i carnalem copulam/nō illam appetendo:sed diuine dispositioni obediēdo:ergo ex obedientia diuine dispositionis ꝓsensit in car. copu. Sed secūdum hoc videtur q̄ nō sit plenissime virgo/siue virgo virginū: plenus est ergo virgo illa que integra est corpore/ꝛ integra mēte/que nul

Aī primo.

In oppo^m

Secundo.

ꝛ hoc aī.

lo modo cõsentit i corruptionem carnis q̃ illa que est virgo corpore ꝛ psentit i carnalem copulã: q̃tum enĩ in se est corrupta est iã ꝛ de tali dubiũ est an ei debeat aureola: ergo cum beata virgo cõsenserit ĩ carnalem copulam nõ fuit plenissime virgo: quod nephas est dicere. Item dicit Hieronymus q̃ vouẽtibus virginitatem nõ solum nubere: sed etiam velle nubere damnabile est: ergo peccauit mortaliter beata virgo i hoc q̃ voluit nubere/cum prius vouisset virgitatem/ et hoc incõuenies. Secundo.

Solutio. Ad primũ cõsensus ad cohabitãdum: nec cõsensus in carnalẽ copulam: est causa efficiens matrimonij: sed cõsensus in cõiugalẽ copulã: et cõiugalis copula multa cõprehẽdit scz cohabitationẽ et carnalẽ copulã: et mutuũ obsequiũ: et mutuã potestatẽ corporis: quia vir nõ habet potestatẽ sui corporis: sed mulier: nec econuerso. Ad illud quod obiectũ est de beata virgine: dicũt quidã q̃ cõsentit in carnalẽ copulã sub cõditione: scz si deus vellet: sed hoc nichil videtur esse: quia quod nõ querebatur ab ea. vnde non erat necesse q̃ in hoc cõsentiret nec absolute nec sub cõditione. Alij dicũt q̃ consensit in carnalẽ copulã. i. cõiugalẽ: sed expositio valde extranea est. Et propter hoc dicimus q̃ psensit in carnalem copulã que generaliter cõprehẽdit illa q̃tuor q̃ dicta sunt: et qõ dicit augustinus q̃ cõsensit in carnalem copulã verũ est in vniuersali: sicut enĩ scire inuniuersali et ita cõsentire in vniuersali: cõcedimus tamẽ quoniã prompta fuit obedire deo si precepisset coitũ cõiugalẽ: in hoc enĩ nõ fiebat aliqõ preiudiciũ virginitati sue vel dignitati virginitatis sue: vl voto. Illud autẽ quod dicit beatus ieronimus intelligendum est de illis qui post votũ virginitatis cõsenserũt absolute in carnalem copulã et volunt fieri matres. vñ nõ habet locũ in beata virgine. Sciẽdũ autẽ q̃ beata virgo ex inspiratione spiritus sancti votũ vouit virginitatis ad quã sequitur sterilitas: quia sine inspiratiõe diuina nõ subijceret se maledicto legis: in lege enĩ sterilis erat maledicta maledictione pene: scz opprobrij. Ad primũ.

Iterũ arg. Obijcit iterũ de hoc quod dictũ est q̃ cõsensus exps sus per verba de p̃senti est causa efficiẽs matrimonij dicit enĩ alexander in quadã decretali: q̃ ante carnalẽ copulã/licet alteri cõiugũ ad religionẽ transire. ponatur ergo q̃ alter intret claustrũ. videt q̃ peccet mortaliter: quia cõsensit per verba de psẽti in istã: ergo matrimoniũ est inter illos: sed dixit dñs in euãgelio. quod deus cõiunxit homo nõ separet: sed iste separat quod deus cõiunxit: ergo peccat mortaliter: vel si tenet matrimoniũ: ergo potest exire de claustro ꝛ redire ad cõiugẽ. Item videtur q̃ alexãder papa peccauit: mutauit ei preceptũ dñi vel coartauit qõ nõ licet ei facere: quia nõ potest mutare precepta legis et euangelij: nõ enĩ est docens sicut potestatẽ habens: sol⁹ ei de⁹ est docens sicut potestatẽ habens: ergo peccauit cõstituẽdo illam decretalẽ. Item matrimoniũ significat cõiunctionẽ christi et ecclesie: sed ꝓiũctio christi et ecclesie est inseparabilis: qz dicit dñs: vobiscũ sum vsq̃ ad cõsummationẽ seculi: ergo matrimoniũ est indissolubile: ergo nõ dissoluitur matrimoniũ si iste intret religionẽ. Item post carnalẽ copulã nõ licet intrare religionẽ: ꝛ hoc propter vinculũ matrimonij: sed idẽ est matrimonium ante carnalẽ copulã et post: ergo ante carnalem copulã nõ licet alteri coniugũ intrare religionẽ. Solutio ad hoc dicimus q̃ matrimoniũ significat simpliciter cõiunctionẽ christi ꝛ ecclesie: inq̃tũ vero matrimoniũ est spũale añ carnalẽ copulã significat contũctionẽ christi ad fidelẽ animã: inq̃tũ vero cõsummatũ est per carnalẽ copulã significat vnionẽ filij dei ad humanam naturã: hec autem est indissolubilis: qz dicit auctoritas: Anathema sit qui dixerit deũ deposuisse hominem quem assumpsit ꝛ propter hoc matrimoniũ cõsummatum per carnalẽ copulã idissolubile est nisi per mortem corporalem: qvero cõiunctio xp̃i ad fidelem aiam ẽ dissolubilis: propter hoc matrimonium quod est tm̃ ũciatuz ꝛ spirituale/dissolubile est/ licet autem cõiunctio christi ꝛ ecclesie idissolubilis sit simpliciter: tamen dissolubilis est q̃tum ad particulares contũctiones. Item sicut matrimoniũ corporale siue cõsummatum per carnalẽ copulam dissoluitur per mortem corporalem/sic matrimonium spirituale quod est ante carnalem copulã: dissoluitur per mortẽ spiritualem scz cũ alter cõiugum transit ad religionẽ: tũc enĩ moritur mũdo/ ꝛ hoc est mors spiritualis: igitur. Ad primo obiectum dicimus q̃ ille nõ peccat intrando claustrum ante carnalem copulaz: nec separat quod deus coniunxit: sed mors spiritualis separat. Ad secundo obiectum dicimus q̃ Alexãder papa nõ mutauit preceptum domini nec coartauit: sed quod ius est declarauit: magis enim tenemur deo q̃ homini: ꝛ hoc habuit a dño: qz vt dicit Hieronymus: reuocauit beatum Jo. a nuptijs ad frugẽ melioris vite. Ad tertio obiectum dicimus q̃ quedã cõiunctio christi ꝛ ecclesie scz que est christi ad fidelẽ animam dissolubilis est vꝺictum est: et sic nõ procedit obiectio. Ad quartum dicimus q̃ licet idem sit matrimoniũ ante carnalẽ copulaz ꝛ post: tamen ante est tantum inciatum et spirituale: ꝛ post cõsummatũ ꝛ est corporale ꝛ ꝓpter hoc nõ dissoluitur/nisi per mortem corporalem. Item cum aliquis consentit in aliqua/ ꝛ econuerso: et cõsensus ille exprimitur per ẏba de futuro hoc modo: ego accipiam te i meam/ ꝛ ego accipiã te in meũ: si postea sequat carnalis copula iudicat ecclesia post carnalem copulam esse matrimonium verum iter eos. Sed videtur q̃ nõ sit ibi verum: quia nõ est ibi consensus per verba de presenti expressus qui solus proprie est causa matrimonij: ergo ibi nõ est matrimoniũ. Item huiusmodi carnalis coniunctio septus fit causa libidinis explende: ita q̃ nullus cõsensus matrimonialis ibi est ergõ ibi nõ est matrimoniũ: et ecclesia iudicat ibi esse matrimoniũ: ergo decipitur: ergo errat: ꝛ hoc est inconueniẽs. Et ad hoc dicimus q̃ cum vir et mulier cõtrahunt sponsalia dicendo: accipiam te in meã ꝛ bona intẽtione hoc dicunt eorum est determinare i futuro in quo primum est matrimoniũ ꝛ carnalis coitus sequens intelligitur esse de termino illius futuri. vnde ibi est per equipollentiam et consensus expressus per verba de presenti: factum enim est p̃sens quod prius futurum fuit. Ad secundum dicimus q̃ licet iter tales non sit matrimoniũ: ecclesia tamẽ iudicat ibi esse matrimonium: supponit enim q̃ bona intentione contraxerũt sponsalia: non enim potest iudicare de occultis nec errat ecclesia: imo bene scit q̃ est ibi matrimoniũ forte non: sed cõpellit eos esse simul ne dispẽsetur matrimoniuz: sicut inter illos iudicat esse matrimonium qui dicunt: accipio te in meaz: accipio te i meuz: tamẽ forte non est ibi matrimoniũ: quia nõ consentiũt mentaliter: sed tamen proferunt verba.

Secundo. Tertio. Quarto. Solutio. Ad tertiũ. Ad quartũ. Ad aliud. Ad primũ. Ad secũdũ. Ad tertiũ. Ad quartũ. Ad aliud. ℣ hoc ar. Secundo. Solutio. Ad aliud.

¶ Utrũ matrimoniũ sit de iure naturali.

¶ Alia questio.

TErtio capitulo queritur vtrum matrimoniũ sit de iure naturali. Circa quod capitulũ primo q̃ rendum est vtrũ antiqui patres qui habuerũt simul plures vxores peccauerĩt. Secũdo qualiter matrimo niũ sit de iure naturali. Tertio qualiter simplex forni

Ar primo. catio sit peccatũ mortale. Circa primũ sic obijcitur. di cit augustinus sup gen. obijciũtur iacob quatuor vxo res: quia quãdo mos erat peccatũ nõ erat: ergo secũ dum hoc ante morẽ peccatuz erat: ergo erat cõtra ius naturale quod preceptum: sed tunc nõ fuit aliqua lex nisi natu ralis: ergo plures habere erat cõtra ius naturale: sed mos siue cõsuetudo nõ potest esse ius naturale: ergo quando mos etiã erat peccatum erat habere plures.

Secundo. Itez dicit Augustinus q̃ habere plures non erat con tra preceptuz: ergo nõ erat cõtra legez aliquam: ergo

Tertio. nõ erat peccatũ nec ante morẽ nec post. Itẽ culpatur lamech qui primus introduxit bigamiã et nõ culpat nisi pro peccato: ergo pctũ fuit habere plures: ergo peccauerũt antiqui patres: quia habuerunt plures.

Quarto. Itẽ habere plures aut ẽ malũ secũdũ se/ aut nõ: si nõ ergo modo nõ est malũ. et hoc falsũ: si est malũ secũ dũ se: ergo semper fuit malũ: ergo sẽper peccatũ: er go semper peccauerũt antiqui patres: quia habuerũt

Quinto. plures. Itẽ dicit apostolus q̃ vir nõ habet potestatẽ sui corporis: sed mulier. nec ecõuerso: ergo iacob nõ habuit potestatẽ sui corporis: sed lya: ergo quãdocũq̃ petebat lya debitũ iacob tenebat reddere ei: simi liter quandocũq̃ rachel petebat tenebatur ei redde re: & si sic petissent debitũ: simul vtriq̃ debuit redde re: ergo fuisset perplexus et hoc incõuenies: ergo pec

Confirmat catũ fuit ei habere plures. Ad idez facit hec auctori tas apostoli. Nolite fraudari inuicẽ nisi forte ex cõsen su ad tẽpus vt vacetis orationi: et iterũ reuertimini

Euasio. in idipsũ. Forte dicet ad hoc q̃ ex dispẽsatione dñi li

ꝫ hoc ar. cuit ãtiquis patribus habere plures. Sed probatur q̃ nõ: quia dictũ est de rege israel in deutero. Nõ ha bebit vxores plurimas q̃ allicient animã: ergo pmissũ est secũdũ legẽ habere plures dũmodo nõ allicĩãt ani mã viri: ergo nõ fuit necessaria dispẽsatio dñi ad ha

Solutio. bendas pluresvxores. Solutio. ad predicta dicimus sine preiudicio melioris sententie: q̃ de iure naturali est vnicã esse vnici: et dñs dispẽsauit secũdũ exigentiã tẽporis: quia tũc erat cũ antiquis patribus qz plures simul habuerũt: dispẽsauit autẽ quatuor de causis.

Prima cã Prima est propter multitudinẽ cultus dei: qz in tem

Secunda. pore abrahe ysaac & iacob: pauci erãt cultores dei: fe re ei tot9 mũdus ydolatrie subiacebat. Secunda est propter moderationẽ et tẽperãtiã: sicut dicit augu stinus: quãdo mos erat peccatũ nõ erat vt mos dicat nõ solũ propter cõsuetudinẽ: sed propter moderamẽ et tẽperãtiã: moderate appetebãt antiqui patres coi tũ: qz solũ propter procreationẽ prolis ad cultũ det.

Tertia. Tertia causa est propter figurã: modo ei christus est sponsus ecclesie fidelitũ ex qua propzie generat tanq̃ ex rebeca sponsa sua: sicut abrahã ex libera et ecclesie mercẽnariox exgñat filios tãq̃ ex ãcilla: sicut abrahã ex agar. vnde apostolus siue per occasionẽ siue pver tatẽ annũciet christ9: et in hoc gaudeo: sed et gaudeo quia sepe per mercẽnariũ generãtur filij spũales deo et in figura huius habuit abrahã simul plures: saraz que significat ecclesiã fidelitũ virorũ: et agar ancillam q̃e significat ecclesiã mercẽnariorũ. Similiter chri stus ad similitudinẽ iacob sponsus est ecclesie quadru plicis: scz ecclesie virorũ cõtemplatiuorũ: & ecclesie vi rorũ actiuorũ: et est sponsus mercẽnariorũ cõtempla tiuox/et est sponsus ecclesie mercẽnariorum actiuorũ. et sicut enim bini sunt contemplatiui: sic bini & mercẽ narij cõtẽplatiui. vnde in euãgelio: duo erunt in lecto vno: vnus assumetur/alter relinquetur: et est sponsus ecclesie mercẽnariox actiuorum: ad hoc figurandũ ha buit Jacob quattuor vxores/duas liberas/& duas an cillas. Due libere significant duas ecclesias virorũ ac Figura. tiuorum et virorũ contẽplatiuorum: due ancille signi ficant duas ecclesias mercẽnariorum actiuorũ & mercẽ nariorum contemplatiuorũ: quia vero christus spõsus multarũ ecclesiarum particulariuz: in figura huius ha buit Dauid plures vxores/et Salomon similiter. vn de in canticis. lx. sunt regine: & lxxx. cõcubine & adole scentularum nõ est numerus. Quarta causa est instru- Quarta cã ctio hominum: naturalis enim ratio dictat viro q̃ sicut vir nõ vult q̃ mulier diuidat carnez suã cum alio viro: ita ipse nõ debet diuidere carnez suam cum alia nisi de auctoritate dei cui debet magis obedire vir q̃ mulier: per hoc q̃ plures habet instruitur homo q̃ magis debet deo q̃ vxori: istis ergo quattuor de causis dispẽ sauit deus cũ antiquis patrib9 qui plures vxores ha buerunt. vnde non peccauerũt. Ad primũ ergo dici- Ad primũ mus q̃ cuz dicitur quando mos erat: peccatuz nõ erat non notatur causa ibi: sed tempus in quo peccatũ nõ erat: causa autem propter quaz peccatuz nõ erat fuit Ad secũdũ dispẽsatio diuina. Ad secũduz dicimus q̃ habere plu res dicitur nõ fuisse contra preceptuz: quia dñs dispẽ sauerat & iã tẽperauerat preceptuz illud: q̃ vnica es set vnici. vel dicitur nõ fuisse contra preceptuz: quia nõ fuit contra mentez precepti: quia de intẽtione prece pti fuit q̃ sicut mulier nõ debet diuidere carnez suam cuz multis viris: ita nec vir cũ multis mulieribus nisi auctoritate superioris scz dei. vnde quia ex dispensa tione dei habuerunt plures nõ fuit hoc contra inten Ad tertiũ. tionez precepti. Ad tertiuz dicimus q̃ Lamech pec cauit: quia non fuit dispensatuz cuz eo: et quia ex libi Ad quartũ dine introduxit bigamiaz. Ad quarto obiectuz dici mus q̃ habere plures nõ est malum secundum se: sed est malũ i se: sicut occidere. vnde sicut occidere ex cau sa meritoriuz est: ita habere plures aliquãdo merito Ad quintũ riuz fuit ex causa. Ad quintũ dicimus q̃ quãdo vnus habuit plures nulla illarum habuit plenã potestatez corporis virt. vnde si simul peterent debitũ/ non erat perplexus: potuit enĩ ex causa rationali alteri redde re/& alteri negare. vnde Lya emit a Rachel cõcubitũ cum viro suo per vnã noctẽ pro mandragoris filij sui Ad aliud. Ad vltimũ dicimus q̃ non fuit simpliciter licitũ secũ dum legez habere plures: sed ex dispensatione.

CUtrum vnicã esse vntus sit de iure naturali.
CAlia questio.

SEcundo capitulo queritur vtrũ vnicã esse vntus Ar q̃ sic. sit de iure naturali. probatur q̃ sic: quia ratõ na turalis dictat. Ne facias alij quod tibi nõvis fieri: sed vir nõ vult q̃ diuidat carnẽ suã cũ multis: & nec ipe de bet diuidere carnẽ suam cum multis mulieribus: in hoc enĩ pares sunt vir et mulier: sicut dicit dñs in gen faciamus ei simile sibi adiutoriũ: & in hoc etiã cõsistit fides que est vnũ de bonis matrimonij: ergo natura lis ratio dictat vnã esse vntus: ergo est de iure natura Secundo. li. Itẽ indirecte sic: si non est de iure naturali: ergo est de iure positiuo: ergo anteq̃ esset institutũ ius posi tiuũ nõ erat peccatũ habere plures: ergo nõ peccauit

Ꝛ hoc ar. lamech habẽdo plures: quare ergo culpat. Si dicit ꝙ prædictũ erat nõ plures: hoc nõ videt ex quo nõdũ erat petm̃. Præterea gẽtibus nõ est prædicatũ qui nõ hñt nisi legẽ naturalẽ de ꝗbus ꝺt apls. Qui sine lege peccauerit sine lege ꝑibit: cũ illi nõ habeãt nisi legẽ naturalẽ ꝓtra quã nõ est habere plures: nec sit eis ꝑdicatum oppositus: ergo non peccant habendo plures.

Ad idem. Item quedã animalia sunt que seruãt castitatẽ: quia vnus nõ habet nisi vnã: sicut turtur. Quedã sunt que magis sunt luxuriosa: et illa que seruãt hmõi castitatẽ/ similiora sunt homini qui castitatem tenetur seruare: ergo si illa animalia naturaliter seruant castitatez/ multo fortius homo tenetur seruare ca̅stitatez hmõi:

Ad idem. igitur est de iure naturali vnã esse vnius. Itẽ ꝓpter quid nõ est de iure naturali: si ꝓpter hoc ꝙ aliquãdo fuit aliter ꝛ sine peccato: eadem ratione non occidere non est de iure naturali: quia aliquãdo occiditur sine

Ad idem. peccato. Item vox omniũ est vox nature: sed omnes dicunt bonum/ vnicam esse vnius: ergo vnicã esse vnius est vox nature: ergo est de iure naturali: ꝯ semper fuit peccatũ habere plures: qz cõtra ius naturale nemo potest dispẽsare: ergo nec etiã dñs: quia potest fa

In oppo̅ cere cõtra se. Sed aliquãdo licitũ fuit et etiã meritoriũ habere plures: ergo vnicã vnius esse nõ est de iu-

Ad idẽ. re naturali. Itẽ ponatur ꝙ nõ sint nisi duo viri et infinite mulieres: cõstat ꝙ viris dictabit ratio humanũ genus multiplicare ꝯtũ possunt: sicut patet in filiab⁹ loth: ergo dictabit eis ratio ꝙ quilibet habeat plu-

Solutio. res vxores: ergo nõ est contra ius naturale. Solutio ius naturale quoddã est speciale: quoddã vniuersalius: quoddã vniuersalissimũ: istud ẽ vniuersalissimũ quod est in oĩbus rebus: scz in cõcordia omniũ rerum et de tali iusticia naturali agit plato in thimotheo vnũ elemẽtũ nõ potest esse sine alio. vnde vt dicit augustinus iudiciũ diuine largitatis est ꝙ quelibet creatura cõpellitur dare seipsã: ius naturale vniuersali⁹ est qꝺ oĩa naturalia aialia dictat: ius naturale speciale est quod dictat naturalis ratio: et tale ius est in solis vtẽtibus ratione: ꝛ de tali iure speciali est matrimoniũ quoddã tamẽ est matrimoniũ: qꝺ est de iure naturali vniuersaliorũ. ſ. cõiunctio maris et femine: sed fidelitas quã debet vir vxori sue est de iure speciali. vnde

Ad primũ. vnã esse vnius est de iure naturali speciali. Ad primũ ergo dicimus ꝙ dñs nõ dispẽsauit cõtra ius naturale ꝯtũ ad essentiã virtutis. ſ. castitatẽ: sed ꝯtũ ad opera virt⁹ni imutabilis est: sed opera variabilia sũt: substantia precepti fuit vt vir non diuideret carnẽ suã cũ multis: salua tamẽ auctoritate superioris scz dei. vñ vir debet fidelitatẽ vxori salua fidelitate dei: magis eni tenet vir deo ꝯ vxori: ꝓpterea ex dispensatiõe dei

Ad secũdũ potest habere plures: per hoc patet solutio ad secundũ: et per hoc patet ꝙ nõ occidere est de iure naturali: tamẽ ex precepto dñi aliquando meritorie occidit

Ad aliud. Ad vltimũ dicimus ꝙ ꝓpter positionẽ illã nõ debz quis imutari nec vir dimittere fidelitatẽ illã ꝯ debet vxori sue: nisi ex dispensatione diuina nec illa positio cõtingit: quia sic ordinauit deus vt plures sint mares ꝯ femine: quia de maribus vult quosdã esse rectores vel doctores qui significant per noe: quosdã virgines qui significant per danielẽ: quosdã cõiugatos ꝙ signi-

Ꝛ dicta ar. ficant per iob. Sed secũdũ predicta videt ꝙ vna mulier ꝑ dispẽsationẽ potuit habere plures viros: qz si ꝓpt multiplicandũ populũ dei: dispẽsatũ est aliquã do cũ viro vt haberet plures: eadẽ ratione dispensari potuit cũ muliere vt plures haberet quãdo ille quẽ habebat nõ poterat generare/ vel ꝓpter frigiditatẽ vel ꝓpter aliam causaz/ ꝛ mulier voluit fieri mater ne subiaceret maledictio legis: erat enim maledicta in lege sterilis: ergo qua ratione licitũ fuit i lege vnũ habere plures: licitum fuit vnam habere plures. Ad Solutio. hoc dicimus ꝙ nõ est simile de viro et muliere ꝓpt multas causas/ quas assignat Augustinus in libro de bonis ꝓiugij. Prima est dignitas sexus: qz vir est ca- Prima. put mulieris/ et non ecõuerso. vnde magis dispensandum fuit cum viro ꝯ cũ muliere. Secunda est ordo pacificus dominij: quia magis pacifice vnus dominatur pluribus ꝯ duo vni: si autem vna haberet plures viros/ duo vel plures domiarent vni. Tertia est fecũditas: quia vnus vir plus potest fecũdare ꝯ tres mulieres/ vel quattuor possũt parere. vnde dicit augustinus ꝙ si vna mulier haberet duos cum alt sufficiat eã fecundare aliquando haberet ꝓpt libidinem. vnde potius dicenda esset meretrix ꝯ vxor. Quarta causa est ꝓpt sacramentum: est matrimoniũ sacramentuz spũalis ꝓiugij i quo non est nisi vnus sponsus/ scz xps. vnde dicit augustinus ꝙ matrimonium ita in ecclesia confirmatum est vt non licet viro ꝓ sterili dum ipsa viuat fecundissimam accipere: nõ tenet ergo predicta ratio: quia procedit ac si proles esset totum bonũ matrimonij: quod non est verum.

Secunda. Tertia. Quarta cã Augustin⁹

¶ Vtrum fornicatio simplex sit peccatum mortale.

¶ Alia questio.

TErtio capitulo queritur vtrum fornicatio simplex sit peccatum mortale/ ꝛ cõtra ius naturale

Aĩ ꝙ non. ꝓbatur ꝙ non: qz Abraham eiecit Agar: sed non eiecisset agar si fuisset vxor eius: qz matrimoniũ iduiduam vite retinet ꝓsuetudinem: ergo nõ fuit vxor ei⁹ ꝛ cognouit eam sine peccato: ergo simplex fornicatio

Secundo. non est peccatũ mortale. Item cũ aliquis solutus cognoscit solutam tantum causa prolis nulli iniuriatur: patet enim ꝙ nõ iniuriatur homini: deo nõ iniuriatur: immo multiplicat et populum: ergo nõ peccat ille: ꝯ nõ peccat ꝺ sic naturaliter cognoscit solutã: et sic simplex fornicatio non est peccatum/ ad minus mortale.

Tertio. Item nõ dictat naturalis ratio ꝙ ab illa quam cognouit nisi ꝯ debeat separari: ergo separando se ab illa nõ facit ꝓtra naturam/ nec cognoscendo aliam facit ꝓtra naturam: quia ꝓiunctio maris ꝛ femine naturalis est: ergo cognoscere solutam non est ꝓtra naturam: ergo simplex fornicatio nõ est ꝓtra ius naturale: ꝛ ita nõ est

In oppo̅ peccatum mortale. Quod si ꝓcedatur: ergo coire cũ ista soluta nõ est peccatum/ nec coire cum illa similit/ nec cum alia: ergo habere plures non est malum i se: sed est tantum maluz: quia ꝓhibitũ. Si aliquis do

Confirmat minus precipiat alicui seruo suo ꝙ faciat hoc i illa hora/ ꝛ ille immemor illius precepti nõ facit illud in illa hora: faceret autem sine dubio si memor esset precepti. Dominus scĩs veritatem nõ trasit seruo nec imputat ei ad peccatum: ergo si aliquis committit simplicem fornicationem ad quem nõ puenit ꝓhibitio qui nullo modo faceret si sciret esse ꝓhibitum: de⁹ non debet ei imputare ad peccatum: ergo aliquis fornicatur qui nõ peccat/ quod est inconueniens concede-

Secundo. re. Item si fornicari non sit malum in se videtur inde centissime ꝓhibitum ꝙ fere totus mundus perit ꝓpter simplicem fornicationem. Item si simplex forni-

Tertio.

catio non esset peccatum/ dissiparent omnia bona ma
trimonij:reliquitur ergo q simplex fornicatio sit pec
Solutio. catū mortale. Ad cōcedimus:vnde dicim⁹ q ipsa est
contra ius naturale speciale: quia sicut dicit augusti=
nus:nō est vacua vox dei qui dicit:propter hoc relin=
quet homo patrē et matrē et adherebit vxori sue: et
erunt duo in carne vna: vt tamē honesta habeāt cōtu
gia.vnde honestius ostēderet exēplū inde licet de pa
radiso in quo institutū est honestū matrimoniū. Ad
exemplar ergo illius matrimonij de quo dictū est:p
pter hoc relinquet homo patrē et matrē:dictat natu
ralis ratio perpetuitatē cohabitationis cū vxore:hu=
iusmodi perpetuitatē habent quedaz aīalia bruta vt
turtur:multofortius hō d ppinquior est castitati ppt
hoc de substātia matrimonij ē idiuidualitas.i.pactō
cōiugij de nō separando dictat naturalis ratio:q non
cognoscit aliqua nisi causa prolis:t nisi intercedat pa
ctus cōiugalis propter vehementē amorē quo dere
linquit pater et mater: ergo fornicatio simplex est cō
tra ius naturale.i.ptra illud qō naturalis ratō dictat
Ad primū. vnde est peccatū mortale. Ad primū ergo dicim⁹ q
agar fuit vxor abrahe: sed eiecta fuit nō solū ex pre=
cepto dñi:quia illi fuisse intellexit abrahā cui dictum
est:eice ancillā et filiū eius:nō enī heres erit filius an
Ad secūdū cille cū filio libere. Ad secūdū dicimus q fornicatio
contra naturalē rationē est.vnde ex libidine est:et p=
pter hoc qui fornicat polluit corpus suū:vñ facit ipsū
tēplū diaboli cū deberet esse tēplū dei: et ita expellit
Ad tertiū deum de tēplo suo:vñ inuriat deo. Ad tertiū dicim⁹
q cōiunctio maris et femine naturalis a natura cōmu
Ad aliud. ni aīalū: sed nō a naturali ratiōe. Ad vltimū dicim⁹
q naturalis ratō dictat indiuiduitatē que est in ma=
trimonio sicut predictū est.

¶ De bonis matrimonij.

Quarto capitulo dicendū est de bonis matrimo=
nij. Circa quod videdū est que sint bona matri
monij. Secūdo vtrū bona matrimonij excusent coitū
cōiugalē ab omni peccato. Tertio de libello repudij
Augustin⁹ vtrū fuerit cōtra ius boni matrimonij. Dicit augusti
nus in libro de bono cōiugij:q tria sunt: scz fides bo
Duplex fi num prolis t sacramētū:fides.i.fidelitas que duplex
delitas. est:vna fidelitas est vt neuter cōiugū transeat ad alia
vota vel alij ptiscat. Secūda fidelitas est scz vt vter
q reddat alij debitū:bonū prolis est ipa proles: secū
dū q religiose educat ad cultum dei:in matrimonio
enī infideliū et falsorū christianorū est,ples:sed nō bo
num prolis:bonū enī prolis est:vt dicit augustin⁹: vt
qui genti sunt filij seculo generētur filij lucis: sancti
enī nō generāt inq̄tū sunt filij seculi: et propter hoc
non generāt filios seculi: sed filij seculi per religiosā
educationē fiunt filij lucis. Tertiū bonū matrimonij
est sacramentū supra expressū: si ergo matrimonium
significat cōiunctionē christi et ecclesie: et secūdū hoc
est inseparabilitas in matrimonio:nō tamē tertiū bo
Ꝑhocat. num est ipsa inseparabilitas vt multi dicunt. Sed de
hoc tertio bono obijcit:q cū sit sacramentum:aut est
idē sacramentū quod matrimoniū:aut aliud:si aliud
ergo in matrimonio sūt duo sacramenta:si idē: ergo
Solutio. idez est bonū suū quod est impossibile. Solutio. hec
argumentatio nō valz: tertiū bonū matrimonij est sa
cramentū:ergo vt idē qō matrimoniū vel aliud sacra
mentū:quia q matrimoniū est sacramentū: hoc est p
pter istud tertiū bonū:et vbi bonū propter alterū nō
recipit ī istis diuersitas.instātia:homo est ymago dei
ratio est ymago dei: ergo vel eadē que est homo vel
alia et vtrūq falsum:quia homo est ymago dei pro=
pter rationem.

¶ Utrum bona matrimonij excusent coitum
coniugalem.

¶ Alia questio.

Secundo queritur vtrum ista bona matrimonij
excusent coitū ciugalez ab omni peccato. Pro
batur q nō:quia dicit beatus Gregorius. Nullus vo= Aī q non.
miēs de nocte cum vxore sua/nisi lotus aqua intret ec
clesiam:sed intrare ecclesiam non prohibetur nisi pro
pctō:ergo dormire cum vxore sua est peccatum. Ipse Confirmat
etiam dicit alias q coitus ciugalis non potest fieri si=
ne peccato. Itez dicit apostolus de matrimonio:hoc Secundo.
autem dico secundum īdulgentiam nō secūdum īpe=
rium: sed vbi nō est peccatum/nō est opus īdulgētia:
ergo in coitu ciugali est pctm̄ cū ibi sit īdulgētia. Itē
sancti dicunt q ī coitu carnali fit totus homo caro: g Tertio.
absorbetur ratio:sed nō absorbetur nisi per peccatū:
ergo ī omni carnali coitu est peccatū:dicit enim Ori=
genes q in coitu carnali nō est spiritussanctus etiam i
prophetis: sed nō recedit spūssanctus nisi per peccatū
ergo ī coitu ciugali est peccatum. Item in omni ciu= Quarto.
gali coitu est erubescentia: sanctus enī Zacharias nō
cognouisset sanctam Elizabeth in cspectu hominum
ad generandum precursorem dñi:ergo cum erubescē
tia non sit nisi de peccato in omni coitu est peccatum.
Sed ptra. dicit Augustinus q coitus cū propria vxo In oppo⁹
re qui fit tantum causa prolis nō habet culpam: t coi
tus qui fit cum propria vxore causa libidinis culpam
habet. Item dicit alibi īfirmitas carnis excipitur per Secundo.
bonum matrimonij ne cadat in foueam peccati. Itez Tertio.
aliquis cognoscēs vxorem reddit ei debitum:sed red
dere debitum est opus iusticie:ergo aliquam cogno=
scere est opus iusticie:ergo nō est aliquod peccatum.
Solutio. quattuor de causis finalib⁹ cognoscere po= Solutio.
test aliquis propriam vxorem:potest enim cognosce=
re causa prolis:potest cognoscere vt reddat debitum
potest cognoscere causa vitande incontinentie:potest
cognoscere causa libidinis vt delectetur: trib⁹ de cau
sis primis cognoscere vxorē nullum peccatum est nec
mortale nec veniale/ nisi aliud addatur:immo cogno
scere vxorem illis tribus de causis potest esse merito
rium si fiat in caritate:caritas enī odit omne malum.
vnde si habens caritatem ex caritate fugiat incōtinē=
tiam vel extinentia que proprie odit incōtinētiam:
et propter hoc coeat cum vxore sua vt vitet incōtinē=
tiam/talis coitus meritorius est/t nō est peccatuz ali=
quo modo:si vero nō sit ex caritate indifferēs est:po=
test esse mortale peccatum respiciēdo alium finem vl
teriorem vt scz nutriatur proles ad pompā seculi vel
ad peccata:cubitus autē qui fit propter delectatio=
nem aliquando est veniale/aliquando mortale: pctm̄
veniale quādo fit matrimonialiter scz quādo virvult
delectari in propria muliere:sed nullo modo delecta
retur nisi esset sua: talis cubitus est veniale peccatū:
qua nō preponitur deo: t hic habet locuz auctoritas
Augustini:infirmitas carnis excipitur per bonū ma= Augustin⁹
trimonij:ne cadat in foueaz peccati scz mortalis:si vo
cōcubitus ille sit brutalis.i. si adeo impetuose moue
atur in vxorem q si etiam nō esset sua illam cognosce
ret/peccatum mortale est:et hic habet locum hec au=

Mirū q reus sit q̄s q̄ cop̄ quod
facē q̄dē sz nō fac.

ctoritas: vehemēs amator vxoris ꝓprie adulter est.

Notandū. Item. Notādum q̄ ꝯcubitus ꝯiugalis qui est in caritate/aliquādo est cū peccato venali/aliquādo sine oī peccato: tūc veniale est quādo aliquis vir sanctus ex caritate cognoscit vxorem suam ⁊ aliquantum placet

Exemplū ei delectatio que ibi est: sicut predicatio apostolorū que erat ex caritate/aliquādo fuit cū peccato venali

Ad idem. scz cū puluere inanis glorie: si ꝙo aliquis vir sanctus cognoscit ex caritate vxorē suā: et nullo modo placz et delectatio que ibi est: imo odiosa sit ei: tunc ille cōcubitus est sine omni peccato: sed hoc raro contingit

Cōcedimus ergo q̄ nō ois cōcubitus ꝯiugalis est pec

Ad auctoritatem. catū vel cū pctō. Et ad auctoritatē ḡregorij dicimus q̄ gregorius dixit hoc ꝓpt̄ decentiā: decēs enī est ⁊ honestū vt vir lauet se post coitū: et quia bonaꝝ mentiū est ibi culpā agnoscere vbi culpa nō est: et qz cōcu

Ad secūdā bitus cōiugalis raro fit sine peccato. Secūdū auctoritatē sic exponimus. Cōcubitus cōiugalis non potest

Ad tertiū. fieri sine culpa. i. vix potest. Ad tertiū dicimus q̄ duplex est indulgentia: scz cōcessionis et p̄missionis: indulgentia cōcessionis nō est de malis: sed de minoribꝰ bonis: et sic sumit apostolus indulgentiā: quia minꝰ bonū est castitas cōiugalis: q̄ virginalis: indulgētia p missionis est de malis: sicut pz in libello repudij. Ad

Ad quartū quartū dicimus q̄ in opere illo dicit totus homo fieri caro: quia ꝓpter nimiā delectationem que ibi est trahit sensualitas rationē: ita vt ratio ibi vsū vel sinderesis nō habeat: sed ꝓpter hoc nō est ibi peccatū septus enī ratio nō cogitat de diuinis nō tū peccat: similiter prophete in opere illo nō habent vsū prophe

Ad vltimū tie: nō tamē peccatū. Ad vltimū dicimꝰ q̄ hec est falsa: erubescētia non est nisi de peccato: imo sicut timor est fuga rei nociue: ita erubescētia est fuga rei indecētis: res autē indecēs est peccatū: aut sequela peccati: erubescentia ergo est in coitu cōiugali ꝓpter sequelā pcti: scz ꝓpt̄ inordinatū modū mēbrorū genitaliū quia enī homo nō obediuit suo superiori: factū est vt ei nō obediat suū inferiꝰ: est igit̄ ibi erubescētia ꝓpt̄ inordinatū motū qui fit velit nolit ratio: et est sequela peccati: et incitat ipsū in se ad peccatū. sed cōtra p̄

ꝑ dicta ar. dicta nituntur quidā probare q̄ in omni coitu sit peccatū: quia in oīni coitu cōiugali fit libido: et oīnis li

Secundo. bido pctm̄ est: ergo. ⁊c. Item in oīni coitu ꝯiugali est delectatio carnalis que mouet ad illicitū: q̄ probat: qz dicit apostolus. video in mēbris meis legē repugnātem legi mentis mee: sed lex mēbrorū non repugnat legi mentis: nisi quia delectatio carnis mouet ad illicitū: ergo delectatio carnis cū moueat ad illicitum est illicitum: ergo est malum: ⁊ ita peccatum: ergo in

Tertio. omni coitu coniugali est peccatum. Item illa delectatio que est in coitu cōiugali est inordinata ⁊ īmoderata: ergo ibi est priuatio modi speciei ordinis: sed malus vt dicit augustinus. nichil aliud est q̄ priuatio modi speciei vel ordinis: ergo illa delectatio est ma

Quarto. la: ergo ē peccatū. Item illa delectatiōe carnali delectatur iste in vxore sua ꝓpter sexū: nō enī ꝓpt̄ deū quia sensualitas nō respicit deū: ergo illa delectatiōe carnali fruitur iste homo creatura: sed frui creatura est totū in solo malo hominis vt dicit augustinꝰ: ergo

ꝑ hoc ar illa delectatio carnalis est malū et ita pctm̄. Sed dicitur q̄ ibi nō est fruitio: quia illa delectatio nō est voluntaria. probatur q̄ est voluntaria: quia iste tangit vxorem suā voluntarie: ergo tangere illō siue cognoscere est voluntariū: sed illud tangere est delectari vel delectabile: ergo illud delectari est voluntariū: ponatur q̄ nō est voluntaria illa delectatio. Si dicatur q̄ illud nō Euasio. est voluntariū: quia delectatur velit nolit iste ex quo cognoscit vxorē suā. Eadē rōne delectari i deo nō ēvo lūtariū: qz ex quo aliqs diligit deū ex caritate delectatur in ipo: ḡ scōm hoc delectari in deo nō ē meritoriū qđ manifeste falsū est: precipit̄ ei delectare in dño. ⁊c. Ad idē. gaudete in domino. ⁊c. Item videtur q̄ si delectatio carnalis que est in coitu ꝯiugali non sit peccatum/ nō debet displicere illi sancto viro qui cognoscit vxorez suā spe prolis/ ⁊ tātum propter deū: quia illa delectatio meritoria est q̄quid est i illo coitu cōiugali refert iste vir ad deum: sed illud meritoriuz non debet ei displicere: imo placere: ⁊ hoc est cōtra predicta. Item illa Ad idem. delectatio nō displiceret Ade in primo statu qui tātū propter deuz cognosceret vxorem suā: ergo nec huic sctō viro: sed displicere eo q̄ illa delectatio sit pctm̄: quod si cōcedatur aut igitur est peccatum secundum se/aut propter aliud: si secundum se aut igitur inq̄tū In oppo. carnalis aut inq̄tum delectatio: si inq̄tum delectatio ergo quelibet delectatio est peccatū/ ⁊ hoc falsum: qz delectatio que est in deum nō est peccatum: si inq̄tuz carnalis: ergo q̄libet delectatio carnalis est peccatū: et hoc iteruz falsum: qz dicit magister in sententijs q̄ sancti post laborem delectant̄ corporaliter/ ⁊ quiescēdo nō peccant: similiter post esurtē delectantur/ comedendo et non peccant: si vero ꝓpter aliud est illa delectatio peccatū/ nō potest dici nisi ꝓpter rationem ⁊ iterum falsum: quia rationi displicet illa carnalis delectatiō in hoc sancto viro: ſz nō est pctm̄ scōz se/ nec secūdum aliud. Solutio. Ad primum dicimus q̄ hec est Solutio. falsa: in omni coitu cōiugali est lib. Ao: quia libido nō Ad primū. est quilibet appetitus quo mouemur ad delectandū: sed tantum appetitus volūtarius vt patet i leccatore qui quādo plenus est ⁊ natura nō appetit cibuz/ imo refutat adhuc comedit: ex libidīe enim ibi est appetitus humanus. Ad secundum dicimus q̄ illa delecta- Ad secūdū tio carnalis que est ex coitu cōiugali mouet ad illicitū: sed nō ad illicitum sensualitatis: sed ad illicituz rationis. vnde cum secundum volūtatem rationis nō velit iste vir. s. illam delectationē carnalez esse/ nō est et peccatum sicut est in illo qui in quadragesima ante horā appetit comedere: appetitꝰ ille mouet ad illicitū: sed nō ad illicitum sensualitati: sed ad illicituz rationi. vñ si nō consentiat ratio nō est ei peccatum. Ad tertium Ad tertiū. dicimus q̄ sine dubio illa delectatio est inordinata et immoderata. vnde cōcedimus q̄ est malum: sed nō sequitur: ergo est peccatum/ nec Augustinus dicit tātū malum culpe esse priuationem speciei/ modi/ vel ordinis: sed etiam malū pene: in illa vero delectatione carnali est malum pene: qz enī homo nō obediuit suo superiori/ factū est vt ei nō obediat suum inferius: ille ḡ pruritus carnis ⁊ fetor qui est in semine penales sunt et a peccato sunt. vnde delectatio illa carnalis que est a peccato mouet ad illicitum: anima enī corrupta corrumpit carnem/ ⁊ caro corrupta viceuersa corrumpit animam. Ad quartuz dicimus q̄ ibi nō est fruitio: qz Ad quartū sine dubio fruitio debet esse voluntaria/ et non valet hec argumentatio: hoc tangere est voluntariū: ⁊ hoc tangere est delectari: ergo delectari est volūtartum: tu cognoscis coniscum/ coniscus est venēs: ergo tu cognoscis venientē: vel potest hoc distingui/ delectari ē Alī ꝑt dici voluntariuz: quia delectari potest tantum respici pro illo actu cui annexa est delectatio/ vel pro toto/ primo

vera/secundo falsa: per hoc patet q̄ nō ē simile de delectatione carnali et de delectatione que est in deo: q̄ in delectatiōe carnali actus ille cui annexa est delectatio tantum est voluntarius et nō delectatio: sed in delectatione que est ī deo ⁊ ipsum diligere ē volūtariū: et ipsa delectatio. Sciendum tamē q̄ delectatio nō ē proprie a volūtate: sed passio ē que ē a motu: sicut delectatio que est in gustu a dulcedine mellis est. Ad illud quod obīcit q̄ cū delectari sit meritorium: quare displiceat isti sancto viro: dicimus q̄ delectari non est meritorū nisi gratia actus cui annexa est delectatio: vnde nō oportet q̄ delectatio placeat. Ad vltimū dicimus q̄ in adā ante peccatū nō esset carnalis delectatio inordinata. vnde nō displiceret ei: sed in isto sācto viro est inordinata et mouet ad illicitū: vnde recte displicet ei: tamē debet ei placere: quia huiusmodi stimuli sicut fomes ⁊ primi motus et pruirit⁹ carnis remanserūt in homine ad cōseruationē humilitatis: et huiusmodi significata sunt per iebuseos quos nō poterant eīcere filij israel de terra sua: sed fecerunt eos tributarios: similiter et nos huiusmodi stimulos debemus facere tributarios vt ab eis accipiam⁹ tributū accipiam⁹ hūilitatē ⁊ merita q̄b⁹ meremur resistēdo eis: ūt autē magister in sentētijs q̄ delectatio q̄ est in coitu quo cognoscit aliq̄s vir sanct⁹ vxorē: sicut delectatio in comedendo post esurē nō est peccatū nisi sit immoderata: sed hoc michi videt esse: quia delectatō illa scīz se bonū quoddā est: g̈ intētio illi⁹ bona est: q̄ intētio boni bona ē: g̈ siue moderate siue īmoderate intēdatur semp bona est: ergo si sit īmoderata tn bona est: et ita non est peccatuz. Jtē illa delectatio est in parte brutali anime in qua nō est peccatū: ergo seu sit moderata siue īmoderata: dūmodo maneat in bruta li nō est peccatū. Ad hoc dicimus q̄ tūc dicit illa delectatio īmoderata quādo vis ꝯcupiscibilis brutalis trahit humanā voluntatē ad appetendū in quo delectatur ipsa: et tunc est illa delectatio peccatū: tunc enī homo fit brutalis cū sic vnitur vis superior brutali: vis enī superior nō delectat nisi in deo et diuinis: q̄diu g̈ illa delectatio īminet in suis finibus: scz in brutali nō permixta volūtati humane nō ē pctū: quātūcūq̄ intē sa sit: tunc enī aque inferiores diuise sūt ab aquis superioribus per firmamentum virtutū positū quasi in medio: sed si cōiungant tunc est peccatū: q̄ fit quādo vis inferior trahit ad se vim superiorem. Sed queri potest cū homo pervim superiorē cōmunicet cū angelis et per vim inferiorē cū brutis: et bruta et angeli infinitā videant habere distantiā: qualiter est hoc q̄ vis inferior trahit superiorē. Ad hoc dicimus q̄ tot⁹ sanctus homo est sicut quedā ciuitas ordinata: superiores enī vires dicuntur regere inferiores et debēt eis prouidere. vnde cū inferior vis appetit sibi necessariū trahit naturaliter superiorē ad sui prouisionem: sicut cū visus accepta magnitudine celi trahit intellectum ad cōtemplandū īuisibilia dei: intellectus enī mouet mediante sensu: superior autē vis tracta ad prouisionem vi sepe inferioris delectat ī eo ī quo vis inferior delectatur: et hoc est quod dicit beat⁹ iacob⁹: vnusq̄sq̄ tētat ꝯcupiscētia sua attract⁹ ⁊ illect⁹: vñ ista ꝯcupiscētia fere totū mundū inuoluit: vñ maxime de hac ꝯquerunt scī. vñ iob: peat dies in qua nat⁹ sū: ⁊ iere. Maledicta dies ī qua natus sum/ ⁊ apostolus: infelix homo q̄s me liberabit de corpore mortis huius? vnde primi motus surgentes ex hac cōcupiscentia reprimē

Notandū.

Ad aliud.

Ad vltimū

Figura.

q̄o incidēs.

Solutio.

ꝫ hoc aī.

Secundo.

Solutio.

Figura.

Iob.

Jeremias.

di sunt valde: quia beatus q̄ tenebit et allidet paruulos suos ad petram. remanet tantum primus motus post baptismum in quo totaliter sanctificatur anima propter tria: videlicet propter exercitiū vt habeam⁹ cum quo pugnemus: etiam propter victoriam et tributū/ ad conculcādos iebuseos mereamur ⁊ propter humiliationē. vnde ad conseruandum humilitatē habuit Paulus stimulū carnis. Obijcitur de hoc quod dicit Beda super illum locum euangelij. Nuptie facte sunt ī chana galilee: dicit enim q̄ si nuptijs aliqua messet macula/ nūq̄ dominus presentia sua et signorum suorum inicijs eas cōsecrasset nichil videtur dixisse: q̄ dominus semper interfuit ad loca illa vbi erant peccatores. vñ dicit. Nō venivocare iustos: sed peccatores: propter etiā peccatores faciebat signa vt ipsi conuerterentur ad fidem: sicut ait apostolus: lingue in signū sunt non fidelibus: sed infidelibus. Jntrauit etiā domum symonis qui peccator erat ibiq̄ excellentissimū miraculū fecit quando beate magdalene pro fluxu lacrimarum dedit q̄ lacrimis lauit pedes domini ⁊ capilis extersit. Si dicatur sicut quidam dicūt q̄ illa cōditionalis probabilis est nō necessaria. Eadem ratiōe probabilis debet esse hec: si symon peccator fuisset dominus non intrasset ad eum. Ad hoc dicimus q̄ Beda necessariū dixit: loquitur enī cōtra casthaffrigas q̄ detestabantur nuptias: quidam enī heretici dicebant omnem luxuriam licitam esse: quidam nullā. Dominus autem inuitatus fuit ad nuptias/ ⁊ illi q̄ inuitantur ad nuptias ad confirmationez et approbationem nuptiarum inuitantur. vnde domin⁹ nullo modo interfuisset si nuptie essent peccatuz: quia cōfirmauit solēnisando cum alijs. vnde non est simile de symone: ⁊ si enim peccator esset dominus tantum intrādo ad ipsum non approbauit peccatum suū: sed inuitatus fuit ad prandēdum vel ad prandium: quod non est pctū.

ꝫ aliud aī.

Confirmat.

Euasio.

ꝫ hoc aī.

Solutio.

¶Utrum in omni matrimonio sint illa tria bona.

¶Alia questio.

Alia q̄stio.

Dicto que sunt bona matrimonij/ et qualiter excusent coitum coniugalem a peccato: dicēdum est vtrum in omni matrimonio sint illa tria bona/ ⁊ solet queri vtruz in matrimonio infidelium sint illa tria bona: de hoc dicendū est quando dicetur de matrimonio infidelium. Sed nunc queritur quando vxor alicuius vouet ante carnalem copulā q̄ intrabit claustrū vtrum in illo matrimonio sint illa tria bona. Et videtur q̄ non sit ibi bonū proles: quia ista tenetur intrare claustrum ante carnalem copulā: g̈ tenetur non coire ergo ibi tenetur carere bono prolis: ergo ibi est contrariū bono prolis: ergo ibi nō est bonū ꝓlis: sed matrimonium principalier institutum est ꝓpter bonuz prolis: ergo est de essentia matrimonij: g̈ nō potest separari a matrimonio: ergo cū ibi sit matrimoniū ibi est bonum prolis. Jtem videtur q̄ ibi nō sit fides: q̄ duplex est fides scz despōsationis vt scz nō transeat ad alia vota. ⁊ fides thori: sed ibi nō est fides thori: quia ista nō tenetur viro reddere debitum: cū teneatur nō coire propter votum: ergo ibi nō est secundum bonū matrimonij. Jtem mulier non habet potestatem sui corporis: sed vir: ergo si vir petat debitū ab ista tenetur et reddere: ergo tenetur coire ⁊ tenetur non coire ꝓpter votū: ergo est perplexa cū teneat ad opposita. Jtē. aut hec mulier in aliq̄ est obligata huic viro aut

Alia q̄stio.

Aī q̄ non.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

in nullo. si in aliquo in nullo potius q̄ in eo quod exigit iusticia: ergo in redditione debiti: ergo tenetur et reddere debitum. et inde vt prius. si in nullo est obligata: ergo ibi est nullum vinculum: ergo nō est matrimonium. et hoc falsum: immo durat matrimoniū quousq; ipsa assumat habitum et facta sit sāctimonialis. Item. ponatur q̄ vir eius corrumpat eaz per violentiam. Queritur vtrum teneatur remanere. videtur q̄ sic: quia matrimonium consūmatum est p̄ carnalem copulationem: ergo non potest intrare claustrum nisi de consensu viri. ergo non potest fieri sanctimonialis. Sed si hoc punitur in eo in quo nō peccauit. Item. canon determinat q̄ si infra duos mēses non intrauerit claustrum teneretur remanere cum viro: sed videtur q̄ male determinet: quia super hunc locum: prima ad cor. Si dormierit vir mulier libera ta est a lege: sed cui vult nubat. dicit augustinus. Nō est licitū determinare quod apostolus non determinat. dicit enī generaliter: cui vult nubat: non dicit secundo vel tertio vel quarto. vnde nec secunde nec tertie nec quarte nuptie peccatum fuit. si ergo non licet determinare quod apostolus non determinat: multofortius non licet determinare quod deus nō determinat. ergo non licet determinare pape vel alicui cōsilio tempus reddendi debitum cū deus non determinet. Solutio. ad hoc dicitur cōmuniter q̄ vxor quevouet q̄ intrare velit claustrum ante carnalē copulā in nullo obligata est viro suo nisi in hoc q̄ non debet transire ad vota alia. vnde non tenetur ei reddere debitum. Sed nos dicimus secundum ea que predicta sunt. q̄ in illo matrimonio sunt illa tria bona matrimonij que dicta sunt: sed sunt ibi secundū exigentiaz matrimoniū eiusdē q̄tuz i se est exigit illa tria bona. vnde dicimus q̄ hec tenetur reddere debitū non absolute: sed saluo iure superioris. vnde etiā post carnalem copulam non tenetur reddere debitum: nisi saluo iure superioris. vnde si ante altare sit et velit recipere corpus christi non tenetur ei tunc reddere: sed ante carnalez copulam facto voto de intrando claustrum maius est ius superioris. Ad primuz ergo dicimus q̄ in illo matrimonio est bonuz prolis secundum exigentiam. et concedimus q̄ ista tenetur coire: sed non simpliciter et absolute: sed saluo iure superioris. tenet enīz vinculuz matrimoniale vsq; ad illum punctū in quo illa suscipiet habituz et sit sāctimonialis. Solumus ergo ad primuz et ad secunduz per interēptionez huius: ista tenetur non reddere debitū. Ad tertionez obiectuz dicimus q̄ ista non est perplexa: quia ad illud quod dei est tenetur simpliciter et absolute: ḡa illa obligatio que ad deum est non recipit suspensionem vel conditionem. vnde ista non sunt contraria: ista tenetur simpliciter ⁊ absolute intrare claustruz: ista tenetur reddere debituz saluo iure superioris. Ad quartū Ad quartuz patet solutio per predicta. Ad quintum dicimus q̄ hec que corrupta est per violentiam tenetur remanere cuz viro suo: nec potest intrare claustrū viro viuente: nisi mutuo consensu vterq; intret: vel si alter remanet q̄ nulla sit suspicio de fornicatione et⁹ Si aliqua virgo corrumpatur per violentiā non potest consecrari inter virgines: tamen ex hoc non punitur propte lquendo: quia q̄us deberetur ei aureola et modo non debeatur: tamē nichil amisit de substantia premij: quia aureola non est de substātiali premio: nec de substantiali augmēto premij: tñ hec que corrupta est per violentiam: debet penitere si negligens fuit q̄ non intrauit claustrum ante carnalez copulam. Ad vltimuz dicimus q̄ canon bene potest aliquid determinare in iure diuino dūmodo determinet secundm exigentiam iuris diuini. vnde cum diuinuz ius dicat: Quicquid vouisti deo ne moreris reddere displicet deo infidelis et stulta promissio. ex iure diuino tenetur ista statim reddere debitum viro suo: nisi aliquid impediat: ergo ex quo ad stati obligata est: multofortius post duos menses: ergo consentaneum est spacium duorum mensiuz iuri diuino ne igitur alteruter priuguz ex odio vel ex aliqua alia causa fraudulenter differat reddere debitum: statuit canon⁹ bene spacium duorum mensium: ita q̄ si nō intret claustrū tenetur postea et simpliciter et absolute reddere debitū.

Quinto. Alia q̄o Aſ q̄ sic

In oppoᵐ Secundo.

Augustinᵘˢ

Solutio.

Aſ dicitur

Ad primū

per hoc ad secūdū.

Ad tertū.

Ad quartū

Ad quintū

Ad vltimū

De libello repudij.

Aliud capitulū.

Tertio capitulo: dicto de bonis matrimonij: dicēdum est de libello repudij: quia contrarius erat tertio bono matrimonij: scilicet sacramento qđ exigit in separationem: libellus autem repudij separationem. Erat autē libellus repudij carta quedam in qua vir scribebat causas propter quas volebat repudiare sponsam suam. Circa istam questionē primo videndum est: vtrum libellum repudij dare/sit peccatum ⁊ an ducere secundam viuente prima esset peccatū. Secundo an repudiata possit recōciliari priori viro? q̄ dare libellum repudij esset mortale peccatuz probatur per hoc q̄ erat contra tertium bonum matrimonij/scilicet contra sacramentum. Item communis conceptio clamat: quos deus coniunxit/homo nō separet/ ⁊ hoc de iure naturali: quia illi qui coniuncti sunt auctoritate diuina nō separentur auctoritate humana: ergo dare libellum repudij erat peccatuz mortale. Sed contra dicit auctoritas: error cui nō resistitur approbat: ergo cum Moyses cuius erat resistere non resisteret huic errori: approbat illum: ergo particeps erat peccati illoruz: ergo Moyses peccabat mortaliter: si dare libelluz repudij erat peccatum mortale. Ad idem facit illa auctoritas. Qui culpam non redarguit videtur consentire culpe. Sed solutio q̄ iste due auctoritates intelligende sunt quando prelatus debet ⁊ potest vtiliter resistere et redarguere: sz Moyses huic errori nō poterat vtiliter resistere: quia multitudo erat in causa: sicut ecclesia modo non potest resistere vtiliter militibus qui detinēt decimas: qz si resisteret maius malum accideret in ecclesia. Sed iterū obijcitur in. xxiij. deutorono. dedit Moyses legez de libello repudij: et dedit in manu ipsius: ⁊ dimittat eā de domo sua: hāc legem habuit Moyses a spūsancto: ergo qui dabat libellum repudij dabat eum secundū legē datam a spiritusancto: ergo non peccabat. Item in libello repudij rescribebat causas repudians: propter quas repudiabat vxorem/ et oportuit vt libellū illum portaret ad iudicem: quia in. xxij. deutorono. dicitur q̄ si vir vxori obijciat crimen pessimum vicij/ scilicet q̄ non inueniat eam virginem: si pater et matrem puelle coram iudicib⁹ ferāt signa virginitatis/ tenet ad satisfaciēdū de diffamatione ⁊ insup̄ p̄dēnabit. c. sicut

Libellᵘˢ repudij.

Prima q̄o

Aſ q̄ sic.

Secundo.

Secundo.

Secundo.

Secundo.

Solutō ad ista.

Iterū aſ.

Secundo.

argenti.et si verū est quod obiecit lapidabatur mulier.ex hoc patet q̄ in lege crimen pessimum fuit aliquam deflorari ante matrimonium.de hoc etiam dicit augustinus.q̄ cum malus auctor et reus iudicentur ad partia in causis matrimonij non iudicētur ad partia.quod patet in predicto iudicio:quia vir puniebatur tantum pena pecuniaria et verberibus et cogebatur vxorem illam: mulier autez lapidabatur propter dignitatem viri.mulier enim subiecta est viro:magis enim peccauit:quia peccauit in deum et proximum:quia fecit peccare virum offendendo ipsum:quia non inuenit eam virginem. videtur ergo secundum hoc q̄ ille qui repudiabat vxorem libellū repudij deferebat ad iudicem. et si iudex iudicabat illas causas esse sufficiētes:dimittebat vxorem.ergo secundum sententiam legis iuste datam pro se vir dimittebat vxorem.ergo non peccauit dando libellum repudij.

Tertio. Item.videtur q̄ non peccauit ducēdo aliam vxorem:quia dicit augustinus de duabus vxoribus: quando mos erat peccatum nō erat:sed mos erat repudiata prima:ducere secundam.ergo non erat peccatum.

Quarto. Item.ducere secundam non est peccatum secundum se:et permittebatur secundum legem:ergo erat licitum.ergo non erat peccatum.

Solutio. Solutio. triplicem distinguit magister permissionem.est enī permissio concessionis:quando scilicet permittitur aliquid quod in casu est melius q̄ eius oppositum: sicut cum permittit aliquis abbas alicui monacho comedere carnes cum alijs et hoc melius est q̄ singulariter viuere coram alijs. et est permissio indulgentie quando permittitur ad licitum cuius oppositum melius est:sicut permisit apostolus secundas nuptias dicens:Mortuo viro nubat mulier cui voluerit in domino:cum tamen melior esset continentia vi valoris et est permissio tollerantie que dicitur permissio cōparatiua quando permittitur aliquod peccatum mortale.et hoc permisit moyses diuortiū fieri per libellum repudij:et ducere aliam ne fieret homicidium. iudei enim cum essent carnales valde luxurioſi erant et pront ad interficiendum vxores:quādo volebant habere alias.vnde permisit moyses diuortium:ne fieret homicidium.

Ad primū Ad primum ergo dicimus q̄ lex de libello repudij quedam tollerabat:scilicet separationem:et quedam ligabat:tamen sub conditione scilicet ab hoc vt si aliquis vellet dimittere vxorem non dimitteret nisi secundum causas scriptas in libello repudij. Dicimus ergo q̄ hec argumentatio non valet vir dedit libellum repudij secundum legem datam a spiritusancto:ergo non peccabat.dabat enim secundum legem:id est secundum tollerantiam legis:non secundum tussim legis vel auctoritatez:quia si sic nō

Ad secūdū peccaret. Ad secundum dicimus q̄ non valet hec argumentatio.secundum sententiam datam pro se vir dimittebat vxorem:ergo non peccabat: quia iudex non dicebat in illa sentētia:q̄ vir possit dimittere vxorem:sed q̄ vir posset sine pena legali:sicut si litigarent sacerdotes contra milites de decimis:iudex non daret sententiam pro militibus q̄ ipsi possent detinere decimas:sed diceret sacerdotibus q̄ tacerēt et nō

Ad tertiū. punirent milites ne maior scissura fieret. Ad tertium dicimus q̄ hec auctoritas:Quando mos erat:intelligitur q̄tum ad illas personas cum quibus dispensatum fuit:q̄ plures haberent:sicut cum regibus z patriarchis:sed cum plebe nunq̄ dispensatum fuit. Ad quartum dicimus q̄ licet ducere secundam viuente prima:secundum se non facit malū: tamen est malum in se.vnde illicitum non per dispensationem:sicut dictum est. Adhuc probatur q̄ moyses peccauit permittendo dari libellum repudij:quia dicit apostolus.Non sunt facienda mala:vt veniant bona: ergo non sunt tolleranda mala minora ne veniant maiora quia si tollerentur mala magna ne veniant maiora mala. Item. probatur per verbum domini in.xix. mathei q̄ qui dabat libellū repudij dupliciter peccauit: scilicet separando se ab vxore sua et ducendo aliam:phariseis enim tentantibus et querentibus:si licet homini quācūq̄ ex causa dimittere vxorez suam respondens:quia nō legistis: quia qui fecit homines ab inicio masculos z feminas fecit eos: z dixit:ppter hoc relinquet homo patrem z matrem et adherebit vxori sue z erunt duo in carne vna/itaq̄ iam non sunt duo:sed vna caro:quos ergo deus cōiunxit homo nō separet: et per hec verba domini patet q̄ peccabāt separādo se ab vxoribus. Itē cū quererēt quare Moyses mandauit dari libellum repudij et dimittere? respondit quoniam Moyses ad duriciam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras/ab inicio autem non fuit sic:dico autem vobis q̄ quicunq̄ dimittit vxorem suam z aliam duxerit/mechatur: et qui dimissam duxerit/mechatur:patet ergo q̄ ducendo alias peccabant mortaliter: patet z per hoc q̄ lex illa de libello repudij fuit in comparatione cōparatiua: hoc enim probat dominus per legez datam ab inicio. dicit enim ab initio vna fuit vnius/scilicet eodem modo per hanc probationem dñi probatur q̄ lex illa que est in decimoquarto deuteronō. De multitudine vxorum regis fuit in comparatione comparatiua: ergo peccauit mortaliter Dauid qui plures habuit. Sed contra. In statu in quo plures habuit placuit deo: ergo non peccauit habendo plures. Solutio. Ad primum dicimus q̄ non valet hec argumentatio.nō sunt facienda mala vt veniant bona:q̄ nō sunt tollerāda mala.ꝛc. qz qui facit malū ipse peccat: sed q̄ tollerat mala nō peccat cuz nō possit vtiliter resistere

Ad tertiū. Ad secundū dicimus q̄ sicut lex de libello repudij fuit in permissione cōparatiua:ita lex de vxoribus regis fuisset incōparatiua: nisi dispensatum esset cū regibus sed cum plebe non fuit dispensatum:sicut dictum est.

In oppm In oppm

Solutō ad primū.

Ad secūdū

In oppm

Utrū repudiata possit redire. ad primum maritū.

Alia questio.

Aī q̄ sic. Secundo capitulo queritur de repudiata:vtruz possit redire ad primū maritū. Videtur q̄ sic: quia dicitur in.xxiij.deutero.de repudiata:cū egressa alterū maritum duxerit et ille quoq̄ dimiserit eā: dederitq̄ ei libellū repudij:maritus certe mortuus fuerit nō potest primus maritus recipere eā in vxorē qz polluta est.i.abominabilis facta est cora deo: nec peccare facias terrā tuam quā dominus deus tuus dederit tibi possidendā.ex hoc datur intelligi q̄ si non duxisset alteruz maritum posset redire ad priorē virū. Sed obicitur contra hoc quod dictum est:Non poterit prior maritus eā recipere in vxorē quod con-

stat:quia cũ repudiata duxerit alterum maritũ pecca uit mortaliter:et nullũ fuit matrimoniũ illud de iure quod si esset nõ diceretur polluta et abominabilis fa cta coram deo:ergo durabat matrimoniũ cum prio ri viro:si matrimoniũ exigit individuã vite consuetu dinẽ:ergo de iure matrimonij tenebatur vir illã reci Secundo. pere si illa vellet redire. Item.eadez sunt mortalia in noua le.et ve.sed in noua lege mortale est: si penitet i dulge. vnde cũ quesiuisset petrus a domino quotiẽs in me peccauerit frater me⁹:ꝛ dimittã ei vsqz septies respondit dñs/non dico septies: sed vsqz septuagies septies:ergo i veteri lege mortale erat hoc: si penitet indulge:ergo si repudiata penitebat de hoc qꝯ nupse rat alij debebat vir indulgere.ergo debuit eã recipe Alia q̃o. re. Queritur etiã vtrũ repudiate licitum esset secun Aꝑ qꝯ sic dũ legem ducere alterũ maritũ:videtur qꝯ sic:qz lex dicit:cũ egressa alterũ duxerit virũ.ex hoc inuitur qꝯ lex ꝓmittat eã ducere alterũ maritũ:et ita hoc licitũ In oppoᵐ erat secundũ legẽ. Sed contra.lex puniebat eã:quia ducebat aliũ maritũ:non potuit enĩ redire ad priorẽ virum:et polluta et abominabilis fiebat ducẽdo ali um.ergo non erat licitũ secundũ legẽ ducere alium. Secundo. Itez obicitur de hoc quod dicitur:nõ peccare facias terrã et cetera. videtur enim qꝯ non recipiendo ma tus eẽt peccatũ:qz si non poterãt retinere et coibant peccabant mortaliter cũ matrimoniũ esset inter ipos Solutõ ad Solutio. Ad primũ dicimus qꝯ iusticia matrimonij primũ. exigeret qꝯ vir reciperet eã nisi prohibitũ fuisset: sed qz prohibuerat non poterat eã recipere: sicut si pro hibitũ esset michi non dare elemosinã huic indigenti iusticia exigeret qꝯ darem et:nisi prohibitũ fuisz. Ad Ad secũdũ secundũ dicimus qꝯ virtutes que sũt q̃tũ ad deũ non mutant nec q̃tũ ad essentiã:nec q̃tũ ad motus:sz vir tutes que sũt q̃tũ ad proximũ licet nõ mutẽt q̃tũ ad essentiã:tñ mutant q̃tũ ad motus.vnde aliquid ẽ mo tus iusticie in noua lege qđ non erat motus iusticie i veteri.vnde nõ erat motus iusticie qꝯ repudiata que alij duxerat virũ reciperet a priore.lex enĩ prohibue rat in onus penã vtriusqz:vterqz enĩ peccauerat con tra matrimoniũ:et ille repudiãdo et illa alij ducẽdo lex eni vetus duris fuit in flagellũ:in supbis in frenũ Ad tertiũ. rudibus in pedagogũ:pfectis in signũ. Ad ꝯtiũ dici mus qꝯ licitũ fuit secundũ legem repudiatã alij duce re.i.lex nõ puniebat eã more adultere:qz non lapida bat:sed puniebat spiritualiꝯ: quia non poterat redi re ad primũ virũ.lex ei aliqñ puniebat corporaliꝯ:vt adulterã lapidãdo:aliqñ pena pecuniaria vt illi qui i posuit vxori crimen pessimũ quod nõ poterat proba re.s.repudiantẽ. Ad vltimũ dicimus qꝯ sic intelligen Ad vltimũ dũ est:nec peccare facias.i.vt scias nõ peccare.i.vt alij Ꝑ aliud aꝑ. terreant a dandis libelli repudij. Cõtra illũ qđ dictũ est qꝯ repudiata que duxerat alij virũ:nõ poterat re dire ad priorẽ virũ:qz polluta ꝛ abominabilis facta fuit:propter hoc qꝯ duxerat alij virũ:videtur eẽ que dã inflinearis que dicit:polluta facta est iudicio eius qui polluit.i.repudiauit:ꝯ ex repudiatione facta est Ꝑ illã glosã polluta:nõ ex eo qꝯ duxerit alij. Sz videt illa inflinearis nichil dicere:muliere enĩ inuita repudiauit eam aꝑ. vir.ꝯ ipsa nõ peccauit i repudiatione.ꝯ vir non pollu Solutio. it repudiando. Ad hoc dicimus qꝯ illa inflinearis mo ralis est:et sumit de quadã virginali moraliꝯ in q̃ dz qꝯ mulier quã vir repudiat est trena actio:hãc pollu it vir suo iudicio:eo enĩ ipso qꝯ eã repudiat pollutã iudicat:ꝛ terrena actio nõ potest nec debz redire ad priorẽ virũ:quia nemo mittens manum ad aratrum et aspiciẽs retro aptꝰ est regno dei:illa ꝯ inflinearis nõ est litteralis sz moralis.ad litterã ei polluta ꝛ abo minabilis fiebat mulier:qz ducebat alij: et qꝯ ita sit patet ꝓ illis qđ dicit dñs: Jere.iij.capi. Si dimiserit vir vxorẽ suã et recedens ab eo duxerit alij nũqđ re uertet ad eã vltra:nunquid nõ polluta est ꝛ cõtamina ta est mulier illa:tu aũt fornicata es cuz amatoribus multeris:tñ reuertere ad me.ꝓ hoc patet qꝯ sicut pol luta ðz aia cũ fornicata est cũ amatoribꝰ multeris de monibus:sic mulier repudiata polluta dicebat cum polluta fuit ab alio.patet etiã differẽtia inter libellũ repudij materialẽ et spũalẽ:qz in libello repudij ma terialis si mulier repudiata duxerit alij non ꝑt redire ad primũ virũ:sed in libello repudij spũali si oĩbus demonibus fornicata sit aia redire potest ad deũ i ꝑ senti. Sed obicit de illo qđ dicit in eodẽ capitulo. lo Jterũ aꝑ. quit eni dñs in tertio iere.de regno decẽ tribuũ et re gno duarũ tribuũ tanꝯ de duabus meretricibus:ðr. ꝯ vidit preuaricatrix sozor eꝰ iuda:qz ꝓ eo qꝯ mecha ta esset aduersatrix israel:abiecissem eã et dedissem ei libellũ repudij:et nõ timuit.ex hoc ꝯ videt qꝯ dñs dederit libellũ repudij. Sed ꝯriũ hẽtur m. l.ysa. vbi In oppoᵐ ðr dñs. Quis ẽ hic liber repudij matris vestre quo di misi eã: quasi dicat:ego nõ dedi ei libellũ repudij. Sz ad hoc dicimꝰ qꝯ sponsus spũalis.s.deꝰ adeo ben Solutio. gnus est qꝯ nulli aĩe dat libellũ repudij:sed cũ aĩa pri or deũ repudiat:deus secũdo eã repudiat. qđ ꝯ dicit in ysa.intelligenciã ẽ qꝯ deꝰ nõ dat primo libellũ repu dij:loquit enĩ cõtra iudeos qui dicebãt qꝯ deꝰ poꝛ re pudiaret eos/ꝛ hoc nõ est verum/repudiauit tñ eos secũdo propt̃ pctã sua repudiati sunt vsqz i finẽ seculi nec vnq̃ repudiauit q̃tum in ipso fuit.

De impedimentis matrimonij.

De impedi mẽtis matri monij.

Quarto capitulo inter questiones de matrimo nio: dicendum est de ipedimentis matrimonij: quorum quedam sunt substantialia: quedam accziden talia. Substantialia sunt que omni tẽpore impediũt matrimoniũ. Accidẽtalia vo in aliq̃ casu ipediũt i ali quo non. Primo dicendum est de substantialibus q̃ matrimonium contrahendum impediũt ꝛ contractuz dirimunt/ꝛ primo de disparitate cultu/ de quo dicit apo stolus ceteris. Ego dico nõ domin⁹ si quis fraterꝝ vxo rem habet infidelem ꝛ hec consentit habitare cum il lo non dimittat illam: ꝛ si qua mulier habet virum in fidelem et hic consentit habitare cum illa non dimit tat virum:sanctificatus est enim vir infidelis per mu lierem fidelem. Sed videtur qꝯ apostolus precipien Ꝑ aliud aꝑ. do vel consulendo fecerit contra dominum:quia pre cepit dominus per Moysez in septimo deutero.qꝯ iu dei non sociarent coniugia cum alienigenis:siue infi delibus/ꝛ esdras veniens de babilone separauit ma trimonia que contraxerunt iudei cum alienigenis: et Augustinꝰ de hoc dicit Augustinus qꝯ iudei vxores quas deo ꝓ hibente duxerant merito dimiserunt:ergo contra pre ceptum domini est qꝯ fidelis sit cõiunctus cum infide li per matrimonium. Item obijcitur de hoc quod di Secundo. cit apostolꝰ. Ego dico non dñs dicit enĩ postea puto qꝯ ego spiritum dei habeam:ꝛ in fine secunde ad coz.di cit. An experimentum eius queritis qui in me loquĩ tur dominus christus: ergo cum apostolus precipie bat et consulebat et dominus: ergo falsum dixit cum

Tertio. dixit.ego dico et non dominus.Item. dicit augustinus q̄ nō fuit faciendum q̄ vir fidelis dimitteret vxorē infidelem propter liberā benuolētiā.ergo cōtra liberā benuolētiā erat dimittere:sz libera benuolentia idem est q̄ caritas:ergo cōtra caritatē fuit dimittere: sed omne quod est contra caritatem prohibetur deus:ergo ex precepto domini non erat dimittenda ergo domin⁹ dicit.non dimittendam.ergo falsuz dicit apostolus cum dicit:Ego dico:non dominus.So

Solutō ad primū. lutio.Ad primū soluit augustinus:q̄ dominus ꝓhibuit per moysen contrahi matrimonia cum infidelibus.ergo hoc intelligitur de matrimonio contrahēdo.apostolusautem loquitur de matrimonio cōtracto in infidelitate:et postea alter cōiugū veniebat ad fidem.non est autem prohibitum q̄ infideles inter se

Ad secundū ne fideles contungerētur cum infidelibus. Ad secundum dicim⁹ q̄ sine dubio q̄ apostolus precepit et dominus et q̄ consulebat apostolus/et dominus:sed intelligendū est sic:Ego dico non dominus.i.ego consulo non dominus.precepit eī dominus nusq̄ expresse nec in veteri lege nec in no.lege de matrimonio infidelium:sed in veteri lege expresse prohibetur ne fidelis contrahat cū infideli:et in noua similiter: sicut

Ad aliud. in.vij.ad coz.Si dormierit vir eius nubat cuivult in domino tantuz.i.fideli:vt dicit glosa.Ad vltimo obiectum dicimus q̄ licitū fuit fidelē dimittere infidelē secunduz iusticiā dei:scilicet propter fornicationē spiritualē que maior est in corde q̄ corporalis in carne: et propter hoc dominus nō prohibuit cohabitationē cū infideli nec precepit diuortiū:tamen propter liberam benuolentiā siue propter caritatem: vt dicit augustinus.Nō debuit fidelis dimittere infidelē .vnde in casu tenebatur cohabitare et nō dimittere:sed dominus hoc nō precepit:quia in genere licitū erat dimittere:nō tamē semper faciendū.tunc eī dicit augustinus.licitum nō est faciendum quando non expedit sicut licitū fuit paulo accipere sumptus a subditis: sz non expediebat propter auarciā auditorum: qui ideo scandalisarentur. dicta est contrarietas inter apostolum qui dicit q̄ fidelis dimittat infidelē cui est contūctus matrimonialiter:si infidelis consentit habitare cū fideli.et moysen qui dicit.Nō accipias filiā alienigene filio tuo:quia seducet filiū tuū ne sequatur me.

Iterū ar. q̄ moyses intellexit de matrimonijs ꝓtrahendis. et apostolus de contractis in infidelitate. Sed videt q̄ eadē sit ratio in contractis et in cōtrahendis:quia dicit ciprianus martyr.nō sūt contūgenda fidelia cū infidelibus mēbris:sed in tā cōtractis matrimonijs cum alter contugū venit ad fidē:reliquus manet in ifidelitate:est iam vnū mēbrū fidele:reliquū infidele.ergo nō sunt contūgenda matrimonialiter:et ita eadez est

Solutio. ratio in cōtractis et in contrahēdis.Solutio.ad hoc soluit augustinus dicens:q̄ nō est eadem ratio in contrahendis et in contractis adherens rationi que est in lege qua dicitur.Non accipies filiā alienigenam filio tuo:quia seducet filiū tuū ne sequatur me.sicut patuit in salomone in.xi.tertij regum.Erant enī tudei carnales et veneri dediti:et quia nondum erat propalata veritas de facili seducebātur a mulieribus . vnde videtur q̄ nullomodo debet fidelis contūgi cū infideli.nomodo etiā cū propalata sit veritas dei:et cōfirmata miraculis:nullomdo debet fidelis contūgi matrimonialiter cū infideli:quia infideles modo obstinati sunt et nulla spes est de conuersione infidelitū: sed in tēpore intermedio quando apostoli predicabant fidē et predicationē miraculis cōfirmabāt:de facili cōuertebant homines ad fidē et destruebat ydolatria: que manifeste contra legē nature videbatur esse.vnde cū alter illoz̄ qui contūcti erant matrimonialiter in ifidelitate conuertebātur ad fidez non timebatur q̄ seduceretur ab infideli: sed potius sperabatur q̄ infidelis cōuerteret a fideli. vnde nō erat ibi ratio q̄ erat in lege:et pro illo tēpore loquitur apostol⁹. Ci- Ad auctoritatem. prianus autem loquitur pro illo tēpore in quo nulla spes est de infideli q̄ conuertatur. Itē.dicit apostol⁹ q̄ si infidelis discedit non est seruituti subiectus frater aut soror et huiusmodi.et super hunc locuz dicit Ambrosi⁹. ambrosius q̄ contumelia creatoris soluit matrimoniū ex parte eius qui relinquit nō ex pte ci⁹ qui relinquit:sed si hoc est:ergo si aliquis fideliū cōiugū blasphemet eodēmodo soluitur matrimoniū ex parte fidelis:sed hoc falsum:quia illud matrimoniū fuit initiatum ratum et consūmatum inter fideles.vnde illud nulla ratione potest dissolui. Item.spōsus ⁊ spōsa relatiue dicuntur et ad conuertētiam. vnde posita se ponunt et perempta se perimunt:ergo sicut iste nō est spōsus illius:sic nec illa spōsa istius:et ecōuerso:ergo sicut soluitur matrimoniū ex parte eius qui relinquitur propter duas causas:ita ex parte eius qui relinquit.Solutio.soluitur matrimoniū ex parte eius Solutio. qui relinquitur propter duas causas. Prima est da Prima. a fideli nō est seruanda fides infideli:qui blasphemat et nichil habet de fide. Et per hoc soluitur prima obiectio.cum enī fidelis sit infidelis:licet blasphemet fidez tamen quia aliquid habet de fide nō soluitur matrimoniū habet sacramentū fidei scz baptismū:character enim inseparabilis est/ ⁊ per baptismum consecratū est corpus eius ad hoc vt sit templū spiritussancti.vnde nō vilificatur membrū fidele si contungatur cum infideli quod tamē adhuc retinet consecrationē baptismi.Secunda ratio est quare soluitur matrimonium ex parte eius qui relinquitur non ex parte eius qui relinquit : qz timēdū est de fideli ne corrūpatur ⁊ de infideli nō est timendū ne corrūpatur:qz iam corruptus est:nō est timendum q̄ cōuertatur: qz hoc bonū est:sicut narrat Augustinus in libro de ciuitate dei:q̄ Augustin⁹ Zeno philosophus ⁊ quidam ystrio erāt in naui quadam et cum immineret periculum timuit Zeno ⁊ nō timuit ystrio:et cum euasissent quesiuit ystrio a zenone/quare timuisti cum ego non timuerim? et respōdit Zeno pro anima zenonis timendum est non pro anima ystrionis:similiter pro anima fidelis timendū est que preciosa est ⁊ nō pro anima infidelis que vilis est. Ad vltimū dicimus q̄ sine dubio nec est sponsus nec Ad vltimū est ista sponsa. vnde soluitur matrimonium ex parte vtriusq̄ : sed dicitur non solum ex parte infidelis relinquentis: quia ex merito:⁊ ex peccato suo remanet quoddam vinculum in eo q̄ non potest transire ad alia vota: sed fidelis libere potest transire . vnde dicit solui matrimonium ex parte fidelis qui relinquitur: sicut dominus tenetur seruo/⁊ seruus domino: sed si seruus peccet contra dominum/ dominus absoluitur seruus autem nō absoluitur . Sed queritur cum soluatur matrimonium ex parte eius qui relinquitur / an soluatur secundum essentiam / an tantum secundum cohabitationem. Videtur q̄ secundum cohabitationem : quia cum dicit dominus q̄ licet viro di-

q̄o incidēs. Af primo.

mittere vxorem suam propter causam fornicationis: hoc intelligitur tantum q̃tum ad cohabitationẽ. vnde ipsis viuentibus neuter potest trãsire ad alias nuptias. ergo si ita est in fornicatione corporali: ita debet esse in fornicatione spirituali: et ita ex parte fidelis qui relinquitur non soluitur matrimoniũ q̃tum

Secundo. ad essentiã. Item. si soluitur q̃tum ad essentiam ꝛ ꝓpter peccatum infidelitatis: quare non propter alia

Solutio. peccata. Ad hoc dicendum q̃ soluitur q̃tum ad essentiam ex parte fidelis qui relinquit ꝓpter duas causas que dicte sunt. Quarũ prima est: quia a fideli nõ

Prima. est seruanda fides infideli qui nec in spe nec in re: nec

Secunda. in sacramento aliquid habet de fide. Secunda est: q̃ timenduz est fideli ne corrumpat̃: sed in fornicatione corporali non est ita: quia fornicator corporalis habz fidem informẽ: vel si non habet: habet saltem sacramentum fidei: scilicet baptismum. vnde seruanda est fides. vnde fornicatio corporalis nõ soluit matrimonium q̃tum ad essentiam: sed q̃tum ad cohabitationem tãtum. Sed iterum obicitur. ponatur q̃ fidelis

Iterũ aſ. qui relinquitur contrahat cum alio. potest enim contrahere ex quo soluta est et postmodum decidat ille secundus cum quo contraxit: et infidelis qui relinqt eam conuertatur ad fidẽ. queritur an ei reddenda sit

Aſ q̃ sic hec mulier fidelis tanq̃ vxor sua. Videtur q̃ sic: quia ex parte viri non fuit ruptum matrimoniũ. ergo adhuc coniunctus est huic mulieri vinculo matrimoniali et ipse petit eam et est fidelis. igitur reddenda ẽ ei

Secundo. tanq̃ vxor sua. Item. cessante causa cessat effectus: sz ꝓpter infidelitatem amiserat eã: ergo cessante infi-

Tertio. delitate debet eã recuperare. Itẽ. dicit apostolus: receperunt mulieres de resurrectione mortuos viros suos: ergo si resuscitatus corpore recipit vxorẽ quaz prius habuit. ergo eadem ratione resuscitatus mẽte

In oppoᵐ debet recipere vxorem quam prius habuit. Sed cõtra. mortuo viro dicit apostolus. soluta est mulier a lege viri. ergo mortuo lazaro soluta fuit vxor eius: poterat ergo statim contrahere. esto q̃ contraxerit resuscitato lazaro aut erat vxor lazari: aut non. si erat vna mulier simul habuit duos viros: quod nũq̃ permisit dominus: si non erat vxor eius: ergo non potuit eam repetere vt suam. ergo cuz maior sit mors aĩe per infidelitatez q̃ mors corporis si resuscitatus corpore non potest repetere suam vxorem quam habuit: nec resuscitatus mente ab infidelitate: potest repe-

Solutio. tere vxorem quã prius habuit. Qz̃ concedimus. vnde si vult eam habere oportet q̃ nouus cõsensus ad-

Ad primũ uenias et nouum matrimonium. Ad primo obiectũ patet solutio per predicta ruptũ ẽ matrimoniũ etiaz ex parte relinquentis: sed remanet quoddam vincu-

Ad secũdũ lum q̃ tenetur non transire ad alias nuptias. Ad secundum dicimus q̃ hec proppsitio: Cessante cã cessat effectus: nõ tenet in causis agentibus per intellectum et voluntatem. Ad illud quod dicit apostolus

Ad aliud. q̃ mulieres acceperũt de resurrectione viros suos. dicimus q̃ de honestate fuit: non de necessitate. honestum enim erat vt mulier viro suo resuscitato cõiungeretur: tamen per nouum consensum et nouuz ma-

Iterũ aſ in trimoniũ. Sed ponatur q̃ infidelis discedens cõtra-

quisitiue. hat de facto cum infideli aut est matrimoniũ aut nõ si sic. Contra. non est solutum matrimonium primũ ex parte relinquentis. ergo non debet contrahere cũ

In oppoᵐ alio. ergo si contrahit non est matrimonium. Sz contra. iste non est sponsus alicuius: ergo solutus. nec est alia illegittima persona ad contrahendum. ergo si contrahit matrimonium est. Quod cõcedunt quidã opĩo aliq̃ sed tñ peccat mortaliter ꝓtrahendo. Sed melius videtur dicendum q̃ non est matrimonium et q̃ nõ est legittima persona ad contrahendum viuente altera persona. dicit apostol⁹. Si infidelis discedat non est enim seruituti subiectus frater aut soror et huiusmodi. q. d. libere potest contrahere: et per hoc datur intelligi q̃ infidelis discedens seruituti subiectus est et ligatus q̃tũcunq̃ potest ligari ꝓpter matrimonium ad hoc vt non contrahat. Alĩ dicitur

¶ Vtrum ex vnica contumelia dirimatur vel corrumpatur matrimonium.

¶ Alia questio.

Queritur cuz contumelia creatoris dirimat matrimonium. vtrũ ex vnica contumelia dirimat̃ vel corrumpatur matrimoniũ. Probatur q̃ non: qz̃ dicit apostolus. hereticum hominẽ post primã et secundam correptionẽ deuita. g̃ ex vna ꝓtumelia nõ est dimittendus infidelis. g̃ ex ꝑma contumelia nõ rumpitur matrimoniũ: quia forte ex corruptione est illa contumelia: pari ratione nec ex secunda: nec ex tertia: ergo ex nulla. vel dicatur ibi sistatur. Ad hoc di-

Solutio. cimus q̃ non est artis determinare ex quota cõtumelia precise rũpatur matrimoniũ: sed virtutis siue cartatis: quia certior omni arte est melior. Dicimus ergo q̃ si vxor fidelis videat virum infidelẽ pertinacez et defendentem errorez suum et ipugnantez fidem: tunc debet ipsum dimittere: quia ruptũ est matrimoniũ: et si potest habere testes de ifidelitate viri debet ipsum dimittere in facie ecclesie: si nõ habeat testes tamen debet ipsum dimittere: quia ibi nõ est matrimonium: et ecclesia compellat eam virum recipe ꝓius debet se permittere excõmunicari q̃ fornicetur: fornicaretur autẽ si commiseret se illi. ¶ Queritur post-

Ala q̃o. ea vtrum ꝓ fornicatione spirituali scz ꝓ quolibet peccato mortali rumpatur matrimoniuz q̃tum ad cohabitationez: sicut pro fornicatione corporali. Probat̃ q̃ sic: quia dicit Augustinus q̃ omne peccatum mor-

Augustin⁹ tale est fornicatio spiritualis: quia ꝓ quolibet peccato mortali recedit anima a deo vero sponso suo/ et adhereꝫ creature. vnde fornicatur diligẽs creaturaz pl⁹ q̃ deum. vnde illud: perdes omnes qui fornicant̃. ꝛc. Dicit autem Gregorius q̃ spiritualia peccata maioris culpe sunt q̃ corporalia: sed minoris ifamie: ergo

Gregorius fornicatio spiritualis maior est q̃ corporalis: sed pro fornicatione corporali soluitur matrimonium q̃tum ad cohabitationem: ergo pro fornicatione spirituali.

Confirmat Idem videꝫ velle Augustin⁹ qui dicit q̃ si dicat vxor viro suo: non ero tecum nisi de latrocinio ꝛ rapina cõgreges tibi diuitias: debet vir amorem dei preponere carnis luxurie/ et debet amputare a se membrum quod scandalizat eum/ et ita debet dimittere vxorem

In oppoᵐ suam q̃tũ ad cohabitationem. Sed contra. dicit Hieronymus q̃ si vxor peccet in aiam suam nõ potest esse polluta viro suo/ ac si dicat non peccat contra matrimonium: sed si fornicatur corporaliter polluta est viro suo/ et peccat contra matrimonium: ita vir debet eam dimittere: quia qui tenet adulteram stultus ꝛ insipiẽs est: ꝛ ita nõ dimittenda ꝓ fornicatiõe spũali: sz ꝓ corporali: qz sic nõ iuriat̃ vxor viro suo si peccat in aiaz suã qz nõ dicitur q̃ habeat potestatẽ aĩe mulieris

sed corporis. ergo non debet propter hoc dimittere sed si fornicatur corporaliter iniuriat viro suo: quia mulier non habet potestatē corporis sui: ꝫ vir. ꝯ pro fornicatione corporali rūpitur matrimoniū ꝙtuꝫ ad cohabitationē: quia per que peccat aliquis per ea punit debet: et nō pro fornicatione spirituali cū illa nō

Solutio. Ad augustinū. sit contra virū. Ad cōcedim⁹ hac ratione. Et ad auctoritatē augustini dicunt magistri ꝙ retractauit illā auctoritatē augustini dicunt magistri ꝙ retractauit illā posset tñ sane itelligi auctoritas illa hoc mō. vir debz amputare a se mēbrū quod eū scandalisat. i. debz vxo rē suā acriter increpare et non dimittere: vel etiā a lecto suo quandoq; separare ad tēpus: et a mensa: licz non a domo causa correptionis: quia vir caput ē mulieris: ꝛ peccatum mulieris iputaturviro nisi ꝙripiat eā. vnde dicit auctoritas ꝙ adā et eua voluerunt rapere deitatē: tñ vir ꝙ se non voluit: sed dicitur voluisse: quia volentē mulierē non correxit.

¶ Queritur cum gentilis qui plures habet vxores ꝙuertat ad fidē: vtꝝ liceat ei hꝝe oēs illas.

¶ Alia questio.

Af ꝙ sic. Querit postea cū gentilis qui plures habet vxores conuertat ad fidē: vtrū liceat ei hꝝe omnes illas vxores. Videtur ꝙ sic: quia qua ratione habet vnā eadē ratione habet et aliā. ergo vel oēs vel nullā. si dr ꝙ tantū primā debet habere. Cōtra. ponatur ꝙ sub hac forma contraxerit primo cum duab⁹. accipio vos in meas: et ille dixerūt. accipim⁹ te i nostrū: secūdū hoc vna ē vxor sicut est prima. ꝯ vel vtrāq; retinebit vel neutrā. non vtrāq; retinebit: quia ecclesia non sustinet ꝙ vnus habeat simul plures. Similiter de iudeo q̄ cōtraxit in iudaismo cū consobrina sua in secūdo gradu: hoc ē scōm legē moysi. si postea iudeus vel iudea veniāt ad fidē. Querit vtrū maneat hmōi matrimoniū. videt ꝙ sic: quia pr⁹ erat matrimoniuꝫ et mō nō corrūpitur p cōtumeliā creatoris: qr vteroꝫ fidelis ē. ꝯ adhuc manet. Contra. ecclesia iudicat tales psonas illegittimas ad contrahendū ꝛ mō sūt de foro ecclesie. ꝯ non debet esse illegittimū hmōi matrimoniū. Solutio. Ad primū dicim⁹ ꝙ tñ primā debet retinere: cū alīs enī nō fuit matrimoniū: qr secundū legē naturalē vna debet esse vnius. et hec forma: accipio vos in meas: nō ē forma cōtrahendi matrimoniū: qr secundū legē nature est. Matrimoniū est legitima coniunctio maris ꝛ femine/non feminarū: sed ītima coniunctio maris ꝛ femine/non feminarū: sed ītima coniunctio maris ꝛ femine/non feminarū: sed ī cordibus gentiliū obfuscata est lex naturalis: ita ꝙ non possunt clare videre in corde suo ꝙvna dz eēvni⁹

Alia q̄stio. Af ꝙ sic. In oppo⁹ Solutō ad primū. Ad secūdū Ad secundo questū dicim⁹ ꝙ manet illud matrimonū in iudeis conuersis ad fidē nec sunt illegittīe psone ad hoc vt maneāt in matrimonio. sed ad sic cōtrahendū de nouo: quando enīz contraxerunt erant legittīe psone: tunc enīz non erant de foro ecclesie. de his aūt qui foris sunt: non est nostrū iudicare. cū ergo secundū deū. i. secundū legē moysi coniuncti fuerunt ecclesia non debet eos separare cuius nō est iudicare de vinculo contracto ante conuersionē: qr tūc non erant de foro ecclesie.

¶ De ipedimentis matrimoniꝝ.

¶ Aliud capitulū.

INter ipedimenta matrimoniꝝ: secūdo dicenduꝫ est de erroꝛe psone. Est autē quadruplex erroꝛ scilicet erroꝛ qualitatis cū aliqua creditꝫ esse pulchra cum tñ est turpis: vel creditꝫ esse bona cū tñ sit mala. erroꝛ fortune cū creditur esse diues que tñ est pauper erroꝛ psone cuꝫ creditꝫ esse maria et est alia. erroꝛ conditionis cū creditur esse libere conditionis et est seruus. duo primi erroꝛes non ipediunt matrimoniuꝫ: sed duo vltimi. Queritur autem hic de erroꝛe psone quare ipedit per se matrimoniū potius ꝙ erroꝛ qualitatis vel fortune. Et ad hoc dicitꝫ ꝙ erroꝛ qualitatis vel fortune non impedit consensū matrimonialē: sed erroꝛ psone euacuat consensū matrimonialē. Sed ea dē remanet questio quare erroꝛ psone euacuat cōsensū matrimonialē: et non erroꝛ qualitatis vel fortune quia tam in erroꝛe psone ꝙ fortune est consensus tātum conditionalis. sicut enī iste non consentit in istaꝫ nisi quia credit esse mariā: sic ille non consentiret in illā: nisi crederet eā esse diuitē. ergo si erroꝛ fortune nō euacuat consēsū matrimonialē nec erroꝛ psone. Pꝛeterea. pꝛobatur ꝙ in erroꝛe psone sit consensus matrimonialis: quia iste dicit: accipio te in meā. et illa dicit: accipio te in meuꝫ. ergo ibi est mutuus consēsus per verba de pꝛesenti expꝛessus: ergo est ibi consensus matrimonialis. ergo et matrimoniū. Itē. ponatꝫ ꝙ aliquis habeat duas filias simillimas quaruꝫ dicatur vtraq; maria et ostendatꝫ illi altera illarū et ipse consentiat in istaꝫ: sed ista non consentiat in istū. constat ꝙ cōsensus istius esset matrimonialis si esset mutuus: ostendatꝫ ei postea altera maria et cōsentiat iste in eā: quia credit ipsaꝫ esse primā et ipsa consētiat i eū ꝑstat ꝙ iste cognoscit tñ istā ꝙtū cognoscebat ꝑmaꝫ sicut ei nomē et⁹ ꝛ patriā ꝛgen⁹: ꝛoīa accidētia corꝑis que visibilia sunt: videt enī eaꝫ: ergo ꝑsensus istius in istam penitus similis est cum consensu eiusdem in prima: sed consensus istius in primam esset matrimonialis si esset mutuus: ergo consensus istius in istā est matrimonialis cum sit mutuus. Contra. ibi est erroꝛ persone: ergo ibi non est consensus matrimonialis. Itez Ysaac benedixit Jacob licz crederet benedicere Esau ergo a simili iste ducit eam in vxoꝛez licet credat se ducere aliam: ergo contractum est cum ista credat/ licet esset alia/ et ita erroꝛ persone nō impedit matrimoniū Item si erroꝛ persone impedit matrimonium: ergo non fuit matrimoniū inter Jacob et Lyam in primo concubitu: seruierat enim Jacob Laban. vij. annis ꝙ Rachele et suppositā est Lya et Jacob concubuit cū ea credens eam esse Rachelem: ergo concubuit cum non sua: ergo peccauit moꝛtaliter/ vel ad minus Lya que scienter cognouit non suum peccauit moꝛtaliter. Sed cōtra. concubitus ille fuit signum sacre rei: fuit enim signum actiue vite que facta est: ergo concubit⁹ ille fuit sacrum signum: ergo non fuit peccatum moꝛtale. Solutio. Ad primum dicimus ꝙ erroꝛ persone impedit matrimonium/ et nō erroꝛ qualitatis vel foꝛtune: et hoc ꝓpter duas causas. Pꝛima est: quia erroꝛ qualitatis vel foꝛtune non impedit bonum matrimoniꝝ: quia turpis mulier multotiens seruat fidē melius matrimoniꝝ ꝙ pulcra/ pauper melius ꝙ diues: diues enim ex diuitijs superbit: sed vna persona que ab alia ad hoc eligitur melius seruat bona matrimoniꝝ ꝙ alia. vnde erroꝛ pꝛime impedit matrimonium. Secunda causa est ꝓpter sacramentum: matrimonium enim carnale sacramentum est matrimoniꝝ spiritualis/ scilicet coniunctionis Christi/ et fidelis ani-

Quadruplex erroꝛ. Questio. Solutio. ℈hocaf. Secundo. Tertio. ℈hocaf Solutō ad primū. Pꝛima. Secunda. In oppo⁹ Secundo. Tertio.

me:ſed in matrimonio ſpirituali debet eſſe conſenſus abſolutus:hic enim non eſt matrimonium ſpirituale Conſentio/vel credo in iſtum ſi eſt chriſtus quocunq; demonſtrato:ſed oꝑtet abſolute conſentire in ip̄m vnde i matrimonio carnali debet eſſe abſolut⁹ cōſenſus in aliquem.ꝓpter hoc nō eſt ibi conſenſus matrimonialis. Ad illud qđ obiectum eſt q; ibi ē conſenſus per verba de preſenti expreſſus.ergo ibi eſt cōſenſus matrimonialis. Dicimus q; non ſequitur: quia ille conſenſus nō eſt abſolutus ab extranea conditione q̄uis enim nō ſit conditio in verbis:tamen eſt in anima viri qui non conſentit in iſtā:niſi qꝛ credit eē aliā. Eodēmodo reſpondendū eſt ad illud quod obiectū eſt de duabus mulieꝛibus:non enim conſentit in iſtam ſecundam/niſi credit eſſe primā. Ad illud quod queꝛit de benedictione iacob dicimus q; non eſt ſimile:quia benedictio opus eſt dei/non hominis.vnde in numeris dicitur.inuocabunt nomen meū ſuper filios iſrael:et ego benedicam eis.matrimoniū aūt opus hois eſt. Ad vltimū dicimus q; non fuit matrimoniū inter iacob et lyam in primo concubitu:tamen nō peccauit iacob:quia ignoꝛātia facta excuſauit ipſū a tāto et toto.ſimiliter dicimus q; lya non peccauit quia inſtictu ſpiritusſancti primo traditur eam labanviro q̄ rachelem.dñs enī per bonos bene vtitur malis. vt i ꝓphetia balaan et cayphe . et ſodomitis voluit dñs parcere ꝓpter decē iuſtos.ſimiliter et laban bene vſ⁹ eſt dñs:ꝓpter conſoꝛtiū patriarche inſpirauit ei q; lyā que erat lippa:primo traderet nuptijs q̄ rachelē que eratpulchꝛa:quia prius eſt actiua q̄ contēplatiua.vñ gregoꝛius. Qui arcem contēplationis aſcēdere deſiderat:neceſſe eſt vt in campo actionis ſe exerceat.

Ad aliud.

Ad aliud.

Ad aliud.

Ad vltimū

Gregoꝛius

De erroꝛe conditionis.

Alia queſtio.

Sicut erroꝛ perſone impedit matrimoniū:ſic erroꝛ conditionis. vnde ſicut nullum eſt matrimoniū ſi aliquis contrahit de facto cū marta quā credit eſſe aliam:ita nullum eſt matrimoniū ſi aliquis cōtrahit de facto cum ancilla quā credit eſſe liberā. Sz contra hoc obicitur.dicit apo.ad colo.nō eſt maſcul⁹ et femina/gentilis et iudeus barbarus et ſcita ſeru⁹ et libera:ſed omnia et in omnibus chriſt⁹ . oēs ergo qui in fide chriſti ſunt liberi ſunt qua libertate chriſt⁹ nos liberauit.et in euangelio iohānis. Si filius vos liberauit:vere liberi eritis:ergo liberi ſunt ad cōtrahendum qui libertatem chriſti habēt . ergo ſeruitus coꝛpoꝛalis nō impedit matrimoniū. Item dicit apoſtolus.vnuſquiſq; habeat ſuā ꝓpter foꝛnicationez hoc dicit generaliꝫ: ſed qđ dicit apls gñaliꝫ non ē coartandum:ſicut dicit ambroſius ſuper illum locum: moꝛtuo viro nubat mulier cui vult.nō ē determinādū quod apoſtolus nō determinauit. et loquitur de ſecundis et tertijs nuptijs.ergo cum apls dicit hoc generaliter vnuſquiſq; ꝛc.nullus excipiendus eſt:ergo nō ſeru⁹.et ita ſeruitus nō impedit matrimonium. Itez matrimoniū eſt de iure naturali.et ſeruitus de ipſo iure:nō ei ſūt homīes ſerui a natura:ſed potius liberi.ſed ius poſitiuū nō poteſt cōtra ius naturale ergo ſeruitus nō poteſt cōtra matrimonium.ergo nō impedit ipſū. Itē.eroꝛ foꝛtune nō ipedit matrimonium:ſed eroꝛ cōditionis eſt eroꝛ foꝛtune.ergo eroꝛ cōditionis nō ipedit matrimoniū. Pꝛobatio aſſpbak mioꝛ sūpte.Seruitus coꝛpoꝛalis nō eſt a natura: niſi enim peccatum non eſſet ſeruitus: nec coꝛpoꝛalis nec ſpiritualis.ergo cuz ſeruitus coꝛpoꝛalis nō a natura ſit eſt a caſu vel foꝛtuna. Item.aliquis mercatoꝛ credēs ſe multū lucrari cōmittit nauem ſuā cū mercib⁹ ſuis mari.accidit q; frangitur nauis et amittit quidquid habet:et fit pauper.hec paupertas eſt a foꝛtuna. eſt eī preter itētionem.ſimiliter aliqui credētes ſe poſſe cōuincere cōmittunt bellum et victi ſic facti ſunt ſerui:ergo cum hec ſeruitus preter intentionem euenīat eſt a foꝛtuna:vt pauptas. Si dicatur q; non ē a foꝛtuna:quia eſt diſpoſitione diuina:quia vt habetur in eccliā. bona et mala vita moꝛs:pauptas et honeſtas a deo ſunt.et in pꝛouerbijs.diuitias ꝛ panptates ne dederis michi. Solutio. Seruitus coꝛpoꝛalis nō ſolum eſt a iure humano:ſed etiā a iure diuino. vt patet i geneſi:Maledictus canaā ſeruus erit fratrū ſuoꝛū. Dicimus igit̄ q; ſeruitus ipedit matrimoniū:qꝛ ſeruus nō habet poteſtatez coꝛpoꝛis ſui:ſed dñs.vñ nō poteſt trāſferre perfecte poteſtatē coꝛpoꝛis ſui in aliquē mulierē ſine cōſēſu dñi ſui:niſi i quibuſdā caſibus emergētibus vt poſt dicetur. Ad primū dicim⁹ q; apoſtolus loquitur ibi de libertate ſpirituali per quā i primitiua eccleſia volebāt multi fideles auferre a ſe iugum ſeruitutis coꝛpoꝛalis quibus obuiauit apoſtolus dicēs:ſeruus es:noli querere libertatē: ſz ſi poteſt fieri liber magis vtere vtēdū ſeruitute tāq; cauſa humiliationis:ſtatus enī ſerui melioꝛ eſt q; ſtatus dñi.ſicut ſtatus pauperis melioꝛ eſt q; ſtatus diuitis:quia ſeru⁹ habet occaſionem humilandi ſe:et dominus occaſionē ſuperbiēdi. ſeruitus coꝛpoꝛalis nō impedit libertatem ſpiritualē:ꝛ ꝓpter hoc nō ſeq̄tur q; liber ſpiritualiter poſſit contrahere:quia aliq̄s liber ſpiritualiꝫ ē ſeruus coꝛpoꝛali ſeruitute. Ad fm dicim⁹ q; hec vniuerſitas:vnuſq̄ſq; hēat ſuā ꝓpꝫ foꝛnicationē accōmodanda eſt: et nō vaga.intelligit̄ enī ſic vnuſquiſq; q̄ poteſt ꝛ debet : non quelibet perſona etiam tēpoꝛe apoſtoli fuit legitima ad cōtrahendum. Habemus enīz q; beatus Matheus et beatus Thomas cōſecrauerūt virgines que poſt cōſecrationez nō poterant contrahere : et hoc bene ſciebat apoſtolus quia multe erāt perſone que contrahere nō poterāt: auctoꝛitas ergo illa nō itelligitur de perſonis illegitimis ad contrahendum.vnde non itelligitur de ſeruis. Ad tertium dicimus q; nec ius poſitiuum nec ſeruitus poteſt cōtra matrimoniū iiciatum/ratum/ et cō ſummatum:ſed ius poſitiuū bene poteſt facere q; aliqua perſona ſit illegittima ad contrahendum: et hoc non eſt cōtra matrimonium:ſicut aliquis caſtrādo aliquem facit illum illegittimū ad contrahenduz: ꝛ per hoc nulluz matrimoniuz tam factū deſtruitur. Ad vltimo obiectum dicimus q; ſeruitus non eſt a foꝛtuna tantum imo quaſi naturalis eſt modo cum ſit ab oꝛigine.vnde eroꝛ conditionis non eſt eroꝛ foꝛtune:potuit tamen in principio ſeruitus eſſe a caſu et a foꝛtuna ſicut obijciebatur. Concedimus enī caſum aliquez eſſe in rebus:ſecunduz q; caſus eſt inopi natus rei euētus ex cauſis confluentibus ob aliud inceptis. Sicut in illo qui vadit ad foꝛum vt emat aliquid et ibi inuenit debitoꝛem ſuum: hec inuentio dicitur eſſe a foꝛtuna et a caſu: quia itio ad foꝛum ob aliud fuit incepta: ſed pꝛout caſus dicitur fatum/ꝛ fatum itelligitur eſſe quedā cauſa i motibus ſupceleſtiuz coꝛpoꝛū: p quā dicūt q̄dā· neceſſario euēturos euēt⁹ rex volūtarios ſic caſus nichil ē:qꝛ volūtas nō ſubeſt tp̄t: ſz ſupꝛa tp̄s eſt

Quinto.

Euaſio.

Solutio.

Ad primū.

Ad ſecūdū

Exemplū.

Ad tertiū.

Ad vltimū

Exemplū.

vt dicit augustinus. Sed si dicamus generaliter ser=
uitutem esse a fortuna: dicemus q̄ error cuiusdaz for
tune impedit matrimoniū vbi. s. persona que non ha
bet potestatem sui corporis vt in seruo: sed vbi habz
non impedit/vt in paupertate.

Hoc ar

OJctū est q̄ ius positiuum non ꝓtrariatur ma=
trimonio nec iuri naturali de quo ē matrimoni
um. Sed videtur q̄ cōtrarietur: quia de iure natura
li quelibet persona legittima est ad contrahendū cū
qualibet paucis exceptis: sicut exceptis patre ⁊ filia
matre et filio: que excepte erant in primitiua condi=
tione ⁊ exceptis illis: que excepte sunt in leuitico. sed
iste seruus et hec libera non sunt de illis exceptis. er=
go de iure naturali sunt persone legittime ad ꝓtra=
hendum. sed ius positiuū facit oppositum. facit enim
q̄ sint illegittime: ergo facit contra ius naturale. er=
go contrariatur iuri naturali. Jtem. ipsa ꝓditio non
impedit matrimoniū: quia seruus et serua possūt con
trahere inter se: ⁊ cōtradicētibus dñis vt habetur in
sententijs: quia seruus non tenetur dño ꝯsentire: nisi in tē
poralibus seruitijs. vnde nō tenetur non cognoscere
aliquā mulierem. potest ergo cōtrahere quia potest
reddere debitum vxori loco ⁊ tempore: ⁊ post redde
re seruitia debita dño suo loco ⁊ tēpore. Probatur
q̄ nō possunt contrahere: quia seruus nō habet pote
statem corporis sui: sed dñs. ergo non potest trāsfer=
re dominiū corporis sui in aliam personam sine con=
sensu dñi. Jtem. error ꝓditiōis impedit matrimoniū
et hoc nulla alia de causa: nisi quia seruus non habet
potestatem corporis sui: sed eadem causa manet vbi
non est error: sicut vbi vir liber scit mulierem eē ser=
uam: ergo vir liber sciens aliquam esse seruam nō po
test contrahere cum illa. ⁊ hoc manifeste falsū. Po=
natur q̄ contrahat liber cum serua sciens ⁊ prudēs
et postea domin⁹ serue vēdat illam paganis: aut vir
tenetur sequi mulierem aut nō. Si nō. Cōtra. vir nō
habet potestatem corporis sui: sed mulier. ꝯ si muli=
er vult tenetur eam sequi. Sed ꝰ. imminet viro peri
culum et vite corporalis ⁊ vite spiritualis: quia īmi=
net et periculū fidei. ꝯ non tenetur eā sequi. Solutio
dicimus ad primum q̄ ius positiuum non contrariat
iuri naturali: sed ipsum determinat: sicut ius huma=
num determinat ius diuinum. ius enim diuinū dt. in
ore duorum vel trium testium stat oēverbum. et ius
humanum sic determinat. in ore testiū idoneorū fide
dignorum. vnde examinantur testes. Sed queritur
qua auctoritate ius humanum siue positiuum deter
minat ius diuinū siue naturale. Ad hoc dicim⁹ q̄ ius
positiuum determinat naturale ius per auctoritatez
iuris naturalis. ius enim naturale dt q̄ falsis testib⁹
non est credendum. et per hoc determinat ius huma
num ius diuinum hoc modo: in ore testium fide di=
gnorum stet omne verbum. similiter ius naturale dt
q̄ nullus inuitus sine omni pctō puniatur. ⁊ per hoc
determinat ius positiuum q̄ error conditionis impe=
dit matrimonium. si eī nō impediret accideret q̄ ali
quis inuitus sine omni pctō suo puniretur. si enim li=
ber contrahit cum serua nesciens illam esse seruam si
staret matrimoniū puniretur inuitus sine omni pctō
suo. esto q̄ non peccauerit: puniretur enī per oppro=
brium et infamiā. punitur etiam quia si mulier ven=
deretur paganis teneretur eaz sequi. puniretur etiā
in filijs suis: quia filij sui fierent serui. sicut ergo ī ore
duorum vel trium stat omne verbum: nō tamē ore
falsorum testium. sic hec persona secundum se legitti
ma est ad contrahēdum: nō tamen iniusta punitione
alterius. Ad secundum dicim⁹ q̄ bene possunt ser=
uus ⁊ serua contrahere inter se et contradicentib⁹ do
minis saluo iure dominorū suorū. potest enim sicut
dictum est seruus reddere debitum vxori loco ⁊ tem
pore: ⁊ domino suo seruire loco ⁊ tēpore. Et dicimus
q̄ seruus habet potestatē corporis sui q̄tū ad contra
hendū: sed verum est q̄ plenarie non habet potestatē
corporis sui. vnde nō ita libere potest reddere debi
tum vxori: sicut si esset liber: sed mulier que scienter
talem duxit sibi imputet. Ad tertiū dicimus q̄ error
conditionis impedit matrimonium: et hec nō est so=
la causa: quia seruus non habet potestatem corporis
sui: imo hec est principalior causa: quia nullus inuitus
sine omni pctō suo puniendus est. sed liber sciens et
prudens potest contrahere cum serua: nō enī fit ei in=
iuria si ipse voluntarie se subiecit penis seruitutis.
Ad vltimū dicimus q̄ ecclesia que debet facere q̄
matrimonia conseruentur in suo esse: debet procura
re q̄ hec mulier non vendatur paganis: sed vendatur
in sua regione in qua possit habere sine periculo vi=
rum suum: si vero ita accidat q̄ vēdita sit paganis te
netur eam sequi vir suus nisi manifestum periculum
imineat fidei. vxor enim tenetur: sed saluo iure dei
et sibi imputare debet qui scienter seruā duxit.

Ad secūdū

Ad tertiū.

Ad vltimū

De impotentia coeundi.

Consequenter dicenduz est de tertio impedimē=
to scz de impotētia coeundi/que duplex est: vna
naturalis/alia accidētalis. Naturalis triplex ē scz na=
turalis frigiditas/defectus etatis/artatio nature/que
libet istaz triū impotentiarū impedit matrimoniū cō
trahendum/⁊ dirimit contractum: defectu etatis con
stat q̄ non possunt sibi pueri reddere debitum: simili
ter si aliqs sit naturaliter frigidus adeovt nec natura
liter nec adiutus per medicinā posset coire nō potest
contrahere/⁊ si contrahat de facto nullum est matri=
moniuz: similiter si aliqua mulier adeo arta sit vt nec
per medicinalia nec per violentiā: sicut per sectionem
vel aliquid tale possit fieri ydonea ad hocvt cognosca
tur non potest contrahere/⁊ si cōtrahit de facto nullū
est matrimonium: si ergo mulier vult accusare viruz
suum q̄ frigidus est naturaliter ⁊ nō potest eā cogno
scere aliquo modo: ipsa vero velit fieri mater: si per
triennīū fuit vir cū ipsa ⁊ nō potuit eam cognoscere/si
per vtriusq̄ iuramentū ita constiterit esse/ ⁊ per septi
mam manum propinquoz qui idem iurent tactis sa=
crosanctis reliquijs/tunc ecclesia debet eos separare:
si vero vir asserat se cognouisse eā et mulier dicat op=
positum et nō possit habere testes/tunc stabitur iura=
mēto viri: q̄vir caput ē mulieris/nisi mulier sensibili
demōstratiōe ꝓbauerit se esse virginē: similiter si per
septimā manum propinquoz ⁊ iuramentum viri con
stiterit ecclesie artatio mulieris separandi sunt/ aut si
cōstiterit per sensibilem ꝓbationez: si vero contingat
q̄ vir frigidus postea contrahat cum alia ⁊ eā cogno
uerit aut mulier arta contrahat cuz alio/⁊ ab illo co=
gnita sit/cogetur redire ad prima cōnubia: quia verū
matrimonium fuit inter ipsos. Jmpotētia vero coeūdi accidentalis est duplex: vna per castrationem: alia per maleficia. De castratione dicēduz q̄ si post matri=
monium contingat nō rumpit matrimoniuz propte=

hoc:si vero ante matrimoniuz nõ potuit castratus cõtrahere/et si ꝓtraxit de facto nulluz fuit matrimoniũ. De maleficiatis autẽ dicẽdũ est ꝙ si post matrimoniũ factum est maleficium nõ rũpitur ꝓpter hoc matrimonium:si vero ante matrimonium ⁊ perpetuum sit maleficium separandi sunt vt dicũt antiqui canones: qz nullum fuit matrimoniũ:sed isti canones abzogati sunt:qz nullum maleficiũ perpetuũ est: quia ꝓpter paruitatem fidei permittit deus aliquos maleficiari. vnde maleficia possunt dissolui per magnitudinem fidei/ et ꝓ orationes ecclesie/et per eandẽ artẽ per quã facta sunt destruunt.vnde nullũ maleficiũ est ꝑpetuũ.

In oppoᵐ Sed contra predicta obijcitur. Cõtingat enĩ ꝙ frigidus naturaliter qui separatus fuit a priore contrahat de facto cũ alia et faciat eam pregnantẽ/cogitur redire ad priorem vxorem:qz ibi verum fuit matrimoniũ ergo deus cõiunxit illos/ et ecclesia separauit:ergo separauit quos deus cõiunxit: ergo fecit cõtra hoc preceptũ domini: quos deus cõiunxit homo nõ separet:

Secundo. ergo peccauit mortaliter.Itẽ ignorantia iuris neminem excusat: nulla enim ignorantia facit quin fornicatio simplex sit peccatũ mortale:preceptũ enz est: non fornicaberis: ergo nulla ignorãtia potest facere quin ecclesia peccauerit separando quos deus cõiunxit/ibi enim nõ fuit ignorantia facti:quia oĩa erant in propatulo:vt videt. Si dicatur ꝙ ecclesia separauit eos ne

Euasio. peius accideret:qz mulier volebat fieri mater ⁊ fornicata esset nisi daretur licentia cõtrahẽdi cum alia: hec solutio non valet: qz tantum valeret hoc ꝙtum si daretur libellus repudij qui dabatur in veteri lege ꝓ-

Secundo. pter duriciã iudeorum ne interficerent vxores.Item ecclesia nesciebat an iste posset cognoscere illã/an nõ: ergo nesciebat an esset verum matrimoniũ ĩter ipsos an nõ/⁊ separauit eos:ergo cõmisit se discrimini:ergo

Tertio. peccauit mortaliter.Itẽverum matrimonium fuit inter beatam virginẽ et Joseph/⁊ inter Crisantum ⁊ Dariam vbi nullus respectus habebatur ad carnalez copulã: et inter beatum Alexiũ ⁊ vxorem suã qui statim post nuptias transtulit se ad vitã heremiticam: ꝙ licet inter frigidum naturaliter ⁊ illam que contrahit nõ possit esse carnalis copula:nichilominus ibi est ma-

Solutio. trimonium.Solutio. Dicimus ꝙ ecclesia recte separauit tribus de causis.Prima ẽ ignorãtia facti/ nõ ꝙ ibi fuerit:sed ꝙ ibi potuit esse.Secunda est probatio per testes/vel sensuz cui ꝑbationi nõ poterat ecclesia

Ad primũ. resistere.Tertia ne peiꝰ accideret: fornicaret enĩ mlr nisi sic fieret. Ad ꝓmo ꝙ obiectũ dicimꝰ ꝙ nõ valz hec argumẽtatio:fecit ꝫ ꝑceptũ dñi:ꝙ peccauit:ignorãtia enĩ facti eã excusat:sicut nõ vz:iste cognouit alienã vxorem:ergo peccauit:quia ignorãtia facti eum excusat:

Ad secũdũ credebat enĩ eã esse suã et adhibuit diligentiã quam potuit et debuit.Ad secundo obiectũ dicimus ꝙ nulla ignorãtia facit quin fornicatio sit peccatũ mortale in eo qui scit se fornicari. i. qui scit se cognoscere non suã:sed in eo ꝙ credit cognoscere suã et cognoscit nõ

Ad tertiũ. suã adhibita diligẽtia quã ꝓt et debet ignorantia facti facit ꝙ illa fornicatio nõ sit peccatũ. Ad tertio obiectũ dicimus ꝙ hec argumentatio nõ valet : ecclesia nesciebat an esset verũ matrimoniũ inter eos:ergo cõmisit se discrimini separãdo eos : licet enĩ nesciret/tñ probatũ credebat ibi nõ esse verũ:nõ peccauit separãdo : sed si dubitaret equaliter se habendo ad vtrãqꝫ partẽ dubitatiõis:tũc haberet locũ illa argumẽtatio

Ad vltimũ Ad vltimo obiectũ dicimus ꝙ nõ est simile:qz in matrimonio beate virginis et Joseph fuit fructus et licz non fuerit ex matrimonio ille fructus:tamẽ ex matrimonio fuit ordinatus:quia per matrimoniũ celatus est partus filij dei diabolo: in alijs autẽ et si fructꝰ nõ fuerit scz crisanti et darie: tamẽ poterat esse:nec intẽdebant cõtrariũ:sed in frigido naturaliter non potest esse fructus.

¶ De quarto et quinto impedimento matrimonij:scz de ordine et voto.

Ꝺ Ecundo capitulo: queritur de sensibus spiritualibus. Circa istam questionē primo videndū est vtrum oculis corporalibus videbitur deus in futuro. Secundo vtrū sensibus spiritualibus fruamur deo. Tertio vtrū sit vnus tantū sensus spiritualis/an quinq̄. Circa primum opponit augustinus in fine libri de ciuitate dei hoc modo. oculis spiritualibus videbimus non tantum spiritualia: sed etiā corporalia eadē ratione oculis corporalib⁹ videbimus: nō tātū corporalia: sed etiā spūalia: et ita oculis corporalib⁹ videbimus deum in diuinitate sua. Item. super illū locū iob vbi loquitur de sapientia. Nō adequabitur ei aurum vel ⁊c. dicit glo. beati gregorij: vnius cuius mentē ab alterius oculis mēbrorū corpulentia nō abscondit: aut loquitur de oculis spiritualibus aut corporalibus. si de spūalib⁹: similiter nec modo abscondit: q̄ corpus non prebet obstaculum visui spūali: si de oculis corporalib⁹: ergo oculis corporalib⁹ videbim⁹ aliorū mentes. eadem rōe et angelos: ⁊ ipz deū in diuinitate sua. Sz contra. dicit aug. q̄ oculis corporalibus non videbim⁹ nisi corpora et formas corporū: ḡ non videbim⁹ spūalia. ergo oculis corporalib⁹ non videbimus deū in diuinitate sua. Item. dicit apostolus. licet is qui foris est noster homo corrūpatur: tamen is qui intus est renouatur de die in diem. i. proficit ratio de die in diē in agnitione dei. exterior autē homo si proficit in agnitione dei: oculus enīz corporis mō nō videt deū: sz vis⁹ spūalis nō proficiet i eis in q̄b⁹ mō nō proficit: sicut ei gra ē p̄fectio nature: ita gr̄ia erit p̄fectio gr̄e. vñ dicit ieronim⁹. incipies eē q̄s futurus es. id est īcipe videre deum per fidem vt postea videas per speciem. vnde in psalmo. Misericordia edificabitur in celis: preparabitur veritas tua in eis hic enī habet preparatio et īcīū cuius perfectio in futuro eradicabitur: ergo est cum visus corporalis non habeat hic inicium videndi deū/nec hic edificetur vel preparet in futuro: q̄tū ad hoc ergo in futuro nō videbimus deū in deitate oculis corporalibus. Quod cōcedimus: visus enī corporalis non perficiet q̄tum ad illud q̄ non potest: sed q̄tum ad illud q̄ potest. vnde cum possit videre ⁊ formas corporales ⁊ ipsa corpora perficietur q̄tum ad hoc: videbit enim corpus christi glorificatū quod in infinitū lucidius est sole ⁊ videbit cetera corpora glorificata ⁊ in hoc ꝓsistit sua pfectio.

Secundo.

In oppm

Tertio.

Ad primū Ad primo ergo obiectū dicimus q̄ non valet hec argumētatio: oculis spiritualibus videbimus corpora ergo et corporalib⁹ spiritualia: q̄ sicut dicit Boetius. Quicquid potest vis iferior potest vis superior sed non econuerso. Est enī intellectus ymago dei et nō est determinata natura: immo quodā modo est oīa vnde anima potest cognoscere: sensus autē determinata est natura. vnde omnia accingit. Ad secundo obiectum dicimus q̄ beatus Gregorius intelligit de oculis spiritualibus ⁊ cōcedimus q̄ in presenti membrorum corpulentia abscondit mentē vniuscuiusq̄ ab alterius oculis: non enim solum intelligit de corpulentia alterius subiecti: sed etiam de corpulētia subiecti in quo est visus spiritualis ⁊ corp⁹ corruptibile et animale aggrauat animam et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitatione. vnde in presenti visus spiritualis non cognoscit spiritualia nisi sensu preambulo: in futuro ℞o qñ corpus erit spirituale per se visus spiritualis cognoscet spiritualia in speculo eternitatis et propria essentia.

Ad secūdū

De quinq; sensibus spiritualibus.

Secundo queritur de sensibus spiritualib⁹. sunt enim sensus spirituales quinq; sicut et corporales: sicut dicit origenes super leuiticum. quinq; sens⁹ corporis redimi possunt vt bonis actibus reddan = tur: sicut et quinq; sensus interiores: vt mūdo corde videamus deum et audiamus quod nobis loquitur et odoremus bonum odorem christi: et gustemus il lum de quo dicitur: Gustate ꝛ videte quoniā suauis est dominus: et palpemus cum beato iohāne dever. bonite. ecce in hac auctoritate distinguuntur quin = q; spirituales quibus fruimur deo. visu enim spiritua li delectamur in pulcritudine dei et auditu spirituali et symphonia dei. vnde: audītā quid dominus de⁹ in me loquatur: et odoratu spirituali ī bono odore dei et gustu dulcedine dei: et tactu spirituali/in suauita= te dei. Sed queritur an solis his sensibus spirituali= bus fruamur deo: an etiā caritate. probatur q; carita te fruimur deo: quia dicit apostolus. fructus spiritus sancti caritas: gau. pax: ꝛ cetera. ergo caritas est fru= ctus. ergo caritate fruimur deo. Item. caritas conīū git nos deo: ad hoc enim tendit caritas vt vniamur deo: sed dilectio est coniunctio conuenientis cum cō= uenente. ergo cum caritas coniungat cū summo bo no quod est conuenientissimū in caritate est sūma di= lectio: ergo caritate delectamur in deo: sed delectari in deo propter se est frui deo: ergo caritate fruimur deo. Item. caritas dulcissima est. vnde vulgariter di citur: nichil dulcius amore. vnde caritas significata ē per calamum aromaticum in xxxi. exodi. de quo cala mo fit ruchara qua nichil dulci⁹: ergo si in dulci sit de lectatio ī caritate est delectatio: ergo caritas delecta tur in deo propter se. ergo fruitur deo. Item. frui est amore inherere alicui rei propter seipsam: ergo frui tio in solo amore est: ergo in sola caritate non. ergo fruimur deo sensibus spiritualibus. sed econtrario p batur q; caritate non fruimur deo: quia dicit augusti nus in libro de ciuitate dei: q; dilectio nō facit beatū sed fruitio: sed esse beatum est frui deo: ergo dilectio ne non fruimur deo. ergo nec caritate fruimur deo.

Item. solis sensibus corporalibus delectamur in de lectabili corporali: non enim delectamur in desiderio cibi: sed in comedendo: ergo solis sensibus spiritualī bus delectamur in delectabili spirituali. ergo nō cari tate. Item. delectamur in pulcritudine ꝛ symphonia et odore et dulcedine et suauitate: sed in deo non sūt alia delectabilia: et hec omnia pertinent ad sens⁹ spi= rituales. ergo solis sensibus spiritualib⁹ delectamur in deo: delectamur fruimur in ipso. Item. desiderīū delectandi non habet corporaliter: sed mouet sensus spirituales ad delectandum spiritualiter: sed caritas desiderium delectationem spiritualem. vnde: quēad modum desiderat ceruus ad fontes aquarū. ꝛc. et il= lud: Concupiscit ꝛ deficit aīa mea in atria domini: er go caritas per se non habet delectationem: sed sens⁹ spirituales: scilicet fidem et sapientiam mouet ad de lectandum spiritualiter. Item. cum aliquis amat ali quam rem si credit se habiturum illam delectatur: si credit se non habiturum tristatur: ergo amor ex aliq̄ circunstantia habet delectationez: et ex aliqua habet tristiciā: ergo secundū se nec delectationem nec tristi ciam habet: ergo caritate secūdū se non delectamur in deo nec fruimur ipo. Item. auctoritas dicit q; deli cie caritatis ex corde trahūtur a bono: si enim diligo deū et credo q; diligit me: tunc delectatio est delecta bilis: aliter non. ergo caritate per se non delectamur in deo nec fruimur. Item. amor morbus quidam est aliquis enim ardenter adeo diligit aliquam mulierē q; langueſcit et tabescit: multi etiā ex huiusmōi amo re furiosi sunt quando nō possunt habere q̄ amant: et morbus iste habet curā in medicina et dietā. cū igi tur aliquis amor habeat angustiam: amor p̄m se non habet delectationē. ergo caritas nō ex eo q; amor est habet delectationē. ergo non per se: ꝛ inde vt prius.

Item. caritas aut est sensus: aut non. si est. Cōtra. sē= tire est percipere ꝛ percipere cognoscere: sed cogni = tio nō ē in caritate: quia in solo ītellectu est cognitio spiritualium: ḡ caritas non est sensus: et si hoc: ḡ cari tas nichil sentit: ḡ non delectatur: q; delectatio non est/nisi sentiat coniunctio conuenientis cū conuenīte: ergo caritate nō delectamur in deo nec fruimur ipo.

Ad cōcedimus. vnde dicimus q; solis sensib⁹ spiri = tualibus siue sola fide fruimur deo formatur et pro= prie. vñ caritas mō nō delectatur in deo nec frui nec per fidem: nec in futuro fruet: nisi per visionē: sed ve rum est q; caritas mō mouet fidē ad fruendū deo. vñ caritas semp habet delectationē: q; nunq; est sine fi= de et spe. vñ semp mouet ad fruendū et delectādū: q; vbi est amor ibi oculus. Ad primo ḡ obiectū dicim⁹ q; caritas fructus est et caritate fruimur deo effecti= ue: q; ipa mouet fidē ad fruendū et delectandū. p ca= ritatē etiā cōseruat fruitio ꝛ delectatio in deo ꝛ aug= mentat. cibus enim qui cum desiderio sumitur dele= lectabilius sumitur. vnde ipa caritas per desiderium suum remouet fastidium. vñ fruuntur nec fastidiūt quo frui magis sitiunt. Ad scd̄o obiectū dicim⁹ q; ca= ritas cōiūgit nos deo: sed nō est ipsa coniūctio: q; ipsa coniūctio cuentis cum cuente est in cognitione: quia solus intellectus est ymago dei: vnde proprie lo quendo in sola coniunctione ymaginis ad illud cuius est ymago est fruitio: sed verū est q; caritas mouet ad illam cōiunctionē ꝛ facit illā ꝛ tenet illā in esse. vñ to= tum attribuit ei scz frui siue delectari. Ad tertio obie ctū patet solutio. Cōcedimus q; caritas dulcedinē et delectationē hz: sed nō ex se: sz ex adiūcto scz ex cogni tione. Ad quarto obiectū dicimus q; regula hec: frui est amore inherere alicui. ꝛc. intelligēda est effectiue nō formaliter: q; amorē eni fruimur sicut dictū est: sz per visionē ꝛ p̄tēplationē fruimur formaliter. vñ aps ad philemonē fruite ī dño: nō fruor dixit: q; cum absens erat nō fruebat: q; nō videbat bona ipsius. vñ in can= ticis: surgam et circuibo ciuitatem per vicos ꝛ plate= as querens quem diligit anima mea: in dilectione er= go non est coniunctio: sed in visione.

De numero sensuum spiritualium.

Tertio capitulo queritur de numero sensuū spi= ritualiū: et dictum est q; quinq; sunt sensus spi= rituales: sed constat q; visus spiritualis habet vnam virtutem que perficit ipsum scilicet fidem: ergo audi tus spiritualis habet aliam virtutem que perficit ip= sum: et sic de aliis: ergo quinq; sunt virtutes perfi = cientes quinq; sensus spirituales: sed sensibus spiri = tualibus frumur deo vt dictum est: ergo illis quin = q; virtutib⁹ delectamur ī deo īmediate: ḡ quinq; sunt virtutes theologice/nō ergo tantum tres. Itē aliud est victū quo delectamur in delectabili corporali scz gustū/ aliud q̄ delectamur ī delectabili corporali secū

In oppm

Solutio.

Ad primū

Ad secūdū

Ad tertiū. Solutio.

Ad quartū

Alia q̄stio.

Secundo.

Quēstio.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Sexto.

Septimo.

Octauo

Nono.

dum tactū:et illa vicia sunt gula et luxuria:ergo a simili per cōtrarium:alia est virtus qua delectamur in delectabili spirituali secūdum gustum spiritualem et alia qua delectamur in delectabili spirituali secūduz tactum spiritualē:et ita quinqz erunt virtutes secundum q̄nqz sēsus spirituales.et inde vt prius. Ad hoc forte dicetur q̄ nō est simile de sensu corporali et spirituali:quia plures sūt sensus corporales in essētia:ꝛ licet quinqz sunt sensus spirituales secundum ratiōez tamen sunt vnus sensus in essentia:scilicet intellect⁹. vnde non oportet q̄ sint quinqz virtutes perficientes quinqz sensus spirituales:immo sufficit vna:videlicet fides:q̄ aūt ita sit probatur multis modis.vnicū obiectum est simplex et inuariabile illorum quinqz sēsuū spiritualium:scilicet decus:ergo vnicus est sens⁹ spiritualis in essentia:quia secundum obiecta distinguūtur etiam sensus corporales. Item dicit cassiodorus in libro suo de anima:viuit anima post huius vite amissionē:videt et audit tangit et alijs sensibus efficacius valet non ex parte hec intelligens:ꝛ tota cognoscens:ergo nō ex pluribus sensibus videt audit. ꝛc. sed secundum se totam:et ita ex vno sensu spirituali. Item.dicit augustinus natura est intellectui ꝓpria videre idem q̄ audire:olfacere q̄ gustare:et gustare q̄ tangere:ergo non est nisi vnus sensus spiritualis.s. intellectus. Itez.dicit augustinus:crede et manduca sti:ergo per fidem māducamus:ergo per fidem gustamus et per fidem videmus:hoc est certum et per fidem audimus: quia dicit iesus vt dicit origenes: ergo idem est in essentia visus/auditus/gustus spiritualis. Item.dicit augustinus in multis locis q̄ intellectus cum per se intelligit videt cum ab alio intelligit audit.ergo idem est auditus spiritualis ꝛ visus spiritualis. Item.sētire spiritualiter est spiritualiter percipere:et percipere spiritualiter ē cognōscere spiritualiter.sed omnis cognitio spiritualis est in intellectu:ꝯ omne sentire spirituale est in intellectu:ergo omnis sensus spiritualis est in intellectu:et cōstat q̄ non est nisi vnus intellectus.ergo nō est nisi vnus sensus spiritualis. Sed contra.dicit augustinus in libro soliloquiorū:Mirum est si lux corporalis habet oculos quos illuminat quasi diceret lux spiritualis habz oculos spirituales quos illuminat:sed eadē ratione dulcedo spiritualis habet gustum spiritualē quē delectat:et suauitas spiritualis habet tactum spiritualem quē demulcet:ꝯ plures sunt sensus spirituales: nō vnus tantū. Item.dicit augustinus:visus intellectus prudentia clarescit: insipientia tenebrascit:auditus eius falsitate offēdet/veritate mulcetur/ flagrat et equitas/fetet iniquitas/vanitate tabescit/ virtute pingueſcit.ergo cum diuersa sint obiecta hic assignata:diuersi sensus spirituales debent esse in essentia.

Solutio. Solutio.vn⁹ sēsus ē sēs⁹ spūalis:scz intellect⁹ ꝛ vna sola virtus perficit sensum spiritualem:scz fides.fide enim videmus spiritualiter:fide audimus que iesus dicit.fides eni ex auditu:fide similiter adoram⁹ spiritualiter:fide enim cognoscimus q̄ filius dei factus ē homo pro nobis:q̄ tristis:q̄ passus: et cum huiusmodi beneficia recolimus odoramus bonū odorem christi tanq̄ fumū aromatum exeuntē ab ipso: ꝛ currimus in odorem vnguentorum eius. Item.cū huⁱ⁹ que per fidem cognoscimus meditamur tanq̄ masticando gustamus dulcedinē dei:et hoc per fidem. sic per fidem tangimus suauitatē dei:per fidez ei cognoscimus q̄ in deo secundum se non est alia asperitas quia alienū est opus ei⁹ ab eo scilicet punire vt dicit ysaias.vnde per fidē solā perficitur sensus spiritualis. Ad primo obiectum dicimus q̄ visus spiritualis habet suam virtutem que perficit ipsum.similiter ꝛ auditus spiritualis:sed nō habet aliam virtutem :sed eandem. Ad secundo obiectum dicimus q̄ non est simile de sensu corporali et de sensu spirituali:quia sensus corporalis natura determinata est nō potest oīa cognoscere:sed aliquid determinatum. sed sens⁹ spiritualis:scilicet intellect⁹ nō ē determinata natura: cum sit ymago dei.vnde cum de⁹ actu cognoscat oīa intellectus potest cognoscere oīa. Ad illud quod obiectum de luce spirituali et dulcedine spirituali:dicimus q̄ lux spiritualis habet oculos spirituales quos illuminat:et dulcedo spiritualis gustum spiritualez quem delectat:sed non sequitur q̄ sint diuisi sensus spirituales:immo vnus in essentia:sicut dictuz est:cū vnius et eiusdem sensus sit percipere et dulcedinem sūmam et suauitatem summā:scz sensus vel intellectus. Ad istud obiectum dicimus q̄ nō valet hec argumentatio:diuisa sunt obiecta:ergo diuersi sunt spirituales intellectus:tamen cū sit vnius omnia habet subiecta.omia enim potest cognoscere sicut patet in fide.est enim fides vna licet multa obiecta habeat:vt infernum vitam et multa alia:et hoc est quia vna est ratio credendi omnia:sili⁹ q̄ vna est ratio delectandi in sensibili spirituali:vnus est sensus spiritualis licet multa obiecta habeat. Sed queritur cum vnus sol⁹ sensus spūalis sit in essentia:quare dicuntur esse quinqz sens⁹ spūales:aut eni hoc est propter diuersas opationes et delectationes:aut alia de causa:videtur q̄ propter diuersas operationes et delectationes. si eī vnica eēt delectatio sensus spiritualis: et vnica ratio non esset ratio:quare diceretur quinqz cuz vnitas sit in essentia/ et in operatione et delectatione Item. cum fide videmus pulcritudinem dei non est necesse q̄ meditemur precepta eius vel bona nobis ab ipso collata:sed hmōi meditatio est gustare spiritualiter: ergo cum videmus spiritualiter non est necesse gustare spiritualiter: ergo videre spiritualiter non gustare spiritualiter:ergo sensus diuersas habet operationes secundū speciem. Item sicut veritas et summa bonitas idem in essentia et differunt in ratione: ita summa pulcritudo:summum verū:summa dulcedo:summa suauitas: idem sunt in essentia:et differunt ratione:ergo sicut alius motus est in primam veritatē secūdū q̄ est prima veritas.s.credere:alius in primā bonitatē secūdum q̄ est prima bonitas scilicet diligere:ita alius est motus in primam pulcritudinem secundum q̄ est prima pulcritudo : alius in primam dulcedinem secundum q̄ est prima dulcedo : ergo videre spiritualiter non est gustare spiritualiter. Item in libro sapientie: Panē de celo prestitisti eis sine labore omne delectamentū in se habentem:et omnis saporis suauitatem: ergo ī pane celesti multe sunt delectatiōes:ergo multe operationes quibus delectamur ī pane celesti: sed si hoc cum secundum diuersas operationes in specie diuersi distīguunt habitus :erunt ergo diuersi sensus spirituales in habitu ad illas diuersas operationes : quia spes/fides/caritas eundem finem habent:sed secūdū diuersos mot⁹ spūales distīguunt: et ita diuersi sunt sensus spūales ī essentia. Itē fide cognoscim⁹ deū ꝛ delectamur: similiter sapientia dono cognoscimus

Euasio.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

In oppo^m

Secundo.

Ad primū

Ad secūdū

Ad aliud.

Ad aliud.

q̄o incidēs.

Ad primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

et prudentia consilio si nō ē delectatio sine percepti-
one nec perceptio sine sensu. ergo qualibet illarum
virtutum sentimus delectationem spiritualez: ergo
quelibet illarū est sensus spiritualis. et ita diuersi sē
Secundo. sus spirituales in essentia. Itē. spe delectamur in deo
immediate. vnde apostolus: spe gaudentes. et io. da
mascenus dicit. q̄ bo. non solū habitum: sed etiā ex-
pectatum delectat: ergo spe fruimur deo: sed nō est
fruitio sine sensu spirituali vt dictum est. ergo spes
Tertio. est sensus spiritualis. non ergo sola fides. Itē. in pri-
mo ad ephe. Signati estis spiritu promissiōis sācto
qui est pignus hereditatis vestre: et alia littera dicit
arra et illud pignus est caritas: ergo caritate posside
mus hereditatem nostrā: ergo caritate fruimur deo
et non est fruitio sine sensu: ergo caritas est sēsus spi-
Quarto. ritualis. non ergo sola fides. Itē. si sola fide fruimur
deo: ergo sola fides erit fructus: ergo nō erit nisi vn⁹
solus fructus: q̄ mentitur apls in epistola ad galatas
ponēs. xij. fructus. et beatus io. in apocalipsi qui po-
nit. xij. fructus ligni vite: ergo secunduz vtrūq; nō so
lum quinq; sensus spirituales sūt q̄bus fruimur deo
In oppo^m sed etiā duodecim. Sed contra hec auctoritas augu
stini qui dicit q̄ intellectu idē est videre q̄ audire: et
olfacere q̄ gustare: ergo sensus spiritualis nō habet
Solutio. diuersas operationes in essentia. Solutio. cōcedim⁹
sicut dictū est q̄ in patria visio erit tota merces: ⁊ ibi
est sensus spiritualis: nō habebit nisi vnā operationē
videndo enī deū audiemus spiritualiter qui ab ipso
habemus cognitionē: et hoc erit audire videndo cō-
feremus nobis bona a deo data: et hoc erit odorari.
videndo cognoscemus internas rationes dei: et hoc
Secundo. erit gustare spiritualiter. Itē. videndo deū inflāma-
bimur amore eius de quo dicitur de⁹ noster ignis cō
sumens est: et hoc erit tangere ipsū. et sic verū est q̄d
dicit cassiodorus. q̄ aīa post huius vite amissionē vi-
det/tangit/audit: nō ex partibus quasi ex plurib⁹ hec
intelligetis: sed tota cognoscens: et sicut in deo sunt
omnes nature suo modo: scilicet potētia bonitas dul
cedo ⁊ sic de alijs. ⁊ sic de illa visiō habebit in se oīe
delectamentū sine multiplicatione motuū et delecta
tionū in presentia habet quilibet sensus spiritualis
multas operationes: vnde respondemus ad primaz
questionē q̄ sensus spiritualis licet sit vnus in essen-
tia: habet tamen diuersas operationes et delectatio
nes: sicut videre albū et videre nigrū/diuerse sūt vi-
siones in specie: idē tñ habitus videndi: et sic tactus
cū sit vnus sensus: habet tñ cognoscere multas con-
trarietates: vt calidū/frigidū/humidū/siccū/leue/pō-
derosū: et cetera. Et sicut sensus interior vt dicit au-
gustinus in libro de libero arbitrio quē sensū interio
rē vocat aristote. sensū cōmunē oia sēsata habet com
prehēdere: sic sensus spiritualis cū sit vnus oia sensa
ta spiritualia habet cognoscere: quibus tamen sēsus
spiritualis multas habet operationes: vt patet in vi
su spirituali: quia in visu spirituali videmus bonitatē
dei: maiestatē dei: iusticiā dei: ⁊ alias virtutes exem
plares que in deo sunt et diuerse sunt iste visiones ab
eodē. et in sensu audiuimus spiritualiter et gustaui-
mus et cetera: cū enī bonitatē maiestatē cū potentia
dei ⁊ sic de alijs: cognoscim⁹ ab alio: tunc audiuimus
spirituale q̄ iesus dicit eodē possum⁹ cognoscere per
Tertio. nos. et hoc est videre spiritualiter. Itē. cū cognosci
mur q̄ ab alijs infūdūtur bona super creaturas ado
ramus spiritualiter: et cū illla meditamur: mastica-
mus spiritualiter et cuz illis cognitis inflāmamur ad
amorē dei: tūc tāgim⁹ deū spūaliť. tāgim⁹ enī calorē
dei. silr cū sētim⁹ nos leuatos supra nos tāgim⁹ leui
tatē dei. Dicim⁹ q̄ sensus spirituales ab inuicē dif- Solutio.
ferunt et modo operandi et modo delectandi. sumit
enī ad propositionē sensuū corporalitū: sz nō valet hec
argumentatio. diuerse sunt operationes: ergo diuer
se virtutes. sicut enī dictū est in questione de fide: licz
sint diuersa credēda et diuerse credulitates: tñ vna est
fides: quia eadē est ratio credendi. similiter licet sint
diuerse operationes sensus spiritualis: vnica ē tñ vir
tus ⁊ vnicus tñ habitus: quia vnica est ratio credēdi
percipiendi scilicet per fidez. Ad illud quod obiectū Ad aliud.
est de fide. sapientia intellectus prudentia consilio.
Dicimus q̄ sapientia et intellectus sensus sunt: sed
non sunt sensus q̄ fides idē enī cognoscitur per fidez
et sapientiā et intellectum: sed per fidē cognoscimus
quia est per sapientiā et intellectū propter quid ē vt
parati simus reddere omni poscenti rationē de ea ī
nobis cū fide: sicut dicit beatus petrus. prudēna ⁊ cō
silij non sunt sensus neq; preceptiones: sed est prudē
tia eligentia faciendorum et in communibus: consili
um vero in magnis et arduis. Sed verum est q̄ per
cognitionem precedentē eliguntur prudentia et con
silium: sicut habetur in ezechiele. Sub pēnis anima-
lium manus: id est sub contemplatione operationuz
Ad illud quod obiectum est de caritate patet solu-
tio. Caritate enim non fruimur deo nec delecta-
mur nisi effectiue: sed caritas mouet ad fruendum
et delectandū. Ad illud quod obiectum est de spe di- Ad aliud.
cimus q̄ spes maximā habet affinitatem cū fide. vnde
idem videť esse iste sperat se habiturū vitam eternaz:
iste credit se habituz vitam eternam. vnde quidam di-
xerunt spem idem esse q̄ fidem coartatam: sed siue sit
idem siue aliud propter fidē adiunctā habet gaudiuz
et delectationem. vnde spes nō est sensus proprie: sed
fides adiuncta ei.

¶ De ipsis fructibus spiritus qui sunt. xij.

Dicto de sensibus spiritualib⁹ quibus fruimur:
dicendum est de ipsis fructibus spiritus q̄ sunt
xij. sicut dicit apostolus ad gala. Fructus spūs sunt ca
ritas/gaudium/pax. ⁊c. Et beatus Io. ī apocalipsi di
cit q̄ lignum vite affert fructus. xxij. per mēses singu
los: lignū vite est sapientia eterna sexu christus filius
dei/ et sunt idē fructus ligni vite siue filij ⁊ ipsius spi-
rituſancti totius trinitatis. Circa istos fructus queri Questio.
tur quare apostolus ponat tñ. xij. ⁊ nō plures: ⁊ vtrū
oīs illi fructus sint virtutes. ⁊ de ordie illoz fructuū
probať autem q̄ plures debent esse fructus q̄. xij. di-
stinguūtur enim fructus per materias: dixit enim glo
sa q̄ caritas est dilectio dei: gaudiū ē leticia quā habe
m⁹ de bonis spūalib⁹ nobis collatis: pax est ad primū
⁊ ꝓstat q̄ hec distinctio ꝑ materias ē: q̄ distīguūtur fru
ct⁹ ꝑ materias/ ⁊ ꝓstat q̄ plures sunt materie virtutū
q̄. xij. ergo plures sunt fructus q̄. xij. Item beat⁹ pe Secundo.
trus in secūda canonica sua nō assignat nisi octo fruct⁹
dicens. Ministrate sua in fide nra virtutem in virtute
scientiā. ⁊c. et post hec enī si vobiscū assint et superent
nō vacuos nec sine fructu vos cōstituēt: cum ergo bea
tus petrus assignet tātum octo fructus ⁊ beatus pau
lus. xij. vel iste est superfluus/vel ille diminut⁹. Itez Tertio.
beatus petr⁹ assignat scientiam pro fructu/beatus pau
lus non. Queritur vnde hoc. Item videtur q̄ nō oēs Alia q̄o.

virtutes quas enumerat beatus paulus sint fructus: qz benignitas ẽ vt dicit glosa virt⁹ qua dam⁹ alijs de bonis nostris/scz elemosinas corporales vel spũales: ergo benignitate nõ mouemur: sed tantum in creaturas: similiter cõtinẽtia/castitate/et multis alijs: sed nõ est fruendus nisi summo ⁊ incõmutabili bono vt dicit Augustinus: ergo illis virtutibus nõ fruimur deo cũ illis nõ moueamur in deum/nec illis fruimur creatura: quia hoc esset malum: ergo ille virtutes nõ debẽt
Secundo. esse fructus. Item obijcit de ordine: ponit enim apostolus caritatẽ primam inter fructus: et videt q bene dicit glosa q virtus iter fructus primatũ debet habere vt caritas sine qua cetere nõ sunt virtutes/⁊ a qua vniIn oppm uersa bona ꝓcedũt. Sed cõtra. beatus petrus ponit fidem primam et caritatem vltimaz: ergo alter illoz
Secundo. inordinate enumerat. Item ipse paulus alibi dicit q caritas est ex fide nõ ficta: ergo fidem debuit ponere
Solutio. añ caritatẽ tanq̃ causaz añ effectũ. Solutio. Ad priõ
Ad primũ obiectũ dicim⁹ q illi fruct⁹ distinguunt ꝑ materias/et nõ solũ per materias: sz etiã scdz statũ ꝑfectiõis ⁊ imperfectionis vt patebit postea: sed nõ valet hec argumentatio: plures sunt materie virtutũ q̃ duodecim: ergo plures sunt fructus q̃ illi duodecim: licet enim sint plures materie virtutũ secundum species specialissimas q̃ .xij. tamẽ non sunt plures q̃ .xij. secundum illam diuisionem quam facit apostolus: sicut licet sint plures species aial q̃ due: tamẽ nõ sunt plures q̃ due secundũ illã diuisionẽ animaliũ aliud rationale/aliud irrationale. Eiusdẽ enim generis contingit esse duas diuisiones/ vnam bimembrem/ aliã quadrimẽbrem: et vtrãq sufficientẽ. Et per hoc patet solutio ad secũAd secũm do obiectum: qz nec beatus paulus est superfluus/ nec beatus petrus diminutus: cõprehendit enim sub abstinentia modestiã/continẽtia castitatẽ. scientia autẽ nõ enumerauit per se beatus paulus: qz in omnibus est.
Ad tertiũ. Omnes enim virtutes discrete agũt. Ad tertio obiectũ dicimus q dupliciter fruimur deo/ vno modo fruimur deo in se/sicut per fidẽ/spem/caritatẽ: quibus immediate mouemur in deũ: alio modo fruimur deo in creatura/cum videlicet delectamur in bonitate creature secundum q est nutus dei et via ad deũ: sic enim habet creatura plenitudinẽ i se aut vanitas ẽ. vñ vanitas vanitatũ et omnia vanitas: et est tẽtatio aie hominum/ et muscipula pedibus insipientiũ vt dicit in libro sapientie: sed secundũ q est via ad deum delectabilis est. vnde Dauid: delectasti me dñe in factura tua. Et apostolus: fruar te in dño: anima enim bene dispositaSolutio. in oi creatura inuenit dulcedinem dei. Dicimus ꝯ q illis virtutibus quibus non mouemur imediate in deum
Ad vltimũ fruimur deo i creatura. vnde dicunt fructus Ad illud obiectum est de ordine naturali/aliqñ artificiali. Naturali vt hic: beati pauperes/beati mites: pauptas enim prima est naturalis: aliquãdo artificiali vt hic: sanctificet nomen tuum. ⁊c. incipit enim a digniori ⁊ ꝑfectiori similiter ⁊ apostoli edocti a dño aliqñ vtebant ordine naturali/aliqñ ordie artificiali: naturali ordine vsus est beat⁹ petr⁹ ponẽs fidẽ ꝓmã: est ei fides ꝓma scdz gñationem et causam: artificiali vsus est beatus paulus ponens caritatẽ primã tanq̃ perfectionẽ omniũ virtutum. Est enim caritas mouẽs oẽs virtutes ad operaetiã fidẽ: quia vbi est amor ibi ocul⁹. vnde dicit fides operans ꝑ dilectionẽ nec habz fides plenã dilectionẽ
Secundo. sine caritate: vterq ergo bene ordinat diuersis respectibus. Itẽ dicit augustinus frui est amore inherere alicui rei propter se: hec est diffinitio ei⁹ quod est frui ergo omne frui est amore inherere alicui rei propter se: ergo oẽs fruitio est ex caritate: ergo sola caritate fruimur: ergo sola caritas est fructus: ergo superflue enumerat apostolus .xi. fructus preter caritatẽ. Itez Tertio. cũ dicit apostolus ad ro. spe gaudentes et spe delectamur in deo et fruamur in eo. Querit quare non Questio. enumerauit apostolus spem inter fructus spiritussancti: maior enim delectatio est in spe q̃ in caritate secundũ se: quia magis delectat bonũ expectatũ q̃ bonum desideratũ. Querit postea de gaudio quod est secundus fructus vtrũ sit virtus videtur q sic: gaudere ẽ in Alia q̃stio. precepto: vnde gaudete in dño semper. Iterum dico gaudete: ergo gaudere est vsus liberi arbitrij: et est bonus vsus hoc certũ est: ergo est motus virtutis: qz dicit augustinus in libro de libero arbitrio: q motus virtutis est bonus vsus potẽtie: ergo cũ gaudere sit motus virtutis gaudiũ est virtus: et est virtus theologica: quia per illã mouemur imediate in deũ: ergo cũ nõ sit fides nec spes: nec caritas plures sũt virtutes theologice q̃ tres. Obijcit postea de pace: videt enim Iterũ aq. q non sit fructus quia pax nõ est virtus: sed finis oim virtutũ vt dicit augustinus. Itẽ dicit apostolus gra- Secundo. tia et pax: ergo pax nõ est gratia: sed omnis virt⁹ est gratia: ergo pax nõ est virtus nec motus virtutis: sed sola virtute et motu eius fruimur: ergo pax nõ est fructus. Itẽ obijcit de sexto fructu scz de bonitate. Est Tertio. enim oẽs fructus bonitas: ergo bonitas non debet distingui ab alijs fructibus. Itẽ dicit glosa: q bonitas Quarto est dulcedo mẽtis: sed quelibet virtus est dulcedo mẽtis: vel in qualibet est dulcedo mentis: ergo bonitas nõ debet distingui ab alijs fructibus. Solutio ad pri- Solutio. mo obiectũ dicimus q duplex est frui. Est enim frui ꝑ- Ad primũ. fectum ⁊ frui imperfectũ: sicut est in aliis delectationibus: cũ enim aliquis videt aliquid pulcrũ delectatur sed illa delectatio que est in sola visiõe imperfecta est sed cũ pulcrũ visuz manet desiderium tũc cũ aliquis desiderat et videt vel alio modo percipit pulcrũ plena est delectatio. Eodẽ modo est in delectatione spũali qz invisione sũmi boni nõ est plena delectatio siue fruitio: sed videt et desiderat: tunc plena ⁊ perfecta est delectatio siue fruitio: si ergo intendit augustin⁹ diffinire frui perfectũ cũ dicit: frui est amore inherere. ⁊c. et possumus dicere q terminus amore supponit solũ ꝑ caritate: vñ sola caritate fruimur ꝑfecte tanq̃ ꝑ causã primo motiuã: sed nõ sequit ex hoc q sola caritas sit fructus: quia fructus distinguũtur per materias: et nõ sola caritate fruimur materialiter: imo aliis virtutibus que mouẽt ad spũalia opera quib⁹ fruimur: sive ro frui ibi diffiniat cõmuniter potest dici: q iste termin⁹ amore supponit pro qualibet virtute: quelibz enim virtus amor est: et tunc nõ valet hec argumẽtatio: solo amore fruimur: ergo sola caritate. Ad secundo obie- Ad secũdũ ctũ posset aliquis dicere: q spes cõtinet sub longanimitate: qz lõganimitas videt aliud esse q̃ lõga expectatio: spes enim est vt habet in sentẽtijs: certa expectatio future beatitudinis proueniens ex gratia et meritis: vñ post multa merita et multas sustinentias pro christo est certa expectatio: vnde in enumeratiõe fructuũ patientia precedit longanimitatẽ: sed hec solutio nõ videtur esse bona: q aliud gaudiũ: ⁊ alius fructus est longanimitatis secundũ q est longanimitas et alius spei secundũ q est spes: ergo alius fructus spũalis debet esse spes alius longanimitas: vnde dicim⁹ q sub

caritate que est primus fructus cõtinet fides/spes:caritas enī secundū se non delectat:quia bonū desidera tum nō delectat:sed desideratū et expectatū delectat et desideratū et visū delectat. Dicimus ergo q sub ca ritate secundū q primus fructus cõtinet:fides/ spes/ et sic patz solutio ad illud quod obiectum est de spe.

Solutio.

Ad aliud. Ad illud quod obiectū est de gaudio Dicim⁹ q gaudiū xtus est: sed nō ē alia virt⁹ in essentia q̃ fides vel caritas:sed est alius fructus: quia fructus distinguit per diuersas materias. vnde dicimus q triplex fruct⁹ est secundum triplicem materiam: caritas enim diligit deum:et secundū hoc est primus fructus qui dicit caritas: et iterum caritas diligit proximum subiectuz et secundū hoc est secundus fructus qui dicit gaudiū quia gaudiū nō est quecūq leticia: sed solū est illa leticia quā habem⁹ de bonis nobis collatis: sicut dicit glo. super hūc locū ad gala. fructus spiritus sunt caritas. gau. pax. ꝛc. Et super illū locū ad romanos. Nō est regnū dei esca et potus: sed iusticia et pax et gaudiū in spiritu sancto. Secūdo enī loco diligimus nos post deū ꝛ gaudemus de bonis oibus proprijs: vnde apostolus gloria nostra hec est testimoniū nostre conscientie. Et dauid reliquie cogitatiões diē festū agēt tibi: caritas tertio loco diligit proximū: et sic ē quart⁹ fructus: et dicit pax. Est enī pax ad proximū: licet ergo eadē sit virtus qua diligimus deū et nos: et proximū: tamē secūdū diuersas materias dicitur illa virtus triplex fructus: sicut beatus petrus pro diuersis fructibus enumerat fraternitatis amorē et caritatez. Ad illud quod obiectum est de pace soluim⁹ per distinctionē huius nominis pax. Est enī vno modo pax passio mulcebris delectabilis ex cõiunctione cõuenīē tis cū cõuenienti: et sic est finis omniū virtutū: et hoc modo nō est fructus: sed secundū eā aliquid est fruct⁹ scz vel virtus vel opus virtutis: quādoq dicitur pax ipse motus pacificans: et sic fructus est sicut dicit augustinus super iohānem. q pax superne iherusalem est cõcordissima et ordinatissima societas fruendi deo et inuicē etiā in deo: et per hoc patet q dupliciter fruimur deo: scz in se et in creatura: similiter pax militātis ecclesie est cõcors et ordinata societas fruendi deo et inuicē in deo: hec autē societas nō est nisi cõmunis voluntas fruēdi deo. ꝛc. et sic patet q pax aliquā do sumitur pro motu: eo sic est fruct⁹. Ad vltimo obiectū dicimus q bonitas nō dicit quecūq dulcedo mē tis: sed dulcedo perfecta secundū quā aliquis est mitis: qui scz nec patitur nec deducitur: patiēs enim vel abstinens est qui patitur sed nō deducitur: sicut dicit dauid. Turbatus sum et nō sū locutus: sed qui tacet ad aduersa et exterius et interius ille habet perfectā dulcedinē mentis: sicut dicit iob. Nonne dissimulaui q̃tum ad opera. nōne silui q̃tū ad verba: nōne quieui q̃tum ad cor. Et sicut dicitur in apocalipsi. factuz est silentiū in celo. i. in anima martyris: dū ꝓmitteret bellū draco: hoc autem quādo nec murmur resonat nec querimonia: sed corde tacito. ꝛc. hec bonitas siue dulcedo mentis nō est in qualibet virtute: ꝛ propter hoc recte distinguitur ab alijs fructibus. Item videtur q insufficienter enumerat apostolus spūssancti: pretermittit enim cuius sunt omnes fructus. vnde dicitur fructus iusticie/ ipse etiam in epistola ad ro. ponit eaz primo dicens: Non est regnū dei esca et potus: sed iusticia ꝛ pax ꝛ gaudium in spiritusancto. Item obijcit de mãsuetudine: dictū est enim q bonitas est illa virtus qua aliquis dicit mitis: sed hec est mãsuetudo in euãgelio: beati mites quoniã ipsi possidebunt terraz ergo male distinguit apostolus mãsuetudinē a bonitate. Item cum fides sit prima virtutum. vnde ꝑmo petit capitulum: et cuz querit quare nouo loco ponat eam apostolus inter fructus cū in principio debuerit poni. Itez obijcitur de modestia de qua dicit glosa q modestia est virtus q̃ ponit modum in dictis ꝛ factis: sed hoc facit omnis virtus: quia omnis virtus est immediate cõsistens: ergo omnis virtus est modestia: q̃ male distiguitur modestia ab alijs virtutibus. Item obijcit de castitate: dicit enīz glosa q castitas est debitus vsus rerū: ergo debitus vsus vtoris est motus castitatis: ergo cognoscere debito modo vtorez est motus continentie: eadē ratione comedere moderate est vsus abstinētie: ergo qui comedit moderate abstinet quod falsum est. Solutio. Ad primo obiectum dicimus q apostolus nō pretermittit iusticiā: quia intelligit eam in caritate: dicit enī Augustinus in libro de perfectione iusticie q ꝑfecta iusticia caritas est: per caritatem enī reddimus deo quod sibi debemus/ ꝛ proximo quod et debemus. vnde opera iusticie i presenti adequant nos ꝛ ordināt ad proximuz/ et facīt pacē ꝛ concordiam iter proximū. vnde: iusticia ꝛ pax oscularē sūt: in caritate igit ꝛ pace itelligit iusticia: ꝛ ꝓpt hoc non nominat eam: sufficit enim apostolo nomiare ea in quibus cõtinent omnia/ vel ex quibus fiunt omnia. Ad secundo obiectū dicimus q mãsuetus proprie dicitur qui patit: sed nec deducit: mitis vero q̃ nec patit nec deducitur: ꝛ sic patet differentia: sed aliquādo mitis sumit pro mansueto/ et ecōuerso: tamen secunduz q mansuetudo enumerat ab apostolo inter fructus: aliter sumit: qz sicut dicit glosa. Mãsuetudo est tractabilitas qua homo tractabilis est ꝛ paratus ad auxilia et consilia impendenda: sicut benignitas est virt⁹ qua aliquis paratus est ad erogationem rerū suaruz patet ergo differentia inter mansuetudinem et bonitatem. Ad tertio obiectum dicimus q fides duos habet status/ vnum secundū quem est fundamentuz. vñ apostolus fundamentum aliud nemo potest ponere/ preter id quod posituz est quod est christus iesus. i. fides iesu christi: sicut dicit glosa/ ꝛ beatus Jo. in apocalipsi dicit: q primum fundamētū superne ciuitatis iherusalem est iaspis. s. fides: secundū hunc statum fides prima est inter fructus et intelligitur in caritate: sicut dictum est: habet autē fides alium statum secundum quē est propugnaculū et defensio. vnde in Ysa. fundabo te in zaphyris et ponā iaspidem propugnacula tua. i. fidem: et est fides propugnaculum cū non solum cognoscimus inuisibilia: sed etiam propter q̃d in quo modo: ꝛ hoc est cū parati sumus ad satisfactionē omni poscēti nos rationē: de ea que in nobis est fide et spe: et hoc est cū perfecti sumus secundū dona sapientie ꝛ intellectus: hoc autē est cū sumus in statu perfecto cõtemplationis. Et secūdū hunc statū fides ponit noua: cuius ratio est: qz vita actiua precedit cõtemplatiuā. Jacob enī prius duxit Lyam postea Rachelem. Dicimus q̃ q tres primi fructus ꝓmunes ad vitam actiuam ꝛ cõtemplatiuā: caritate enim delectamur i deo: gaudio delectamur de bonis nostris: pace de bonis proximi: ꝛ hoc conuenit tam actiuis q̃ contemplatiuis: quinq sequētes pertinēt ad actiuam vitam: duo ad agendum scz benignitas et mansuetudo: duo ad patiendum scz patientia et bonitas: et quia gaude

Ad vltimū

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Sexto.

Solutio. Ad primū

Ad secūdū

Ad tertiū.

Solutio.

mus nō ſolum de bonis:ſed etiā de perſeuerantia bo
noꝝ addit longanimitas: nono loco ſequitur fides
perfecta que ptinet ad perfectionē contemplationis
poſt quā nichil ſequit niſi opera perfectionis:vnde ſe
quitur modeſtia que ponit modū in factis et dictis
ſicut aliquis nō peccat etiā venialiter nec in facto nec
in verbo ſecundū q̄ poſſibile eſt humane nature vita
re venialia : hoc autē eſt quādo aliquis cōſecutus eſt
perfectionē cōtemplationis:vnde in prouerbijs: ſtu
de ſapiētie fili mi: et letifica cor tuū: vt poſſis expro
banti reſpondere ſermonē:cū eni homo habet leticiā
mentis in ſpūalibus reb⁹ et eternis cū nō iurat oppro
bria et iniurias:quia ſunt trāſitoria:ideo ſemper mo
deſte reſpōdet:aliter iraſcit et neſcit ſedere : quia ne-
Ad quartū ſcit ſedere modeſte:et p̄ hoc patet ſolutio. Ad quar
to obiectū dicimus q̄ non quelibet virtus eſt mode
ſtia ſic ſūpta:multi eni habēt virtutes qui frequenter
peccant venialiter.xi.loco ſequitur cōtinētia que ab
ſtinet a licitis: ſicut faciūt viri religioſi qui nō habent
propriū : vltimo ſequit caſtitas que est debitus vſus
rerū:videlicet cū non fruimur modo nec delectamur
niſi in deo et alijs rebus vtimur:tēporalia ei ad fruē
da ſūt: coram ſūt:ad vtēdū bona ſūt:tūc eſt debit⁹ vſus
rerū:cū vere dicimus delectaſti me dñe in factura tua
Et cū dicimus rēnuit cōſolari anima mea: ſcz in tem
poralibus memor fui dei et delectatus ſum. Ad vlti
A. vltimū mo obiectū dicim⁹ q̄ comedere moderate eſt motus
abſtinentie:ſed non ſequitur: ergo qui comedit abſti
net:quia virtus abſtinentie duos habet motus abſti
nere et comedere: ſecundū alterum habet nomē: ſe
cundū reliquū nō habet:beatus autē petr⁹ in enume
ratione fructuū ponit fidē . Prio tanq̄ fundamentū
Secūdo ponit virtutē que eſt obedientia:eſt ibi obe
dientia virtus fidei . Tertio ponit ſcientiā que eſt in
omni virtute:quia oīs virtus diſcrete operat. Quar
to ponit abſtinentiā ſub qua cōprehendit modeſtiaz
abſtinentiā: caſtitatē. Quito patientiā quā ſimiliter
ponit apoſtolus. Sexto pietatē que cōprehendit be
nignitatē et bonitatē. Septimo et octauo fraternita
tis amorē et caritatē que eſt perfectio omniū virtutū

De dānatione reprobor̃.

Dicto de gloria beatorū dicendū eſt de dānatio
ne reprobor̃. Circa quā primo videndū eſt de
ſuffragijs eccleſie:an proſint dānatis . Circa iſtā que
ſtionē quatuor inquirēda ſunt: primū eſt an ſuffragia
eccleſie proſint illis ſolū q̄ ſunt in purgatorio an etiā
dānatis. Secūdū eſt q̄tū proſint illis qui ſunt in pur
gatorio. Tertiū eſt an ſuffragia facta ex caritatē pſint
Quartum eſt de igne purgatorio qualiter purget et
agat in aīas et quibus miniſtris. Circa primū duplex
eſt opinio:quidā dicūt q̄ ſuffragia eccleſie nō proſunt
opio aliq̄ dānatis. Alij dicūt q̄ proſunt q̄tū ad mitigationē pe
ne:q̄ autē nō proſint dānatis probatur multiplicit er
Secundo. dicit eni auctoritas:in inferno nulla eſt redēptio. Itē
dicit auguſtin⁹:ſi ſcirē patrē meū dānatū tamē nō ora
Tertio. rem pro ipo ſicut nec pro diabolo. Itē corpus chriſti
triforme eſt vt habetur in ſententijs : vnde fiunt tres
partes hoſtie. Prima pars offert pro viuis vt deus
det eis gratiā et perſeuerantiā. Secūda pro illis qui
ſūt i purgatorio. Tertia offert i gr̃az actiōes p illis q̄
ſunt in gloria: cū ergo miſſaz ſolēnia que ſūt optima
ſuffragia eccleſie nō proſunt dānatis:ergo nec alia ſuf
Quarto fragia. Itē ſuffragia eccleſie nō poſſunt impetrare fi-

dem dānatis:nec aliquā remiſſionē : quia per fidē ha
bet fieri remiſſio:vnde in actibus: fide purificās cor-
da eor̃. Itē ſi per aliquāta ſuffragia tollitur aliquā- Quinto.
tum de pena alicuius dānati: ergo per dupla maiora
ſuffragia:tollet duplo maius: et ita poterunt tot eſſe
ſuffragia q̄ ex toto tollet pena: ꝛ hoc ē ꝓtra apoſtolū
qui dicit q̄ deus non poteſt negare ſeipſum: negaret
autem ſe ſcz iuſticiam ſuam ſi nō puniret malos. Itez Sexto.
ſicut homo per venialia cremabilis eſt in purgatorio
ſic per mortalia combuſtibilis eſt in inferno:combu-
runt autem ſecundū magis et minus dānati: q̄ ſecū-
dum q̄titatem culpe eſt quantitas pene. vnde yſa. in
meſura contra menſurā cum adiecta fuerit iudicabit
eam: ꝙ cum ſuffragia eccleſie nichil tollāt de culpa ni
chil tollunt de pena:ergo nō proſunt damnatis. So- Solutio.
lutio. ſi velim⁹ dicere q̄ ſuffragia eccleſie proſunt dā-
natis:ſicut dicit Prepoſitinus: reſpōdebimus ad ob Ad primū.
iecta ſicut ipe reſpondebat. Ad primā ꝙ auctoritatez
dicimus q̄ in inferno nulla eſt redēptio q̄tum ad libe
rationē: eſt tamē aliqua q̄tum ad mitigationē pene. Ad ſecūdū
Eodem modo intelligimus auctoritatē Auguſtini. Ad tertiū.
non orare in pro ipſo q̄tū ad liberationez. Ad tertio
obiectū dicimus q̄ tantū pro viuis et illis qui ſunt in
purgatorio/ꝛ illis qui ſunt in gloria dicit offerri cor-
pus chriſti/non quin proſit dānatis aliquantuluz. ſed
quia ſpecialiter pro illis tribus generibus offert:ꝛ qz
certum eſt q̄ illis prodeſt. Ad quarto obiectum dici- Ad quartū
mus q̄ non valet hec argumētatio: ſuffragia eccleſie
non poſſunt impetrare fidem damnatis: ergo nec ali
quam remiſſionē:ſed bene ſequit:ergo nec remiſſio-
nem quā habet facere fides:fides enī remittit culpā/
et penam eternam : ſed aliqua pars pene bene poteſt
remitti preter fidem formatiue per bona opera . Ad Ad quintū
quinto obiectū dupliciter poteſt ſolui: poteſt enī dici
q̄ ſuffragia eccleſie tollunt de pena quantū meruerūt
dānati dum viuerēt ſibi remitti ſi fierēt ſuffragia pro
eis. Eſt enim meritum abſolutū et meritum cōditio-
nale. vnde dicebat Prepoſitinus q̄ in vita ſancti brā
dani cōtinet q̄ ſanctus Brādanus vidit Judam ince-
dentem per prata/ꝛ cū quereret ab eo quare nō eſſet
in iferno:reſpondit quia ad tēpus refrigerium habe-
bat propter bona que fecerat. vnde dicūt quidā q̄ aī
iudiciuz ſuffragia eccleſie proſunt damnatis: ſed poſt
iudicium nō proderūt. Prepoſitinus autē dicebat q̄
proſunt et ante iudiciū et poſt: remittit ergo tantum
damnatis de pena q̄tū dum viuerent meruerunt ſibi
remitti ſi fierent ſuffragia pro eis:ſed nō meruerūt q̄
tota pena remitteretur eis:immo quia meruerunt in
ſuo eterno puntuntur i eterno dei:vel poteſt dici q̄ il
lud quod tollit de pena per ſuffragia non habet ſe in
aliqua proportione ad reſiduū. vñ nūq̄ tm̄ tollet de
pena quin plus remaneat:ſicut cū aliquis peccat mor
taliter tollit aliquid de naturali habitudine:ſed illud
improportionabile eſt reſiduo. vnde p̄ peccatum nō
poſſunt ex toto tolli vel deſtrui naturalia. Ad vltimo Ad vltimū
obiectuz dicimus q̄ ſicut duplex eſt gloria bonoꝝ/vi-
delicet ſubſtātialis que cōſiſtit in viſione dei:ꝛ accidē
talis que eſt ex conuerſione hominū/vel ex conſortio
ſanctorū:ita duplex eſt pena dānatorum:ſubſtantialis
que conſiſtit in triſticia de carentia viſionis dei et hec
pena eſt ignis conſcientie/ de iſta nichil minuitur per
ſuffragia eccleſie:ſed de accidētali que eſt ignis affli-
gens corpus minuitur aliquid. vnde nō dicit ignis eo
rum non mitigabit:ſed dicit non extinguet. Item re- Secundo

gula inuariabilis et necessaria est q̄ in paradiso equa liter premiantur: ergo per locum a contrarijs in in = ferno equaliter mali equaliter pununt de necessitate

Secundo. ergo suffragia ecclesie nō prosunt dānatis. Itez ligna equaliter sicca in eodem igne equaliter comburunt: sed equaliter mali sunt ligna equalit desiccata ab hu = more gratie: ergo in eodē igne scz in igne gehēne: eq̄

Tertio. liter punūtur et inde vt prius. Itē super illū locū se = cūdo ad cor. Omēs nos manifestari oportet ante tri = bunal christi vt reciptat vnusquisq; propria corporis prout gessit siue bo. siue ma. dicit augustin⁹ cū suffra = gia ecclesie fiant pro oībus baptisatis: pro valde bo = nis gratiarū sūt actiones: pro nō valde malis ꝓpicia = tiones: pro valde malis q̄lescūq; viuorū ꝯsolatiōes: q̄ scz hoc suffragia ecclesie nō ꝓsunt eis qui sūt in para diso ad augmentū glorie: ergo nō ꝓsunt eis qui sunt

Quarto. in inferno ad diminutiōez pene: nec ad aliū: q̄ simplici ter nō prosūt. Itē illi dicuntur valde boni: qui statim euolāt: ergo a cōtrarijs valde mali dicuntur qui sta = tim descendunt ad infernū: sed suffragia ecclesie pro valde malis non sunt nisi consolationes viuentium: ergo illis qui sunt in inferno non prosunt suffragia

Quinto. ecclesie. Itē ecclesia pro oīnibus baptisatis facit suf = fragia: et nō oībus prosunt vt dicit augustinus: ergo ecclesia pro aliquibus facit suffragia quibus nō ꝓsunt et sciēter: quia bene scit q̄ nō oīnibus prosunt: scit enī q̄ multi sūt vocati: pauci vero electi: ergo sciēter iuti liter laborat pro aliquibus: ergo indiscrete: et hoc in

Sexto. cōueniēs. Itē obiecit de hac oratione: fideliū de⁹ om = niū cōditor. ꝛc. aut intelligitur tantū pro fidelibus fi de formata: aut cōmuniter pro fidelibus siue de fide formata siue de informi siue informata: si prio modo ergo nō orat ecclesia pro oīnibus baptisatis quod est cōtra augustinū: si secūdo modo: ergo inutiliter orat et indiscrete q̄tū ad illos qui sunt in inferno: illi enīz

Solutio. nūq̄ habebūt indulgentiā. Solutio secundū opinio nem illā que dicit q̄ suffragia prosunt dānatis: dicen =

Ad pri mū dū est ad primo obiectū q̄ nō valet hec argumētatio Equaliter boni equaliter premiant in paradiso: ergo equaliter mali equaliter puntūtur in inferno: et hui⁹

Prima cā duplex est causa. Prima est quia nō est locus a cōtra rijs: bonum enim et malum nō sunt cōtraria propte

Scōa cā. loquendo. Secunda est quia gloria vel augmentum glorie: non attenditur penes multitudinē operū: sed penes radicē: sed remissio pene vel diminutio pene in tendit penes multitudinē operū: caritate enī nō cre = scēte nō maiorē glāz meret multis bonis opibus q̄ vno solo: sed pene maiorē remissionē meremur mul =

Ad secūdū tis bonis operibus q̄ vno solo. Ad secūdo obiectuz solutur per interemptionē: nō enī est necesse q̄ ligna equaliter sicca equaliter cōburent in eodē igne: si enī irriget et madefiat: reliquū nō: nō equaliter ꝓburunt Eodē modo in inferno cū suffragia ecclesie sint quasi quedā irrigationes: si pro altero equaliter malorum suffragia fiāt: pro reliquo nō: nō est necesse equaliter

Ad tertiū. eos puniri. Ad tertio obiectū soluēdū est: sicut ad pri

